
37
25 B
18





SYNODUS DIŒCESANA

QUAM SUB FELICISSIMIS AUSPICIIS

SANCTISSIMI IN CHRISTO PATRIS, ET D. N. D.

PII PAPÆ SEXTI

ILLUSTRISSIMUS ET REVERENDISSIMUS DOMINUS

BENEDICTUS PUCILLI

DEI, ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA


EPISCOPUS TARRACINENSIS, PRIVERNENSIS, ET SETINUS,

Ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Prælatus Domesticus ac Pontificio Solio Assistens



IN ECCLESIA CATHEDRALI TARRACINÆ

Coegit die Pentecostes xxx. Maii, et duobus sequentibus diebus, Anno Bissextili MDCCLXXXIV.





ROMÆ MDCCLXXXV.

EX TYPOGRAPHIA SALOMONIANA

SUPERIORUM FACULTATE.



SSMO DOMINO NOSTRO

PIO SEXTO

PONTIFICI MAXIMO

BENEDICTUS PUCILLI

EPISCOPUS TARRACINENSIS, PRIVERNENSIS, ET SETINUS

PERENNEM FELICITATEM.



Tsi, Pontifex Maxime, tantis tuis in me, Diœcesimque meam beneficiis haud videor mihi respondere posse, ita tamen facile te credo sensurum, ut me referre gratiam putes, quam memoria tenebo. Nam primo qui-

dem, ut de me ipse loquar, quid ego tibi debeam nemo prorsus ignorat qui me novit, ac dignitatis, ad quam evectus fui gradum suspiciat. Tantum in Te clementiæ, ut ab ipso Pontificatus exordio me ne cogitantem quidem, aut tale quid suspicantem, Setinis ac Privernatibus & Tarracinensibus Episcopum præficere dignatus fueris. Quamquam ego tam excelso munere indignum & oneri Angelicis etiam humeris formidando prorsus imparem esse me sentiam, non id tamen sum commissurus, ut fateri detrectem, prorsus æqualem a me gerendam esse beneficii magnitudini grati animi voluntatem. Quod si Episcopum decet, beneficia in Diœcesim suam collata non minoris facere, quam ea, quibus ipse decoratus, atque auctus fuerit, quis est plane qui non videat, quantus immortalibus tuis in me unum meritis cumulus accesserit, cum populos meæ curæ commissos amantissime complexus, et munificentia prosecutus fueris omnino singulari. Sane quamdiu præclarorum historia facinorum apud homines in honore erit, tamdiu de Pontinis Paludibus in feracissimos agros a

Te conversis, & Annonæ difficultate sublata Cælique salubritate restituta recordabuntur: Lætas ſegetes undequaque undantes conspiciunt, ædificia rebus, confluentique populo accomodata, euripos undique intercursantes ad vadosas aquas recipiendas, demum usquequaque munitas vias, ac præsertim Appiam luci restitutam, optimeque stratam, eleganti ponte composito. Quæ omnia, Beatissime Pater, tibi uni Tarracinensis Populus accepta referre jure debebit. Canonicorum vero Collegium in S. Joannis Ecclesia erectum, ac congregatum, Ecclesia ipsa honoribus, ac muneribus aucta, reliqua in Civium, ac Nautarum commodum sapientiſſime constituta non exigua fuerunt Pontificiæ magnificentiæ, ac paternæ in hos eosdem populos providentiæ argumenta. At quid mirum, si usque dum Pontifex Maximus designatus extitisti tamquam aliquis lapsus de cælo Princeps omnium Populorum bono, ac saluti constitutus visus fueris, artes revocare, ingenia excitare, virtutes exornare, ubertatem, felicitatemque adducere præcipue tuæ curæ fuit. Te unum aspeximus pro

Christiana Republica longum, periculosum, ac difficile iter summa hyeme suscipere, Teque ipsum ob præruptos montes, glaciesque sævientes pene in discrimen afferre: qua de re non solum e suis quasi sedibus convulsa tunc sibi Roma gratulari visa est, sed universus pene Terrarum Orbis lætari, ac quodammodo præ gaudio gestire. Te unum vidimus de publicis, privatisque rebus ita sollicitum, ut merito admirationem, omniumque amorem fueris consequutus. Quid? Tu unus lapsos revocasti, labentes confirmasti, & quibus finibus cæterorum Principum munificentia ad miseros sublevandos circumscripta tenetur, iisdem cogitationes terminare tuas es penitus dedignatus. Itaque Beatissime Pater, tuæ laudes celebrabuntur, illæ quidem non solum nostris, sed pene omnium gentium litteris, atque linguis. Me quidem hæc, aliaque de Te longe majora cogitantem omnino puderet tam exiguum Tibi dicare munus, librum scilicet Constitutionum Ecclesiasticarum, quæ nuper habita in mea Diœcesi Synodo sancitæ sunt, nisi Te Christi in Terris Vicarium, B. Petri

Successorem, omniumque Christianorum Patrem, ac Doctorem esse, ac Tibi in B. Petro pascendi, regendi, et gubernandi universalem Ecclesiam plenam traditam esse potestatem, quæ sunt Constantiensis Oecumenici Concilii verba, meminissem. Etenim cum talis, ac tantus sis, fieri non potest, ut ea spernas, quæ hoc libro continentur, non sane eleganter aut eloquenter dicta (nam persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis aures nostras nimium teneri minime decet) sed certe si de plerisque sermo sit, in animarum utilitatem jampridem divino quodam consilio constituta. Pleraque enim aut a Summis Pontificibus Prædecessoribus Tuis, aut a Te ipso, aut a Romanis Congregationibus Apostolica fultis auctoritate, aut a Sanctis Patribus, vel prudentissimis Episcopis jamdiu emanaverant, quæ videlicet Clero, Populoque meo in memoriam revocare, opportunisque animadversionibus, ac monitis commendare studui. Pauca quædam a me, prudentissimis hominibus ad consilium adhibitis in Synodo nuper addita, vel quæ dilapsa jam fluxerant, severioribus revincta legibus,

ita demum vel mihi maxime probabuntur, si Tibi, a quo mea omnis dimanat auctoritas, quemque non solum dignitate, ac potestate, sed et doctrina, prudentia summopere præstantem agnosco, probari sentiam. Cæterum si minus ipsum, quod Sanctitati Tuæ offero munus, offerendi saltem voluntatem, ac grati animi significationem æqui bonique facito, et Apostolicam Benedictionem, quam ad Tuos provolutus pedes mihi, gregique meo supplex imploro, clementer impertire.

IMPRIMATUR.

Si videbitur Reverendissimo P. Magistro Sacri Palati Apostolici.

F. A. Marrucci ab I. C. Patriarcha Castantinopolitanus, Ep. Montis Alti, ac Viresg.

Ea est humanarum rerum omnium conditio, ut quæ ad Religionem fulciendam rite sancteque olim sancita fuerant, temporum vicissitudine, hominumque socordia intermissa, facile prolabantur, sintque omnino restituenda; alia quoque prorsus nova, neque antea unquam prospecta, emergant, de quibus omni studio consulendum, decernendumque videatur. Hinc antiquissimum illud, et ab ipsis Ecclesiæ exordiis cogendarum synodorum institutum prodiit exquisitissimis sanctorum patrum laudibus celebratum, miro omnium sæculorum usu confirmatum, Tridentini demum concilii statutis, veluti firmissimum præsidium tuendæ, amplificandæque ecclesiasticæ disciplinæ, quæ juxta sanctum Cyprianum, *retinaculum est Fidei*; commendatum, atque præscriptum. Quæ quidem quum pro sua in gregem sibi commissum sollicitudine optime animadverteret Pontifex eximius, qui præpositus est nunc vetustissimis Tarracinensi, Setinæ, et Privernati ecclesiis authoritate apostolica simul unitis, synodales hasce sanctiones ad sacrorum canonum, ac præsertim ejusdem concilii Tridentini normam, ut par erat, dispositas, sacrarumque congregationum Urbis decretis, ac probatis aliarum diœcesum synodorum statutis innixas condidit, et promulgavit. Porro quicumque noverit (noscet autem, qui in litteraria historia plane hospes non sit) quanto omnium antistitum, doctissimorum virorum, gentium adprobatione, ac plausu exceptum sit saluberrimum illud, ditissimumque sacræ eruditionis, ac rectæ disciplinæ promptuarium sapientissimi, inquam Benedicti XIV. pontificis Romani opus *de Diœcesana Synodo* prænotatum, hoc præcipue in nostro Præsule laudandum statuet, quod insignem istam tanti pontificis commentationem cum in convocanda synodo, tum in legibus plebi suæ tradendis præ oculis ita semper habuerit, ut ne hilum quidem ab ea recederet. Quid vero de præcipua illa in Romanam atque Apostolicam Ecclesiam summorumque Pontificum constitutiones, quam singulæ fere hujus Synodi paginæ præseferunt, reverentia dicam? Quanti certe ea facienda sit, probe sub sexti sæculi primordia intellexit, ac prædicavit Cæsarius Arelatensis archiepiscopus, qui in libello ad Symmachum papam misso ajebat: *Sicut a persona beati Petri Apostoli Episcopatus sumit initium, ita necesse est ut sanctitas vestra singulis Ecclesiis quid observare debeant, evidenter ostendat*. Nec minus vere, opportuneque Goffridus abbas Vindocinensis ad Goffridum Carnotensem postea scripsit. *Si quis Apostolicæ Sedi, quæ leges canonum dedit, in canonum expositione, contrarium sentit, non sapit* QUICUMQUE EST ILLE, *sed desipit*. Quapropter Rmo patri Magistro S. P. A. confidentissime testor, me cum nihil, nisi sapienter, atque suaviter in hac synodo decretum deprehenderim, hanc ad maximam aliarum quoque ecclesiarum utilitatem luce publica dignissimam censere. Ex ædibus S. Callisti die xxx. Novembris anno MDCCLXXXIV.

P. A. Galletti Episcopus Cyrenensis.

Imperiis obsequens Rmis Patris Magistri S. Palatii Apostolici perlustravi diligenter Synodum hanc ab Illmo, et Rmo D. Benedetto Pucilli Episcopo Terracinen: et Privernen: sua in Dioecesi celebratam. Quidquid in ea continetur ad instituendos reformandosque Clericorum Mores, ad Ecclesiasticam disciplinam raram rectamque tuendam restaurandamque, ad serpentes Abusus radicitus exterminandos summo studio summaque alacritate conducit. Omnes quippe sanctiones, omnesque leges quæ in hoc volumine Clericis observandæ a Zelantissimo Pastore proponuntur suum mutuantur robur a purissimis, sanctissimisque fontibus, scilicet a scriptura Divina, a SS. PP. Doctrinis, et traditione, a Summorum Pontificum et Sacrorum Conciliorum legibus et Constitutionibus; nec non a sacra rectaque Theogia. Quod cum sit, non utilis solum, sed prorsus necessaria Clericis singulis censenda est diligens atque attenta Synodi hujus lectura ut unusquisque eorum in propriis officiis inexcusabiliter contineantur. Ut ergo liber iste Typis mandetur optimum esse consilium existimo.

Dabam ex Ædibus S. Franciscæ Romanæ die VII. Febb. Anni 1785.

D. Benedictus Torre Abbas Olivetanus S. R. C. Consultor.

IMPRIMATUR.

Fr. Th. Maria Mamachius Ord. Pred. Sacri Palatii Apost. Mag.

IN.



INDICTIO SYNODI

BENEDICTUS PUCILLI Dei, et Apostolicæ Sedis Gratia Episcopus Tarracinensis, Privernensis, et Setinus SS. D. N. Papæ Prælatus Domesticus, ac Pontificio Solio Assistens.



Ilectissimo Clero, Populoque salutem in Domino sempiternam. Ab initio Pastoralis muneris suscepti, Gregem Curæ nostræ Divina dispositione, a Sanctissimi D. N. D. Pii Papæ VI. clementia concreditum, trina jam vice personaliter visitare, et Civitates nostras Tarracinæ, Priverni, & Setiæ, ac Diæcesim universam perlustrare curavimus. Hinc Civitatum, Locorumque conditionem, Ecclesiasticorum disciplinam, moresque Populi perspicientes, quæ Orthodoxæ Fidei, Divino cultui, Christianisque moribus consentanea reperimus comprobare, quæ autem reformationem exquirebant diligentiori, qua potuimus, solicitudine restaurare allaboravimus. Alteram igitur obligationem nostram ex Sacrorum Canonis decretis, & Sacri Concilii Tridentini præceptis emanantem, celebrandi scilicet Diæcesanam Synodum, ab annis jam viginti

non coactam, ut morum reformatio, rectaque Christiana, & Ecclesiastica disciplina altius promoveatur adimplere cupientes; Eamdem Dominica Pentecostes, quæ erit die 30. Mensis Maii currentis anni 1784. celebrare, ac duobus sequentibus diebus 31. videlicet ejusdem Mensis, & primo Junii prosequi decernimus, & indicimus in Ecclesia nostra Cathedrali Tarracinensi. Eapropter dilectissima Capitula, Dignitates, & Canonicos trium nostrarum Ecclesiarum Cathedralium Tarracinæ, Priverni, & Setiæ; Capitula, & Canonicos Collegiatarum Ecclesiarum, Parochos omnes, Beneficiatos quoscumque Beneficia licet Simplicia, et sine cura possidentes; Præsbyteros quoque, ac Clericos, tam in sacris, quam in minoribus ordinibus constitutos, atque universos, et singulos Ecclesiasticos, tam Sæculares, quam Regulares jurisdictioni nostræ ordinariæ, vel delegatæ subjectos, qui tam in Civitatibus, quam in cæteris Diæcesum Locis commorantur, reliquosque omnes, qui de jure, vel consuetudine adesse tenentur, advocamus, monemus in Domino, & sub pœnis per Sacros Canones inflictis, nisi legitime excusari mereantur, sive licentiam a Nobis obtinuerint, ipsis in virtute Sanctæ obedientiæ præcipimus, et mandamus, ut præfata die 30. Maii cum habitu, & Tonsura ordini proprio convenientibus, talari veste, nitidis superpelliceis, et bireto; Canonici cum suis insignibus, et Parochi cum Stolis rubei coloris summo mane in præfata Ecclesia Cathedrali Tarracinæ jejunii parati adsint, ut Dei Omnipotentis ope suffulti, ac Beatissimæ semper Virginis Mariæ, Sanctorumque Cæsarii, Thomæ Aquinatis, Lidani, et aliorum Patronorum Civitatum nostrarum, ac Diæcesum meritis, & intercessionibus adiuti, communi consilio, quæquæ ad Divini cultus incrementum, Cleri disciplinam, morum reformationem, et totius Gregis regimen, pro temporum pertinent conditione, statuere in Domino valeamus. Canonici Cathedralium Privernensis, & Setinæ, ne Ecclesiæ suo fraudentur servitio, in Capitulo aliquos de eorum gremio deputent, qui omnium nomine, non solum Synodalibus comitiis intersint, sed, et Congregationibus Præsynodalibus, tribus Synodi celebrationem præcedentibus diebus, videlicet 27, 28, et 29. Maii, in Palatio Nostro Episcopali Tarracinæ, habendis, sint præsentes. Idipsum præstent, quoad præsentiam tantum in Synodo, Canonici Collegiatarum, et Beneficialibus Ecclesiis residentiam exposcentibus adscripti. Parochi autem, ne Animarum Cura eisdem commissa de-

detrimentum patiatur, Sacerdotem ad Confessiones approbatum, magis idoneum, et doctrina pollentem, in munere suo substituant, & ipsi ad Synodum accedant. Vicarii nostri quamprimum, ante Synodi celebrationem, catalogum omnium illorum, qui ad Synodum accedere debent ad nos transmittant; expresso cujusque nomine, cognomine, officio, et Beneficio. Omnes tam in itinere, quam in Civitate, et in ipsa Synodo, vita, moribus, ore, Incessu, & habitu modestiam, pietatem, Religionem ostendant; ad Cauponas seu Tabernas non divertant, sed honestum sibi perquirant hospitium, ubi sic modeste se gerant, ut nemini dent ullam offensionem. Prima Synodi die ii, qui Sacerdotio non sunt insigniti, rite, et recte dispositi in Missa Pontificali Sacratissimum Eucharistiæ Sacramentum recipiant. Suum omnibus, tam in Processionibus incedendi, quam in Synodo sedendi locum Magister Cæremoniarum designabit, ad cujus nutum, vel sedebunt, vel stabunt, vel procumbent in genua, vel procedent. Altum autem silentium omnes custodient, & quæ de suggestu legentur attente audient, & privatis collocutionibus, aut contentionibus non obstrepent. Ut autem vota nostra, Deo opitulante, dignum habeant, prosperumque progressum, ac felicem, & fructuosum exitum; mandamus, & præcipimus, ut tribus proximis diebus Dominicis ante diem Synodi, videlicet die 9, 16, & 23. Maii in qualibet Ecclesia Cathedrali, Collegiata, & Parochiali ante Missam majorem Litaniæ Sanctorum cum adjectis precibus a Sacerdote, & ab adstantibus pie, et devote recitentur, & Sacerdotes omnes in Missa quotidie Orationem addant de Spiritu Sancto. Omnibus autem utriusque sexus Christi Fidelibus, qui præfatis Litaniarum precibus intererunt, Deumque pro felici Synodi exitu orabunt, Indulgentiam quadraginta dierum singulis vicibus lucrandam, in forma Ecclesiæ consueta peramenter impertimur. Omnes etiam, & singuli utriusque sexus Christi Fideles vere pœnitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti, qui prædictam Ecclesiam Cathedralem Tarracinæ, die, qua Synodus inchoabitur, ac in omnibus, & singulis actualis illius celebrationis diebus devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, Hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel tantum spatio dierum hujusmodi omnium peccatorum suorum Indulgentiam, ac remissionem a Sanctissimo D. N. D. PIO PAPA VI.

pe-

peculiaribus suis Litteris datis 7. Julii 1775. misericorditer in Domino impertitam consequentur. Volumus autem, ut hae Edictales nostrae Litterae indictionis Synodi, Cathedralium nostrarum, ac Collegiatarum, et Parochialium Ecclesiarum valvis affixae, perinde omnes, ad quos pertinet, afficiant, ac si essent singulis exhibitae.

Datum Tarracinae ex Nostro Episcopali Palatio hac die 17. Aprilis 1784.

BENEDICTUS Episcopus Tarracinensis, Privernensis, et Setinus.

Franciscus Maria Canonicus Berti Cancellarius Generalis Episcopalis.

ORA-

ORATIO
AD UNIVERSUM CLERUM
TARRACINENSEM, PRIVERNENSEM, ET SETINUM
HABITA

AB ILLUSTRISSIMO, ET REVERENDISSIMO D. EPISCOPO.



Uod Ecclesiarum nostrarum rationes, in Sacros Canones reverentia, et officii nostri munus postulat, Venerabiles Fratres, dilecti Filii, ut nempe Diæcesanam Synodum a quatuor lustris (1) in jurisdictione nostra, in hac verò nostra Civitate (2) a centum quatragintaquatuor annis non coactam celebraremus, non aliis opportunioribus, et auspicatioribus poterat præstari diebus, quam hisce Pentecostes, quibus, (3) facto repente de Cœlo sonitu, (4) in centum viginti homines congregatos, in quibus, et Apostoli omnes erant, venit Spiritus Sanctus. Hic jam, in illos flammis Cœlestibus immissis, erudivit imperitos, linguas eorum fecit disertas, magnisque imbuit supernis notionibus, ut novis uterentur vocibus in promulgationem Evangelii pacis. Hunc hodie speramus charismatum donis in cor nostrum descendere; ut cælestibus ipsius incendiis inflammati, quibus hominis animus rapitur, ad sublimia aspiremus (5), et odientes Ecclesiam malignantium, in Concilio vanitatis non sedeamus cum impiis; sed in consilio justorum audientes voces laudis enarremus omnia mirabilia ejus. Stat præsens in medio nostrum Spiritus veritatis, qui per Joel Prophetam Synodales conventus indicere visus est verbis illis (6) *Canite tuba in Sion, vocate cœtum, coadunate senes*. Faxit ille, ut tota harum Civitatum, et Diœcesum, quæ in hoc consessu una simul effulget Ecclesiastica Hierarchia, studeat ne hoc, quod acturi sumus negligatur, sed exactissimè peragatur, ut quod felicem sortitur exordium, fructuosum habeat progressum, fructuosum et finem: et quæ re-

(1) *Anno* 1764. *Synodum Priverni coegit Prædecessor Episcopus Odoardi*.
(2) *Anno* 1640. *Synodum Tarracinæ celebravit Cæsar Ventimilia Episcopus item Prædecessor*.
(3) *Ac.* 2. 2.
(4) *S. Augustinus Tract.* 2. *in Joan.*
(5) *Ex Psal.* 25.
(6) *Joel.* 2. 15.

restauratione indigent, reformentur, itaut dicere liceat: (1) *A Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris*.

Num fortasse reformatione non indigent Diœceses istæ, de quarum aliquibus Ecclesiasticis dici potest cum Bernardo (2) *Quid sibi vult quod Clerici aliud esse, aliud videri volunt?* Nam in congestione temporalium se haberi ut Laici: in apparatu nobili, ut milites: in aquisitione redditúum, ut Clerici; sed non laborant, ut Laici, neque pugnant ut Milites; neque evangelizant, ut Clerici. *Cujus ergo ordinis sunt? Cum utriusque esse cupiunt*. Ecclesiastici videlicet, et Sæculares *utrumque deserunt, utrumque confundunt*. Nam reformatione non indigent Diæceses istæ, de quarum plurimis incolis dici potest cum Apostolo: (3) *Instabunt tempora periculosa: erunt homines se ipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, protervi, tumidi, et voluptatum amatores magis quam Dei*.

Si eo essent homines ingenio, ut in virtutem potius, quam in vitia proclives, intra fines illos se perpetuo continerent, quos a sapientissimis viris didicerunt, nihil dubitationis occurreret. Quis verum ignorat, quanta hominum perversitas sit, quanta licentia? Est nimirum hominum malitia, et improbitas instar potentius furentis amnis, qui ejus, quo est interclusus, nimis angusti alvei impatiens, novas sibi aditus recludere tentat; et ni crebris objectis aggeribus vis ejus repellatur, licenter errat, et armentis, atque agris stragem maximam affert. Oh quot pravæ consuetudines in hominibus emergunt! quot corruptelarum genera, quot sacrarum, et piorum institutorum contemptus, quot morum deploranda maxime, et aversanda monstra! quæ si latius emanent, nec quibus opus est remediis vel opprimantur, vel procul eliminentur; sensim vestigium prope omne Religionis, ut e medio tollant, est formidandum.

Ea autem est utilitas Synodalium conventuum; ut jura constituantur in Domino, quæ temporum ratio postulat; ut, vel novis legibus morum perditorum licentiæ via omnis intercludatur, vel, si quæ emerserunt pravæ consuetudines, quantocius extinguantur. Ideo omnes, quorum interest, in consilium advocantur, et de morum disciplina restituenda, et de con-

(1) *Psalm.* 117. 23. *lit. M.* (3) 2. *ad Timoth.* 3.
(2) *D. Bernard. lib.* 3. *de Considerat.*

confirmanda, atque in dies augenda Religione consulitur, singulisque aut quæ sibi utiliora videntur, aut quæ validiori indigent remedio proferentibus, fit, ut variis sententiis auditis ea constituantur, quibus cohibeatur improbitas, et pietas, religio, cultus in Deum restituatur.

Præcipuè autem Sacerdotum instituenda est ratio vivendi; hi enim moribus suis rèliquorum moribus moderantur: ideoque memores semper, quæ sua sit dignitas, quæ in Christiano Populo auctoritas, quale grave onus sit ipsis impositum tum gravitate, tum sermone, tum exemplo luculentissimam veluti facem reliquis præferre debent, ad ineundam viam, quæ ducit ad vitam. Sint igitur ipsi compositi ad mores, ad sanctimoniam probati, ad dispensationem fideles; et jugi animò revolvant se a Reparatore nostro (1) et salis, et lucis, et lucernæ super candelabrum positæ præmonstratos fuisse; ut nempe intelligant, populorum cæcutientium tenebris illustrandis, corruptelis avertendis, vitiis expiandis se fuisse præpositos.

Vult igitur hæc nostra Synodus, vosque singuli, qui hic unanimes in vinculo pacis convenire itidem vultis, ut Ecclesiastici omnes humilitatem, mansuetudinem, patientiam, ceteraque Clericalis pietatis officia colentes, quæcumque sunt vèra pudica, et fancta, hæc agant, hæc recogitent: qui Sanctorum vestigia Patrum ne modo respiciant, sed omnino imitari contendant: Qui in Sacræ Missæ Sacrificio peragendo altissima meditatione defixi, quæ in illo piè, riteque celebrando præscripta sunt, ea, sedula diligentia exequantur: Qui, quod temporis a Divinis Officiis supererit, non in otio, desidia, curiositatibus conterant; sed, cum ipsi in sortem Domini vocati sint; in lege ejus meditentur die, ac nocte: Qui Sacrarum litterarum studia amplectantur, ad facras lectiones, et Moralium rerum conventus alacri animo conveniant, iisque ita studeant adesse, ut ad uberiorem facri eloquii fructum in dies proficientes (1) videant omnes opera eorum bona, et glorificent Patrem nostrum, qui in cælis est.

Ast dimitte me, (2) ut plangam paululum dolorem meum, illos intuens, qui ad tremendum Missæ Sacrificium accedunt imparati, et Evangeliorum librum ea percurrunt methodo, qua in publicis novarum rerum lecturâ utuntur filii sæculi hujus: qui Divinas laudes absque devotione percurrunt: qui volupta-

c tum

(1) *Math.* 5. 13. (2) *Math.* 5. 16. (3) *Job.* 10. 20.

tum magis amatores, quam Dei, habent quidem speciem pietatis, sed virtutem ejus abnegant: qui invidia, contentione, odio pleni, officia charitatis proximis denegant suis; vel avaritia excœcati, vel vanitate insanientes, quæ sua quærunt, non quæ Jesu Christi.

Cum autem nihil sit, quod magis ad Populorum conferat conversionem, et ad Ecclesiasticorum profectum, quam Synodi convocatio, in qua, Spiritus Sancti afflante virtute, plurium animorum conspiratio tendere nititur, ad promovendas virtutes, ad extirpanda vitia, ad corruptelas radicitus perpendendas: Eja Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, (1) *genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, Populus aquisitionis* (2) *nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in novitate sensus vestri; ut probetis quæ sit voluntas Dei bona, et beneplacens et perfecta*. In hac, quam nunc primum habemus, Diæcesana Synodo, id curemus omnes, ut non modo gravissimas, et sanctissimas leges feramus, verum etiam eos Spiritus, animosque capiamus, quibus ipsæ vigeant, et Populis exemplo præeuntes, (3) *derelinquat impius viam suam, et revertatur ad Dominum, et* (4) *qui justus est justificetur adhuc, et sanctificetur adhuc*.

Tu ergo, Divine Spiritus, veni in cor nostrum, et (5) doce nos facere voluntatem tuam (6) quæ est sanctificatio nostra. Tuque Divina Parens, fidum salutis nostræ refugium, ac præsidium: Vosque, Cæsar Martyr, Thoma Doctor Angelice, Lidane Abbas, quos majores nostri harum Ecclesiarum Patronos adoptaverunt, Vos denique Cælites omnes, quorum in fide, et clientela nos esse gloriamur, Nobis Spiritum Sanctum propositum reddite precibus vestris; ut ejus afflatu, quæ magis ipsi grata, Ecclesiisque nostris utilia futura sunt, in hac Synodo constituamus, ac vestræ tandem felicitatis, post hujus vitæ ærumnas, participes efficiamur, unaque omnes laudemus, et glorificemus Deum, et Patrem Domini nostri Jesu Christi, qui est benedictus in sæcula. Amen.

(1) 1. *Petri* 29.
(2) *Rom*. 12. 2.
(3) *Isaiæ* 55. 7.
(4) *Apol*. 22. 11.
(5) *Psal*. 142. 9.
(6) 1. *Thess*. 43.

IN-

INDEX CAPITUM

In tribus Partibus Constitutionibus Synodalium.

PARS PRIMA

DE FIDE, ET RELIGIONE

CAP. I.	DE Fide Catholica.	Pag. 1
CAP. II.	De Doctrina Christiana.	8
CAP. III.	De Verbi Dei Prædicatione.	13
CAP. IV.	De Sacra Scriptura.	19
CAP. V.	De Congregationibus Casuum Moralium, & Sacrorum Rituum.	21
CAP. VI.	De Celebratione Missarum.	24
CAP. VII.	De Oratione.	37
CAP. VIII.	De Processionibus	40
CAP. IX.	De Cultu Sanctorum, eorumque Reliquiis, & Imaginibus.	46
CAP. X.	De Sacrosanctis Ecclesiis, earumque veneratione, et Immunitate.	51
CAP. XI.	De Voto, et Jurejurando.	60
CAP. XII.	De Dierum Festorum observantia.	63
CAP. XIII.	De Jejuniorum observantia.	71

PARS SECUNDA

De Sacramentis, & Sacramentalibus, ac Indulgentiis.

CAP. I.	DE Sacramentis in genere, et Sacramentalibus.	75
CAP. II.	De Sacramento Baptismi.	77
CAP. III.	De Sacramento Confirmationis.	83
CAP. IV.	De Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento.	85
CAP. V.	De Sacramento Pænitentiæ.	95
CAP. VI.	De Sacramento Extremæ Unctionis.	108
CAP. VII.	De Sacramento Ordinis.	111
CAP. VIII.	De Sacramento Matrimonii.	117
CAP. IX.	De Indulgentiis.	124

PARS TERTIA

De Personis, & rebus Ecclesiasticis, & moribus Christianis.

Cap. I.	*De vita, & honestate Clericorum.*	128
Cap. II.	*De Capitulis, Dignitatibus, & Canonicis.*	138
Art. I.	*De Chori Disciplina.*	139
Art. II.	*De Residentia, et Ecclesiæ servitio.*	144
Art. III.	*De Distributionibus quotidianis, et Punctatoribus.*	145
Art. IV.	*De Congregationibus Capitularibus.*	148
Cap. III.	*De Parochis.*	152
Cap. IV.	*De Examinatoribus Synodalibus.*	157
Cap. V.	*De Clerici Seminario, et Scholis Puerorum.*	158
Cap. VI.	*De Regularibus aliisque exemptis.*	163
Cap. VII.	*De Monialibus.*	166
Cap. VIII.	*De Tertiariis, & Magistris Piis.*	176
Cap. IX.	*De Eremitis.*	178
Cap. X.	*De Collectoribus Eleemosinarum.*	179
Cap. XI.	*De Confraternitatibus, & aliis Locis et operibus Piis.*	183
Cap. XII.	*De Hospitalibus.*	189
Cap. XIII.	*De Montibus Frumentariis.*	129
Cap. XIV.	*De Testamentis, et Legatis Piis.*	194
Cap. XV.	*De Rebus Ecclesiæ conservandis, & non alienandis.*	197
Cap. XVI.	*De Funeribus, & Sepulturis.*	204
Cap. XVII.	*De Foro Ecclesiastico.*	213
Cap. XVIII.	*De Infectis vitio Luxuriæ.*	217
Cap. XIX.	*De Usuris, & illicitis Contractibus.*	221
Cap. XX.	*De Constitutionibus Synodalibus, & Synodi Conclusione.*	231

INDEX
APPENDICIS AD SYNODUM.

I. *Formula Professionis Fidei.* Pag. 247
II. *Formulæ Juramenti præstandi a Provisis de Cura Animarum, Canonicatu, vel Beneficio; nec non ab Examinatoribus, Synodalibus, & Punctatore Capituli, & a Cancellario Episcopali.* 249
III. *Edictum S. Ufficii, circa obligationem denunciandi.* 251
IV. *Summarium Constitut. S. Pii V. contra Blasphemos.* 253
V. *Littera Encyclica PP. Benedicti XIV. cum Regulis Societatis Correctorum Blasphemiarum, & Indulgentiis concessis.* 254
VI. §. I. *Instructio pro facili Methodo edocendi Doctrinam Christianam.* 257
§. II. *Summa Doctrinæ Christianæ.* 260
VII. *Instructio pro Concionatoribus.* 262
VIII. *Methodus pro Congregationibus Sacrorum Rituum, & Casuum Conscientiæ.* 264
IX. *Cæremoniale parvum pro minoribus Ecclesiis Parochialibus, pro ultimo Triduo Majoris Hebdomadæ.* 266
X. §. I. *Declaratio Innocentii PP. XI. pro Altaribus Privilegiatis.* 273
§. II. *Decretum Sacræ Congregationis Concilii de Altaribus Privilegiatis.* 274
XI. *Edictum pro veneratione Ecclesiarum.* 275
XII. *Edictum de Sanctificatione Festorum.* 280
XIII. §. I. *Edictum de Quadragesima.* 283
§. II. *Epistola Encyclica Benedicti PP. XIV. de Jejunii disciplina.* 285
§. III. *Epistola Encyclica Clementis XIII. de Ecclesiastico Jejunio rite servando.* 294
XIV. §. I. *Formula Monitionis publicandæ a Parocho Dominica Passionis inter Missarum Solemnia.* 296
§. II. *Formula Schedulæ Communionis Paschalis.* ibi
XV. *Formula Monitionis a Parochis inter Missarum Solemnia publicandæ in tribus Dominicis tertia, quarta, & quinta post Pascha in eos, qui præceptum SS. Communionis in Paschate non adimpleverunt.* ibi
XVI. *Institutiones ex Concilio Romano sub glor. mem. Benedicto XIII.*



cto XIII. prò Pueris, & Puellis admittendis ad primam Sacramentalem Confessionem, & ad primam Sacrosanctæ Eucharistiæ perceptionem. 297

XVII. *Formula exhortationis ad Infirmum antequam recipiat SS. Viaticum.* 310

XVIII. *Formula pubblicationis Indulgentiarum Associantibus SS. Viaticum.* 311

XIX. §. I. *Summarium Bullæ in Cæna Domini.* 312

§. II. *Constitutio Gregorii XV. contra Confessarios solicitantes.* 314

§. III. *Constitutio Benedicti XIV.* Sacramentum Pænitentiæ *adversus solicitantes, & Complices &c.* 316

§. IV. *Declaratio super eadem Constitutione.* 320

§. V. *Instructio Sacræ Congregationis supremæ universalis Inquisitionis in materia solicitationis.* 322

§. VI. *Instructio pro obtinendis absolutionibus, & dispensationibus a Sacra Pænitentiaria Apostolica.* 327

§. VII. *Constitutio Benedicti XIV. contra Confessarios exquirentes a Pænitentibus Complicum nomina, cum denegatione Absolutionis &c.* 329

XX. *Compendium Canonum Pænitentialium.* 332

XXI. *Monita S. Caroli Borromæi ad Confessarios.* 335

XXII. *Formula exhortationis ad Infirmum in Extrèma Unctione.* 350

XXIII. *Elenchus Documentorum, quæ ab ordinandis exhibenda sunt pro singulis ordinibus.* 351

XXIV. *Doctrinæ Capita pro Examinandis ad singulos ordines* 353

XXV. *Instructio pro constituendo Patrimonio in titulum Sacræ Ordinationis.* 354

XXVI. *Edictum super conversatione Sponsorum.* 357

XXVII. §. I. *Epistolæ Sacræ Supremæ Congregationis S. Officii, & Decreta super probatione status liberi Matrimoniis præmittenda.* 358

§. II. *Aliud Decretum super eadem probatione status liberi.* 359

§. III. *Instructio pro examinandis Testibus super statu libero.* ibi

§. IV. *Dubia circa Exterorum Matrimonia cum resolutionibus Sacræ Congregationis S. Officii.* 361

§. V. *Epistola Sacræ Congregationis S. Officii super probatione status liberi in Matrimoniis Pauperum.* 362

De-

XXVIII. *Decretum Sagræ Congregationis Induigentiarum de Indulgentiis Stationalibus.* 363
XXIX. *Summarium Indulgentiarum, quæ facilius assequuntur.* 365
XXX. *Decretum de Indulgentiis Apocryphis.* 371
XXXI. §. I. *Edictum de vita, & honestate Clericorum.* 374
§. II. *Regulæ vivendi pro Ecclesiasticis.* 379
XXXII. *Decreta Sagræ Congrgationis Concilii de negotiatione Clericorum.* 381
XXXIII. *Tabula Horaria pro Divinis Officiis.* 384
XXXIV. *Methodus concursus ad Ecclesias Parochiales, ubi & de Theologali, & Pænitentiaria.* 385
XXXV. *Monita pro Confessariis Ordinariis Monialium.* 388
XXXVI. *Monita pro Confessariis Extraordinariis Monialium.* 392
XXXVII. *Exploratio voluntatis Puellæ ad Habitum Religiosum admittendæ.* 393
XXXVIII. *Regulæ pro Eremitis.* 394
XXXIX. *Epistola Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium super accessionibus ad mutuum in Montibus frumentariis.* 396
XL. *Epistola Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium super Edictis in Contractibus qnibuscumque Locorum Piorum.* 397
§. II. *Leges observandæ in concedendis locationibus bonorum Cameræ Apostolicæ.* ibi
XLI. §. I. *Epistola Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regul orium super Contractibus vulgo Colonta, o a Canone.* 400
§. II. *Epistola Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium super Contractu Societatis Animalium a Confraternitatibus, & Locis Piis ineundo.* 401
XLII. *Edictum de Depositis Capitalium Ecclesiasticorum.* 402
XLIII. *Decreta Sacræ Congregationis Concilii super electione Sepulturæ.* 405
XLIV. *Dispositio Statuti Cleri Romani quoad Confraternitatem Mortis super Sepultura Pauperum, & occisorum.* 406
XLV. *Epistola Encyclica Sacræ Congregationis Immunitatis Ecclesiasticæ super assistentia, & interventu Judicis Ecclesiastici, seu Clerici Cælibis in Processibus Criminalibus contra Ecclesiasticos.* 407
XLVI. *Taxa Innocentiana.* 408
XLVII. *Taxa Curiæ Ecclesiasticæ.* 414

Epi-

XLVIII. *Epistola Encyclica Sacræ Congregationis Immunitatis Ecclesiasticæ super Depositario Pignorum , & copulative maleficiorum .* 422
XLIX. *Instructio exarata a glor. mem. Benedicti XIV. cum esset Secretarius Sacræ Congregationis Concilii , super venditione mercium , dilata pretii solutione .* 423
L. §. I. *Regulæ Statutæ a Sanct. Mem. Benedicto XIV. in colligendis spicis .* 424
§. II. *Decretum editum a Congregatione Particulari a Sanct. Mem. Clemente XIII, deputata in Causa Montis Falisci Spicilegii .* 425
LI. *Præcatio ante administrationem Sacramentorum .* ibi
LII. *Precatio ante administrationem Sacramenti Pœnitentiæ .* ibi
LIII. §. I. *Benedictio Animalium .* 426
§. II. *Benedictio Agrorum contra Mures , Locustas &c.* 427
LIV. *Responsorium in honorem B. Petri Principis Apostolorum* cum Indulgentiis . 428

SY-



SYNODUS

TARRACINENSIS, PRIVERNENSIS, ET SETINA

PARS PRIMA

DE FIDE CATHOLICA, ET RELIGIONE

CAPUT I.

DE FIDE CATHOLICA

I. Atholica Fides, sine qua (1) impossibile est placere Deo, & ex qua (2) Justus vivit, ab omnibus inviolata servetur. Et quoniam, (3) corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem, omnes de Clero, qui in hac Synodo intersunt, Secretario Synodali Professionem Fidei juxta formam (4) Constitutionis Pii IV., quæ datur in Appendice num. I., alta, & intelligibili voce recitante, singula verba repetant, & recitatione completa, in manibus nostris juramentum flexis genibus præstent; Nos autem, qui verbo & exemplo cunctis præire tenemur, eamdem, quam ab aliis exigimus, Fidei professionem sincero corde nunc emittimus.

A 2 Hanc

(1) *Hebr.* 11. 6.
(2) *Rom.* 17.
(3) *Rom.* 10. 10.
(4) *Const.* 88. *Injunctum*.

2. Hanc Professionem Fidei Orthodoxæ infra bimestre, a die possessionis acquisitæ, in manibus nostris, vel Nobis (1) impeditis, Vicarii nostri Generalis, Provisi de Beneficiis quibuscumque curam Animarum habentibus: Obtinentes autem Dignitates, & Canonicatus in nostris Cathedralibus, non solum in manibus nostris, vel Vicarii nostri Generalis, sed etiam intra idem tempus in Capitulo Canonicorum, emittere teneantur, ordine non necessariè servando, coram quo prius, aut posterius emittatur (2), neque repetenda, quatenus Nos, vel Vicarius Generalis hujusmodi Capitulo interveniamus; secus sciant, se fructus suos non facere, nec ipsis pacificam suffragare possessionem. Idipsum servari volumus a Provisis in Collegiatis. Itidem hoc servabunt in manibus tantummodo Nostris, vel Vicarii Generalis intra idem tempus, & sub pœnis supra rècensitis Provisi omnes de aliis quibuscumque etiam simplicibus beneficiis. Volumus insuper, ut omnes prædicti post Professionem Fidei coram Nobis, Vel Vicario nostro Generali emissam, juramentum præstent de fidelitate, & obedientia S. Matri Ecclesiæ Catholicæ, & Superioribus exhibenda, de pactis illicitis in adeptione Dignitatum, Canonicatuum, vel quorumcumque Beneficiorum non initis, & de conditionibus licitis, utilibus, & necessariis in eorumdem possessione præstandis, & Constitutionibus ac Statutis Ecclesiæ servandis, juxta respectivas formulas, quas damus in Appendice num. II.

3. Eamdem Fidei Professionem coram nobis emittere debeat Vicarius Generalis in alterutrius vero manibus Vicarii particularis, & Vicarii foranei, Procuratores, & Promotores Fisci, nec non Cancellarii, cæterique nostræ Episcopalis Curiæ Ministri. De peculiari vero nostra licentia (3) etiam coram Vicariis foraneis, vel Parochis, adhibitis tamen duobus Testibus, & transmissa postmodum ab eisdem Vicariis infra mensem ad nostram Cancellariam attestatione in forma probante, Novi Concionatoris, etiam Regulares, cum primum in nostra Diœcesi prædicare incipiunt (4). Regulares vero in suis Ecclesiis concionaturi, sat nobis erit, ut exhibeant documentum de Professione emissa coram eorum Superiore: Novi Confessarii etiam Monialium: Docentes publice, vel privatim Theologiam, Philosophiam, Jus Canonicum, aut Civile, vel inferiores quaslibet disciplinas, etiam Grammaticam: postremo Medicinam, & Chirurgiam exercentes. 4. Unus-

(1) *Concil. Trident. Sess. 24. c. 12. de Reform.* (2) *Syn. Oldo.*

(3) *Concil. Rom. tit. 1. c. 1.*

(4) *Syn. Oldo.*

4. Unusquisque autem ex recensitis Professionem Fidei per se ipsum emittere teneatur, nullusque eorum Procurator, etiam speciali mandato constitutus pro eis admittatur (1) sub pæna nullitatis.

5. Duo habeantur Codices ad memoriam conservandam emissæ Fidei Professionis (2): Alter in Generali Episcopali Cancellaria, qui nomina, causamqne contineat eorum, qui coram Nobis, vel Vicario nostro Generali, seu delegatis Professionem præstiterunt; alter nomina, eorum, qui in Capitulo professi sunt, in Archivio Ecclesiæ conserventur.

6. Omnes autem nostrarum Civitatum, & Diœcesum Christifideles hortamur, ut qui Fide sunt in Baptismate donati, sancte, & juste vivant, optime ediscendo, & firmiter credendo quæ S. Mater Ecclesia Catholica credenda proponit, ejusque actus tum internos, tum externos frequentando, Apostolici potissimum Symboli devota recitatione; parati probatam Fidem sanguine (si Deus dederit) confirmare. Quocirca Parochos monitos volumus, se ad fidem conservandam, & augendam esse vocatos; ideoque pro injuncto eisdem munere illius dogmata explicare debere, atque ignaris præsertim, quæ Sanctæ Fidei Mysteria explicite necessitate medii, quæque necessitate præcepti scire oportet explanare. Necessitate enim ut ajunt, Theologi, medii necesse est distincte, & expresse credere, Mysterium Sanctissimæ, atque Individuæ Trinitatis: Mysterium Incarnationis, Passionis, Mortis, ac Resurrectionis Domini Nostri Jesu Christi: Deum esse bonorum Remuneratorem, ac malorum justissimum Vindicem: Itemque ac Sacramenta scire, & credere adstringuntur adulti, quæ ad salutem eadem necessitate Medii requiruntur: immo & ea quoque, quæ quis recipit, & ad quorum receptionem disponere se non potest sine Fide Sacramenti, quod suscipit. Necessitate vero, ut ajunt, Præcepti oportet memoriter scire, Symbolum Fidei, aut saltem, si nimia sit mentis hebetudo, illius Articulos quoad substantiam: Orationem Dominicam: Et Decalogi Præcepta, ad quorum observantiam tum naturali, tum Divino jure constringimur. Hæc Populum suum Parochus diligenter doceat; Et tum ipse, tum Confessarii omnes, quorum operosum zelum,

(1) *Concil. Later. 4. Can. 22. Cap. Cum infirmitas de pænit., et remis. Const. S. Pii V. 8. Martii 1566. super Gregem Conc. Rom. tit. 32. cap. 1. Sac. Congr. Concil. in Seguntina 18. Aprilis 1570.*

(2) *Syn. Tusculana 1763. Part. 1. Cap. 1. Art. 1. §. 6.*

& suscepti Officii strictam obligationem excitamus, Poenitentes suspicionem hujusmodi ignorantiae praeseferentes opportune interrogare, vel paterne instruere non omittant, ne participes sint Sacrilegii: etenim (1) ignorantes Articulos credendos necessitate Medii incapaces sunt Sacramentalis absolutionis, & cujuslibet Sacramenti cum fructu suscipiendi, nisi prius illos addiscant, & credant; ignorantes vero necessitate Praecepti credenda, a Sacramentali absolutione repellendi sunt, si vitio suo nesciant, donec didicerint, nisi aliud circumstantiarum ratio postulet.

7. Cum autem Nobis sit praecipue invigilandum, ne Fides Catholica pravis erroribus in Grege Nobis commisso labefactetur: Mandamus omnibus Parochis, ut Edictum Sanctae Inquisitionis, cujus exemplar damus in Appendice Num. III. bis in Anno, prima scilicet Adventus, & Quadragesimae Dominica Populo publicent, illumque saepe monitum faciant de gravi onere Nobis revelandi Haereticos, aut quovis modo de Haeresi suspectos, infra mensem ab habita notitia, sub poena Excommunicationis eo ipso incurrendae, fraterna correptione haud praemissa, etiamsi delictum adeo esset occultum, ut nulla ratione probari posset, aut (2) notum solum secreto naturali, etiam jurato.

8. Librorum prohibitorum lectionem, & retentionem Parochi, & Confessarii Christifidelibus vigilanter prohibeant; eosque Libros ad Nos deferri, diligenter incumbant. Legentes vero, vel detinentes sine Superiorum facultate Libros Haereticorum de haeresi, vel de Religione tractantes, doceant, ipso jure in excommunicationem incidere, ac pro hujusmodi causa, in eos, tamquam de haeresi suspectos, inquirendum, ac procedendum esse (3). Caeteros vero Libros, ut pietati, ac honestati contrarios, seu alia de causa interdictos, pariter legentes, vel retinentes, propter peccati mortalis reatum, arbitrio nostro stricte se noverint puniendos, Librorum potissimum amissione, aliisque poenis in Constitutione Urbani VIII. comminatis.

9. Ad eliminandam penitus a Nostra Dioecesi Librorum damnatorum pestem, & maxime, quod facillime hujusmodi diabolicae Merces invehi possunt; interdicimus, & prohibe-

(1) *Innoc. XI. prop. damn. 64. et 65. Sac. Cong. Conc. ad Episc. Ital. 19. Jan. 1619.*

(2) *Syn. Oldo Part. 1. Cap. 1. §. Quia.*

(3) *Vide Ind. libr. prohibit. sub Bened. XIV.*

hibemus omnibus, & singulis in Nostra Jurisdictione venales Libros exponere nisi prius a Nobis, seu Vicariis nostris diligenti cura fuerint examinati, & adprobati, sub pœna trium aureorum rite applicanda.

10 Hos omnes item Nobis deferri præcipimus, ut pro viribus ad veritatis lumen revocare studeamus, qui Sacram Communionem in Paschate non receperunt, & per Annum in excommunicatione insordescunt: Qui nulla infirmitate detenti indiscriminatim diebus omnibus cibis vetitis vescuntur: Qui Jurisdictionem, Personas, vel Censuras Ecclesiasticas contemnunt: Et qui Sacramenta, illorumque usum, Indulgentias, & Suffragia Defunctorum irrident: Quos proinde, tamquam diabolica fraude deceptos, & Infernorum tenebris effusos, Parochi moneant Populum, ut Nobis denuntient.

11. Superstitionem, divinationem, sortilegium, aliaque his similia, quæ non longe ab hæresi distant, evellere cupientes; Parochos monemus ut diligentissime caveant, ne quis Christifidelium prædicta impia præstigia exerceat; ne verbis, aut rebus sacris abutatur: ne signa, nodos, aut characteres, ignoti præsertim sensus, aut Orationes ab Ecclesia non probatas, ad morbos curandos, ad vim Armorum repellendam, ad invenlendas res perditas, aliaque hujus generis, quæ expressum, vel tacitum cum Demone pactum contineant, adhibere præsumant. Doceat præterea ea omnia, quibus certa observantia, temporis, vel numeri, vel loci, præter Ecclesiæ morem, præfinitur, seu determinatur, superstitiosa esse; quibus idcirco criminibus pro munere Nostro corripiendis, eliminandis, evellendis, obviam certo ibimus pœnis a jure statutis. Et tandem item doceant ne Sacrarum Scripturarum Verba, aut sententias ad scurrilia ullus detorqueat, non ad detractiones, adulationes, Superstitiones, incantationes, libellos famosos, aliosque malos hujusmodi usus convertat, nec alio sensu accipiat, & explicet, quam eo, quem tradiderunt Sancti Patres, & docet Sancta Romana Catholica Ecclesia.

11. Et cum experientia probatum sit, certum fallax, & vagum hominum genus Cingarorum, ut vulgo nuncupatur, aliquando præstigia, veneficia, divinationes, ac superstitiones docere; Vicarii nostri, atque Parochi de eorum Operationibus sedulo inquirere non prætermittant: ultra triduum, & prope Ecclesias eos morari non patiantur, neque Viros cum feminis conversari, nisi de Matrimonio inter eos rite celebrati fidem in

in forma probante, exhibuerint. Curent, ut id temporis, quo in Nostra Diœcesi morantur, Ecclesiasticis præceptis obediant, & præsertim a cibis vetitis, & servilibus operibus abstineant statutis ab Ecclesia diebus. Ad Sacræ Eucharistiæ pabulum, præsertim Paschatis tempore non admittant, nisi constet ipsis de Sacro Baptismate suscepti, atque de instructione in rudimentis Nostræ Sanctæ Fidei. Si eorum aliquis e vita discesserit, Ecclesiasticam non tribuat ei Parochus sepulturam, si suscepti Baptismatis, & Communionis Paschalis eo Anno perceptæ, testimonialibus non sit litteris præmunitus.

13. Et ne Christiana Religio detrimentum patiatur ex commercio, quod frequenter negotiationis causa cum Judeis habetur: Nullus Fidelium cum illis familiariter conversetur, aut cum eis ad Mensam assideat, aut ludat, aut ipsis famulatum præstet, eosque in privatum Hospitium excipere præsumat. Iidem vero Judei cum ad Nostras Diœceses pervenerint a Vicariis Nostris licentiam obtineant permanendi in respectivis Nostris Civitatibus, & Locis ad tres dies tantum concedendam; & solum nundinarum occasione ad decem dies prorogandam. (1) Fasciam crocei coloris semper gerant in pileo: in privatis domibus non pernoctent, sed dumtaxat in publica caupona, aut ubi Christiani non inhabitant: Noctis tempore ab ea non exeant: Diebus festis nullum opus servile, seu per se, seu per alios publice faciant, neque contractus ineant: Sanctimonialium Monasteria non adeant: Ante Ecclesias pro suarum mercium venditione alta voce exclamare abstineant: Cruces, Imagines, Vestes, Vasa, aliamque Sacram Supellectilem non emant; neque ullus Fidelis illis vendere, vel in pignus dare præsumat; sub pœna carceris, & scutorum decem, aliisque Arbitrio tam a Judeis, quam a Christifidelibus in qualibet supradictorum contraventione incurrenda. Ne verbum quidem ignominiosum contra Christianam Religionem, & Redemptionem, Beatam Virginem, ac Sanctos proferant Judæi, sub pænis contentis in Constitutione Gregorii XIII. Nullus Laicus, neque Clericus indoctus publice, vel privatim disputet de Fide Catholica cum Hebræis, Hæreticis, vel aliis, sub pænis in Sacris Canonibus (2) contentis.

14. Cum proximum sit infidelitati detestabile scelus Blasphemiæ; illud penitus extirpare cupientes, ab illis, qui blasphemias pro-

(1) *Edict. S. Inquisitionis 5. Aprilis 1775.*

(2) *Cap. Quicumq. §. Inhibemus de Haeret. in 6.*

proferentes audierint, denunciari mandamus, si blasphemiae haereticales fuerint, infra mensem sub poena Excommunicationis latae sententiae juxta Edictum S. Officii supra laudatum: si vero fuerint blasphemiae simplices, Nobis pariter denuntiari volumus infra decem dies, & denunciantes sciant, se juxta decretum Concilii Lateranensis decem Annorum Indulgentiam consecuturos. Si vero ejusmodi simplices blasphemias denunciare praetermiserint, praeter Divinam ultionem, iisdem paenis punientur, quibus Blasphemi ipsi, ob inobedientiam, & neglectum Dei, juxta Sanctionem Julii II.

15. Blasphemiae autem simplices juxta Sacrorum Canonum dispositionem severis poenis, etiam carceris in quo, congruo tempore, in pane, & aqua macerentur, coercebuntur. Poenis etiam gravibus pro modo culpae plectentur, quamvis ira, sive ebrietate, sive joco, seu animi levitate blasphemias proferent; (1) in foro enim externo hujusmodi excusationes à tota poena non liberabunt. Profanatores item SSmi Nominis Dei, qui saepius in loquendo Dei Nomine abutuntur, à Parochis acriter corripiantur, & si non profecerint, ad Nos deferant: Etenim contra illos rigorose procedi volumus, etiam summarie non servata Judicii forma; ut tandem aliquando hujusmodi vitium à Nostra Dioecesi prorsus eradicetur. Parochi autem bis in Anno, Dominica secunda Adventus, & Quadragesimae Summarium Constitutionis S. Pii V. (2) contra blasphemos, quod damus in Appendice num. IV. Populo publicent. Concionatores specialem in Adventu, & in Quadragesima Concionem habeant contra vitium blasphemiae, & Divini nominis profanationem. Confratres vero Societatis Correctorum blasphemiae enixe hortamur, ut ubilibet Locorum blasphemos, quos audiant, in charitate admoneant; & ab hujusmodi nefario vitio absterreant: Regulas, seu Constitutiones sibi praescriptas, quas damus in Appendice num. V. ferventer observando. In quibus autem Locis nostrae Dioecesis hujusmodi Confraternitas non est erecta, Mandamus Vicariis, Archipresbyteris, & Parochis Nostris, ut zelo Religionis inflammati, infra terminum seu mensium viros, tum doctrina, tum pietate praeditos adsciscant, qui Divini Cultus studiosi, & Religionis amantes hujusmodi operi pio devote incumbant; eorumque Catalogum Nobis transmittant, ut ad Societatis institutionem, & erectionem in forma procedere valeamus.

16. Po-

(1) *Can. Inebriaverunt 15. quaest. 5.* (2) *S. Pius V. Const. Cum Apostolatus 1566.*

16. Postremo per Charitatem Spiritus Sancti obsecramus cunctos, qui Christiana professione censentur, ut & illa respuant, quae huic inimici sunt Nomini, & ea quae sunt apta, sectentur. *Quid enim prodest* (1), *si fidem quis dicat, se habere, opera autem non habeat? Numquid potest fides salvare eum? Fides si non habeat opera, mortua est in semetipsa.* Si igitur in Nobis fides viva, & operans fuerit, unde justitia, & salus ipsi tribuitur; fiet ut omnibus in Nobis vitiorum malis mortificatis, Orthodoxam, Catholicam, & Apostolicam Fidem, quam lingua Nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur.

CAPUT II.

De Doctrina Christiana.

1. Quoniam Fides (2) ex auditu, auditus autem per verbum Christi; praecipuum Parochorum munus est (3), in Doctrinis glorificare Dominum, erudiendo in fide Populos sibi commissos; ut audientes intelligant. Singulis saltem Dominicis, Festisque diebus (4) qui de praecepto observantur, hora pomeridiana, vel alio opportuniori tempore, praemisso Campanae signo ex Ecclesia, atque Campanulae sono per viam Parochiae, in propriam convocent Parochialem Ecclesiam Pueros a septennio, & supra usque ad decimum quartum Annum, Puellas vero usque ad decimum secundum, eosque suo ordine, & loco dispositos, per horae spatium ex Libello a Cardinali Bellarmino edito, Fidei rudimentis, & Doctrina Christiana clare instruant. Quod si, legittimo cessante impedimento, Parochi instructionem hujusmodi omittere praesumpserint, prima vice, arbitraria, secunda vero quinque juliorum paena mulctabuntur: & si nimis ultra negligentes, seu contumaces fuerint, gravioribus paenis per subtractionem fructuum & quatenus opus erit (5) per censuras etiam Ecclesiasticas compellentur. Permittimus autem, ut in Solemnioribus Festis haec instructio possit intermitti dummodo in Missa Parochiali, vel alia commodiori hora Mysteria recurrentia Populo explicentur.

2. Ut autem hoc salutare Doctrinae pabulum ordinatius, & utilius ignorantibus administretur; Clerici omnes, etiam in

(1) *Jacobi* 2. 14. *et seq.*
(2) *Rom.* 10. 17.
(3) *Isaiae* 24. 15.
(4) *Concil. Rom.* 1725. *sub Bened. XIII. Tit.* 1. *cap.* 4.
(5) *Conc. Trid. Sess.* 24. *Cap.* 4. *de Ref.*

in Sacris Ordinibus constituti, omnino Parochum coadjuvare teneantur, alias ad altiores Ordines non promovebuntur. Dividantur Pueri in plures classes, eosque singuli Clerici a Parocho designati juxta eorum captum patienter simul, & diligenter erudiant, juxta methodum, quam damus in Appendice num. VI. Omnes vero Præsbyteros in Domino hortamur, tamquam Nostri Pastoralis muneris, & Parochorum adjutores, atque Christi Domini comministros; ut ultro, libenterque sese exhibere non detrectent, panem videlicet petentibus Parvulis frangendo, Doctrinam Christianam una cum Parocho in Ecclesia tradentes. Ex hoc a Sacerdotibus frequentato, præmio digno, opere, pro cujus promotione varias Summi Pontifices Indulgentias concessere, id evenire confidimus, ut facem ipsi præferentes, etiam Laici spiritualium gratiarum spe allecti, fructuose Parochiales Ecclesias ex occasione frequentent. Porro Nos in Parochiarum, & Beneficiorum collatione specialem, & distinctam rationem faciemus de assidua diligentia in hoc pietatis opus a Presbyteris, & Clericis habita. Puellæ separatim a Maribus instrui volumus a Magistris Piis, ubi commorantur, quarum vigilantiam, & profectum inde manantem cum cordis exultatione commendare debemus; Ubi autem desunt, ab aliis jam instructis Virginibus, aut honestis Matronis, vel ab ipso Parocho, seu aliis Sacerdotibus provectioribus, & pietate exemplaribus. Tum Adultis Parochus aliquod Catechismi Romani Caput explicare non omittat, ad captum Auditorum. In fine vero instructionis a Parocho, seu duobus Clericis, vel Pueris ab eodem designandis, in medio Ecclesiæ constitutis, cunctis respondentibus, alta voce sensim cantetur Summa Doctrinæ Christianæ de qua infra §. 8.

3. A Dominica vero Quarta Quadragesimæ, usque ad Dominicam Palmarum, qualibet die Parochi, hora statuta facto Campanæ, & Campanulæ ut supra signo, Pueros, & Adolescentulos in ætate octavi anni, & supra constitutos, in Ecclesiam Parochialem coactos, de rite, & fructuose Sacramentis Confessionis, & Communionis suscipiendis instituant, juxta regulas datas in Appendice num. XVI. secundum formam traditam (1) a Concil. Rom.

4. Si quos Pueros Parochi desides invenerint in assistendo Doctrinæ Christianæ, Parentes, & alios, quibus illorum cura commissa est, moneant, hanc præcipuam esse ipsorum

 obli-

(1) *Concil. Rom. in Appen. num. 29. et 30.*

obligationem, ut sui subditi in iis, quæ pertinent ad salutem Animæ, a primordiis usus rationis instituantur, & Doctrinam Christianam frequentent. Hac lege etiam Patrinos, & Matrinas Baptismatis, & Confirmationis adstrictos esse, vel maxime in Parentum deficientia admoneant. Quod si Parentes negligentes fuerint in mittendis Filiis ad Doctrinam Christianam addiscendam, post tertiam vicem, pænam juliorum trium incurrant.

5. Ludi Magistri, juxta Concilii Lateranensis V. Decretum (1) saltem semel in hebdomada, quos literis imbuendos susceperint, Doctrinam doceant Christianam, eosque Festis diebus secum ad Ecclesias ducant, vel mittant, sub pænis in eodem Concilio impositis, aliisque arbitrio Nostro. Idipsum Parochi invigilent præstari a mulieribus illis, quæ puellas muliebribus artibus imbuunt.

6. Ut pium opus Doctrinæ Christianæ tradendæ, Deo opitulante, æternæ vitæ fructus uberes producat, Confraternitatem, seu Congregationem Doctrinæ Christianæ in Nostris Cathedralibus Ecclesiis erigi, eamque, expeditis Bullis, Archiconfraternitati Doctrinæ Christianæ Urbis aggregari cupimus: quo facto omnes Scholæ in Civitatibus, & Diæcesibus, eidem aggregatæ remanent pro participatione gratiarum, & Indulgentiarum, quæ a Sancta Sede Apostolica (2) prælaudatæ Archiconfraternitati munifice sunt concessæ. Hinc Archipresbyteros Cathedralium Nostrarum ex corde monemus, & in Domino obtestamur, ut intra terminum sex Mensium institutionem, & erectionem Confraternitatis aggrediantur juxta regulas, & Statuta a Nobis edenda, & accomodanda, & subinde aggregationem impetrent: Vicariis autem foraneis, & Parochis Locorum Diæcesum injungimus, ut post erectiones, & aggregationes Confraternitatum in Civitatibus, Scholas, seu Confraternitates erigi satagant in singulis locis, quæ sane post expeditas a Nobis Bullas absque alia aggregatione de thesauro gratiarum, & Indulgentiarum participes erunt. Interim Viros pios, bonasque mulieres hortamur in Domino ut Confraternitatibus hujusmodi Doctrinæ Christianæ se adscribant, ad honorem, & gloriam Domini Nostri Jesu Christi, & ad Animarum Suarum, & Proximorum profectum, & Salutem, scientes, quod in

(1) *Concil. Later. V. Can. Statuimus de Magist.*

(2) *S. Pius V. Const.137. Ex debito. Paulus V. Const. Ex Credito 6. Octobris 1607. Sac. Congreg. Indulgen. 26.Martii 1711.*

in libro Sapientiæ per Spiritum Sanctum habetur: (8) *Qui ad justitiam erudiunt multos, fulgebunt sicut Stellæ in perpetuas æternitates*: Quod Parochi ex Altari, Concionatores ex Pulpito enixis verbis promovere studeant.

7. Ne autem Doctrinæ Christianæ concursus relaxetur, seu impediatur, aut perturbetur propter occurrentiam aliarum functionum in Parochiali, seu alia quacumque etiam Regularium Ecclesia, ad relationem Parochi, componere res, Nos ita curabimus, juxta Regulas præscriptas a gl. mem. Benedicto XIV. (2), ut nullo modo functiones, & Doctrina Christiana impedimenta sibi invicem præstent.

8. Pueri non modo quamplures, sed & adulti, extra Civitates, & Oppida morantes, ac animalium custodiæ in campestribus locis addicti, qui vix præcepto audiendi Missam diebus festis satisfaciunt, ea ignorantia laborare noscuntur; ut potiora etiam nesciant Fidei Mysteria, eaque addiscere cum aliis instructionibus Doctrinæ Christianæ verecundentur. Nos igitur æternæ eorum saluti consulentes hoc Synodali Decreto districtè mandamus, ut omnibus diebus Dominicis, & aliis Festis de præcepto in omnibus Ecclesiis, & publicis Oratoriis Ruralibus, Sacerdos quisque primamMissam celebrans, sub pœna suspensionis a Divinis per triduum tantum, post lectum Evangelium, alta, & intelligibili voce, vel cum cantu, italico idiomate, & populo universo respondente, saltem sequentia principaliora Fidei Mysteria paulatim eos edoceat, videlicet (2) Signum Sanctæ Crucis: Mysteria SSmæ Trinitatis, & Incarnationis: Symbolum Apostolorum: Orationem Dominicalem: Salutationem Angelicam: Præcepta Decalogi: Præcepta Ecclesiæ: Septem Sacramenta: Et Actus Fidei, Spei, Charitatis, & Contritionis, juxta formam in Appendice traditam Num. VI. §. 2. Si vero alicubi ex obligatione particulari, vel consuetudine enunciatis diebus Festis de præcepto, antequam celebretur Missa in Parochiali, celebrari solet prima Missa in Aurora in alia Ecclesia Urbana; in hac prædictam summam Doctrinæ Christianæ sub eadem pæna, præfatis tempore, modo, & forma edoceri Populum præcipimus a Sacerdote celebrante.

9. Ad hæc, Parochi prædictis diebus Dominicis, & Festis infra solemnia Missæ Parochialis per lectum Evangelium, & ejusdem habitam congruentem explicationem, seu alio opportu-

B 2 nio-

(1) *Dan.* 12. 3.

(2) *Const. Et si minime* 7.*Feb.*1742.

(3) *Concil. Rom. Tit.*1. *Cap.*5.

niori, & majoris concursus tempore, quo Divini Officii publica in Choro pensio non impediatur; ante Altare provoluti, Actus Fidei, Spei, Charitatis, & Contritionis (1) Populo respondente, cantando paulatim, eliciant, & edoceant, sub gravibus pænis ad arbitrium infligendis.

10. Optamus etiam, ut in Hospitalibus peregrinorum, & mendicantium, instructio Doctrinæ Christianæ promoveatur; ideoque Rectores, Priores, aliosque Hospitalibus præsidentes obsecramus, ut saltem diebus festis Vespere, Mendicantes, & Peregrinos simul congregatos genuflexos ante piam Imaginem, totam supraexpressam summam Doctrinæ Christianæ doceant; præeuntes illi sensim, & devote cantando, eadem verba repetentibus istis.

11. Volumus tandem, ut pueri prima Tonsura initiari, seu in Seminario admitti cupientes: & Puellæ in Monasteriis recipi petentes, attestationem scripto referant proprii Parochi de frequentia Doctrinæ Christianæ; alias non admittentur. Confraternitatibus autem, aliisque locis piis, seu quibuscumque Personis Ecclesiasticis, vel Sæcularibus, quibus onus inest ex piis dispositionibus Testatorum, subsidia dotalia Puellis elargiendi, præcipimus, & mandamus, quod inter alia requisita concurrentium, attestationem proprii Parochi exigant super frequentatione Doctrinæ Christianæ, vel saltem super sufficienti instructione de principalibus rudimentis Sanctæ Fidei; & Puellis negligentibus, sive minus instructis in Doctrina Christiana nullatenus subsidia dotalia conferant, sub pæna iteratæ solutionis de proprio contra Officiales Confraternitatum, & Personas respective prædictas; Velut si id requisitum impositum esset in Statutis, Constitutionibus, Testamentis, & dispositionibus (2): inhærentes Nos in hac parte Edictis san. mem. Clementis XI. 1701. Clementis XII. 1730., & Benedicti XIV. 1742. Hujusmodi Parochi attestationem reportare teneantur quicumque in piis sodalitiis, seu Confraternitatibus adscribi postulant, & qui ad Sacramentum Confirmationis recipiendum accedunt. Ipsi vero Parochi ad Eucharisticam mensam Pueros, & Puellas; ad Sacri Conjugii fædus, Matrimonio jungendos; & ad Officium Patrini, & Matrinæ tam in Baptismate, quam in Confirmatione Viros, & Mulieres non admittant, nisi Doctrinam Christianam frequentent, & calleant, seu aliàs de principalibus Myste-

(1) *Lit. Encic. Bened. XIV. 26. Junii 1754. et Const. ejusd. Et si minime §. ult.*

(2) *Edict. citat. in Synod. Civitatis Castellanæ Episc. Lanucci, anno 1756.*

fteriis Sanctæ Fidei, & eorum propriis obligationibus sint sufficienter instructi. Fidem tandem paupertatis Parochi ipsi non expediant pro Eleemosynis habendis a Locis, & Operibus Piis, seu mutuo habendo frumento a Montibus frumentariis, iis qui Doctrinam Christianam non frequentant, seu de principalibus S. Fidei rudimentis non sunt competenter imbuti, neque illis Parentibus, & dominis, qui curam negligunt mittendi filios, & filias, servos, & famulas ad Doctrinæ christianæ exercitium.

CAPUT III.

De Verbi Dei prædicatione.

I. Ignis in Altari semper ardens (1) Sacrum est Ministerium prædicandi Verbi Dei; cujus efficaciam ad vitia penitus eliminanda ostendit Dominus, cum locutus est per Isaiam (2) *Numquid non verba mea quasi ignis ardens?* cujusque virtutem ad salutis veritatem assequendam fassi sunt Discipuli duo illi, quorum oculi tenebantur, dum irent in Emmaus cum Christo Domino, ne eum agnoscerent; cum, eo cognito in fractione panis, dixerunt ad invicem (3) *Nonne cor nostrum ardens erat in Nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas?* Hinc gliscentibus vitiis in homine, (4) quorum sensus, & cogitatio cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua: omnes, qui curam retinent Animarum prædicatione Verbi Dei, (5) in dextera cujus ignea lex, ipsam divinam legem annuntiare oportet; ut contra mundi nequitiam declamando, novissima hominis memorando, minisque Divini flagelli deterrendo, vitia Populorum purgentur, atque Christianas virtutes promovendo, & ostensione facilitatis (6) simplicis fidei, & bonæ spei, & Sanctæ Charitatis præbendo fervorem, sempiterna cunctis remedia proveniant. Quod si hoc onus, sane gravissimum, Pastores Animarum non adimpleant, noverint se aliquando a Supremo Pastore Jesu Christo increpandos (7) *Pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos; nonne greges a Pastoribus pascuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit non consolidastis, & quod*

(1) *Levitic. 6. 12.* (2) *Isaiæ 23.*
(3) *Lucæ 24. 32.*
(4) *Genes. 8. 21.*
(5) *Deuter. 32. 2.*
(6) *S. August. Ser. 9. de Verbis Dom.*
(7) *Ezech. 34. 2.*

quod ægrotum non sanastis, quod confractum est non alligastis, & quod abjectum non reduxistis, & quod perierat non quæsistis . . . Et dispersæ sunt oves meæ, eo quod non esset pastor, & factæ sunt in devorationem omnium bestiarum agri, & dispersæ sunt. Propterea Pastores audite Verbum Domini . . . Ecce ego ipse super Pastores requiram gregem meum de manu eorum.

2. Præcipue Nobis Verbi Dei prædicandi onus incumbit (1) nonnisi ex gravi causa prætermittendum (2). Id porro Nos, divina favente gratia, cum adversa valetudine, seu aliqua gravissima muneris occupatione non fuimus prepediti, adimplere sategimus, & imposterum toto ex animo prosequi curabimus. Nosse autem omnes arbitramur, quod Episcopo in sua Diæcesi liberum est, sermonem ad Populum habere in quacumque etiam Regulari, & exempta Ecclesia (3) Ipso per se prædicante, quilibet inferior, quamvis Regularis, & exemptus, eadem hora silere debet, etiam in propria Ecclesia.

3. Sed, cum nec ubique, nec semper per se ipsos Episcopi, munus istud valeant subire; tamquam secundi ordinis Pastores Parochi omnes ex Officio strictissima obligatione, ejusque in sua Parochia, sancte ac digne, hoc Ministerium implere tenentur. Quare his omnibus districte præcipimus, & mandamus, ut gravissimam hanc Divini, & Ecclesiastici præcepti sanctionem ex corde diligentissime observent; & singulis (4) saltem Dominicis, Festisque diebus, qui de præcepto observari solent, mane, post lectum in Parochiali Missa Evangelium, sermonem brevem habeant, & facilem auditorumque capacitati aptum; vitia, quæ declinare, & virtutes, quas sectari oporteat, denuntiantes, adhibito Cathechismo pro Parochis potissimum impresso. Eos tamen admonitos volumus, se nec proprio muneri, nec Nobis satisfacturos, si qualemcumque sermonem instituant, quidquid tunc in os venerit enunciando, quod persæpe nil Populo prodest. Novo igitur præmisso studio, seriaque habita meditatione, Textum ipsum Evangelii vulgari, & facili sermone primum, deinde ex eo mysterium unum, vel plura declarent, Sanctorum Patrum doctrinis, & Sacræ Scripturæ vel Ecclesiasticæ historiæ exemplis confirmantes, ut rudes etiam Auditores, vel aliquem Sanctæ Fi-

(1) *Concil. Trid. Sess. 5. cap. 2. Sess. 24. cap. 24.*

(2) *Cap. 15. de Offic. Ordin.*

(3) *Benedict. XIV. de Synod. lib. 7. cap. 43. n. 6. et 7. cum allegat. resolut. Sac. Congr.*

(4) *Concil. Trid. loc. cit. Concil. Rom. Tit. 1. cap. 4.*

Fidei Catholicæ Articulum, vel Sacramentorum vim, & efficaciam percipiant; sive ad humanarum rerum contemptum, ad vitiorum fugam, & ad timorem, & amorem Dei eorum corda excitentur; per hæc ad sedulam, atque exactam Dei, & Ecclesiæ præceptorum observantiam inducantur. Si autem imbecillitate memoriæ Parochus aliquis se id præstare diffidat, nec in publicum facile sermonem habere sibi spondeat, eatenus tolerabitur, si conceptum Sermonem scripto antea consignatum, vel in libro probati Auctoris contentum, ex Altari paulatim perlegerit, eo plane spiritu, & modo ac si memoriter recitaret: cum parum referat, utrum memoriter, an scripto Verbum Dei proferatur, dummodo Christus quoquo modo fideliter annuntietur, & necessario, utilique pabulo Christianorum Animæ reficiantur. Et quamvis in Parochorum Nostrorum religiositate confidamus, in tanti momenti negotio, neminem ex ipsis proprio oneri defuturum, nec opus Nobis esse censeamus, temporalibus pænis esse coercendos; nihilo tamen secius, ad rei gravitatem, & animi Nostri solicitudinem ostendendam, in juris subsidium, mulctam injungimus juliorum decem pro qualibet culpabili omissione, usibus piis applicandam; etiam ad congruam subtractionem fructuum, alteri, qui vices suppleat, assignandam, si in negligentia perstiterint, deventuri.

4. Nullus Presbyter (exceptis Parochis in sua Parochia) prædicare præsumat, qui a Nobis non sit ante approbatus, prævio examine super doctrina, (1) etiam quoad Regulares in Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt, concionaturos, si ita arbitrio Nostro, quod sane moderatum erit, & discretum, visum fuerit; Et qui Nostram non obtinuerit in scriptis facultatem Vicariis Civitatum, & respective locorum ostendendam. Quatenus vero Regulares in Ecclesiis suorum Ordinum sint concionaturi; id eis non liceat, (2) nisi prius a Nobis Benedictione petita, & Nobis non contradicentibus juxta, & rationabili causa interveniente: alias Censuris, & pœnis a Nobis, etiam tamquam Sedis Apostolicæ Delegatis, coerceri, & puniri posse sciant.

5. Qui jus nominandi habent pro Adventu, vel Quadragesima, videant, ne humano affectu minus idoneos superferant; sed pium, doctum, aptumque Dei Verbi præconem, qui sua non quærat, sed Jesu Christi. Nominationis autem do-

(1) *Const. Clem. X. 21. Junii 1671. incip.* Superna. (2) *Ibidem.*

documentum, in quo nullatenus vocabula *eligendi*, seu *electionis*, *deputandi*, seu *deputationis*, sed solum *nominandi*, & *præsentandi* sunt exprimenda, Nobis præsentetur, & in Nostra Cancellaria referatur antequam labantur Solemnitates, Omnium Sanctorum pro Adventu, & Epiphaniæ pro Quadragesima: secus elapso statuto tempore, vel compertis prædictis vocabulis, Nominatio Concionatoris rejicietur, & pro ea vice ad Nos integre spectabit providere de Concionatore, cui solitam Eleemosynam, seu stipendium Communitates denegare, seu diminuere non valent, inconsulta Sacra Congregatione Concilii, vel Boniregiminis (1).

6. Sacros autem Oratores, quos (2) doctos semper, & eruditos, maturos, fortes, & irreprehensibiles, & optimis moribus imbutos, ac si Regulares sint, suis a Superioribus approbatos oportet esse, in Vineam Domini, præcipue tempore Adventus, & Quadragesimæ, nostra cum facultate, & benedictione, ac emissa Fidei Professione conducendos, meminisse volumus, se sapientibus, & insipientibus esse debitores; ideoque non in persuasibilibus humanæ sapientiæ Verbis, sed in ostensione Spiritus & virtutis, Verbum Dei annuntient: pro laboribus suis recipere laudes humanas non quærant: gloriam suam non in ore hominum ponant; sed unice Dei gloriam, & Animarum salutem exoptantes, verbo pariter, & exemplo non semetipsos, sed Christum, & nunc Crucifixum utiliter, & fructuose prædicare toto animo contendant. Antequam prædicationis munus aggrediantur, ad sui commonitionem, & nostri animi significationem, perlegant, ut adamussim observent, ea, quæ de prædicandi officio sancita sunt in Sacro Concilio Tridentino Sess. 5. cap. 2. de Reformat., item in Instructione in Appendice hujus Nostræ Diœcesanæ Synodi num. VII. relata, atque in præsenti Capite sunt statuta, quæ omnia a Parochis in quorum Ecclesia Conciones habentur, eisdem Concionatoribus volumus exhiberi, pariterque significari Populi mores serpentes abusus, & publica scandala, si quæ sint ab ipsis corrigenda. Concionatores autem caveant, ne aliquem (3) nominatim insectentur, nec ita verbis circumscribant, ut de quo loquuntur facile possit Populus animadvertere; sed pie Fidelium corda ad virtutes incendant, eosque

in

(1) *Sac. Congr. Conc. in Tiburtina 3. Junii 1693. et Sac. Congr. Bon. regim. in Ripam 24. Novembris 1711.*

(2) *Concil. Rom. Tit. 1. cap. 10.*

(3) *Concil. Later. 5. Sess. 11. Const. 1. Conc. 4. Mediol. p. 1. tit. 1. de prædicat.*

in Dei amore, & timore constituant; profana evitent, scurrilia declinent, ad fabulas non convertantur, & numquam utantur formis exterioribus, personis fictis, suppliciorum instrumentis, malleorum ictibus, corporeis imaginibus, vel figuris, aliisque ludricis, terriculamentis, eo futili consilio ducti, quod altius Populum ad compassionis, & doloris affectum insinuent; cum potius hæc, & similia ad risum, & illusionem inducant; ideoque ea interdicimus sub pæna Suspensionis ab officio prædicandi in Nostra Diæcesi, aliaque graviora arbitrio Nostro juxta rerum circumstantias (1). Sola igitur utantur, quando opus est, Cruce, & Icona Crucifixi, miracula, & prodigia, quæ ab Ecclesia non sint probata, non enarrent: Indulgentias, quæ a Nobis non sunt recognitæ, ne publicent: Eleemosynas pro subsidio Sacrorum Locorum Palestinæ, juxta Constitutionem Sanctissimi Domini Nostri (2) bis in quolibet prædicationis decursu, & semel pro Redemptione Captivorum Populo enixe commendent. Numquam autem pro particulari Paupere absque Nostra, vel Vicariorum Nostrorum Licentia: Pro se ipsis vero ita se gerant, ut (3) sic eos existimet homo, ut Ministros Christi, & dispensatores Mysteriorum Dei, sectantes non quæstus pecuniarum, sed animarum: Et nocturno tempore Conciones non habeant sine Nostra, vel Vicarii Nostri Generalis in scriptis obtenta licentia, sub pænis arbitrio Nostro infligendis, non enim legimus (4) Dominum solitum fuisse noctibus sermocinari, & doctrinam in tenebris tradidisse. Si quis autem hæc salutaria, & necessaria monita neglexerit, vel quoquo modo contra Ministerium suum deliquerit, Parochi ad Nos deferre nullatenus omittant, ut malo irrepenti occurrere, & lupum ovina pelle vestitum a nostro grege arcere opportune valeamus.

7. Qui ad concionandum Monialibus mittuntur, congruis argumentis, & debita cum gravitate, accurata circumspectione, & singulari modestia, ad regularem observantiam, & virtutum perfectionem eas excitent, & inducant. Privatam (5) cum ipsis Monialibus collocutionem effugiant, sub pænis contra violantes Clausuram in collocutoriis (6). In concionibus Monialium, Exteros, & Sæculares non admittant, sed penitus excludant, sub pæna inferenda suspensionis ab officio concionandi.

(1) *Acta Mediolan. p. 5. §. Quoniam.*
(2) *Const. SS. D. N. Pii VI. ut in Part. 3. cap. 10. huj. Synod.*
(3) *1. Cor. 4.*
(4) *S. Hilar. Comm. in Matth. cap. 20.*
(5) *S. Cong. Conc. Dub. 21. Maii 1678.*
(6) *Sac. Congr. Conc. in Bergomen. 21. Maii 1678.*

8. Peracto prædicationis cursu, iterum se Nobis sistant Prædicatores, quasi rationem pro Animabus quibus Verbum Dei annuntiaverint, reddituri; ut Nos certiores faciant de fructu prædicationis, & de scandalis, vel abusibus, quos extra Confessionem audiverint, vel notaverint; ut fortioribus remediis ea, quæ correctione indigent, vel emendatione, coerceamus. Vicarii vero Nostri, & Parochi Nobis referre non omittant de Concionatorum conversatione, modestia, zelo, pietate, & scientia in eorum munere implendo, ut dijudicemus, quinam irreprehensibiles, & utiles sint Verbi Dei Ministri, quos imposterum ad alia suggesta mittamus, & quinam reprehensibiles, & inutiles, quos caveamus.

9. Tempore Concionis in Adventu, & Quadragesima, Officinas, Apothecas, & Tabernas occludi mandamus, sub pænis in Edicto Nostro contentis, quod damus in Appendice num.XIII. Artifices a manuali opere abstineant; Judicesque monemus, ut eo tempore a Jure dicendo, omnique judiciali strepitu sese contineant. Mandamus item, ut concioni fæminæ seorsim a maribus intersint (1), itaut saltem aliqua tela proportionate elevata separentur; sub pæna scutorum decem contra Officiales Ecclesiarum, qui in hoc desides fuerint: quod si nihilhominus quis ex Viris cujuscumque gradus, & conditionis existat, inter mulieres, aut si qua mulier inter Viros Concioni adstare præsumpserit, pænam scutorum trium, Ecclesiæ ipsi applicandorum irremisibiliter incurrant.

10. Canonici Cathedralium, & Collegiatarum, qui cæteris bonorum operum exemplum præbere debent, adsint Concionibus (2) in habitu chorali in propria Ecclesia, sub pæna punctaturæ coequalis absentiæ a Missa Conventuali. Clericos autem omnes, & Sacerdotes serio monemus, ut, legitimo cessante impedimento, Concionibus semper intersint cum superpelliceo, & bireto, ut ab ipsis reliqui de Populo sumant quid imitentur. Denique Fideles omnes utriusque sexus hortamur enixe, ut ad audienda Divina eloquia sedulo, assidueque conveniant, & quod aure audient, corde concipiant, illam nimis terribilem Christi Domini metuentes sententiam (3). *Qui ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.*

(1) *Concil. Mediol. I. p. 1. tit. de prædic.*

(2) *Nicol. in Hosc. Verb. Can.2. 33.*

(3) *Joan. 8. 47.*

CA-

CAPUT IV.

De Sacra Scriptura .

I. QUam utilis sit Sacræ Scripturæ lectio, in qua continentur Verba Dei, qui scientiarum Dominus est, & fons Sapientiæ, ostendit Apostolus cum scripsit (1). *Omnis Scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia; ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus*. Ne igitur neglectus jaceat cælestis ille Sacrorum Librorum thesaurus, quem Spiritus Sanctus Nobis tradidit, ut inde ineffabili Dei Sapientia eruditi, quid credere, quid sperare, quid agere debeamus, nobis innotescat, decernimus, ut quilibet Sacerdos Sacram Bibliam vulgatæ, & ab Ecclesia approbatæ editionis apud se habeat, sub pænis arbitrio infligendis, & non habeat tantum, sed & pervolvat, perscrutetur, legat, & meditetur. Legat porro (quod laudabilius esset) quemadmodum legi cupiebat D. Hieronymus scribens ad Eustochium (2). *Tenenti Codicem somnus obrepat, & cadentem faciem Pagina Sancta suscipiat*: idest assidua, & perseveranti norma.

2. Quoniam vero vehementer optamus, ut ab ipsis teneræ ætatis primordiis pueri, & ii potissimum, de quibus spes effulgeat, ad Ecclesiasticum statum esse vocandos, Sacrarum Literarum notionem concipiant; ludimagistros obsecramus, ut cum plane legere, resque lectas memoriter conservare fuerint exorsi, eosdem Sacram doceant historiam. Idipsum fieri mandamus a Seminarii Nostri Præceptoribus, eo adhibito moderamine, ut qui majoribus artibus student, de quolibet Sacræ Scripturæ libro, nominatim, ac breviter disserendo, potius instituantur; & ita videant, quod (3) multifariam multisque modis olim Deus locutus est in Prophetis, & novissime locutus est in Filio.

3. Quod autem attinet ad publicam Sacræ Scripturæ lectionem, juxta (4) Sanctiones Sacri Concilii Tridentini, & Concilii Romani, in nostris Cathedralibus, & in Collegiata Sermonetæ jam constitutam, seu, Deo opitulante, in aliis Oppidorum insigniorum Collegiatis erigendam, mandamus, ut Canonici Theologi (5) Quadraginta saltem lectiones quotannis

 pu-

(2) *Timoth. 3. 16.*
(1) *D. Hieron. ad Eustoch. de Cust. Virgin.*
(3) *Hebr. 1.*
(4) *Concil. Trid. Sess. 5. cap. 1. Con. Rom. 1725. Tit. 1. cap. 6.*
(5) *Idem Conc. Rom. cap. 7.*

publice in Ecclesia habere teneantur, diebus, & horis a Nobis (1) & Successoribus Nostris pro majori Cleri, & Populi commoditate præfigendis, per se ipsos, sin minus per idoneos alios, quos Nos, vel Vicarius noster Generalis, cum oportuerit, substituemus (2). In lectionibus habendis, eam Sacræ Scripturæ partem explicabunt, quam Nos, & Successores Nostri præscribemus; & cum omnes Auditores non sint eodem ingenio præditi, claram methodum, & uniuscujusque captui congruentem adhibeant; & literali in unaquque textus enarratione præmissa (3), duas semper proponant, & solvant quæstiones, historialem unam, alteram vero seu moralem, seu de Articulis Fidei, & Sacramentis, seu etiam de Catholicæ Ecclesiæ ritibus, eorumque mysteriis, vel aliis ad sanam doctrinam, & christianam institutionem spectantibus, quæ humanæ nedum eruditioni, sed spirituali etiam valeant prodesse adstantium saluti.

4. Prædictis Sacræ Scripturæ lectionibus, diebus, & hora designatis omnino interesse teneanrur Cathedralium, & Collegiatarum Dignitates, & Canonici, Parochi item, & Confessarii Sæculares, sub pæna, quam auctoritate Concilii Romani (4) statuimus, obulorum decem pro qualibet vice. Regulares item Confessarii, quatenus hæc ipsa lectio in eorum Monasteriis non habeatur eisdem lectionibus intersint; sub pæna ferendæ suspensionis ab audiendis Confessionibus, si absque legitima causa absint. Reliqui autem Sacerdotes Sæculares, & Clerici, si absque legitimo impedimento adesse omittant, pænam illi arbitrio nostro incurrent; isti vero ad altiores ordines non promovebuntur. Eapropter Canonici Theologi aliquem Ecclesiasticum deputare non abnuant, qui catalogum habeat omnium, qui ut supra interesse debent, & singulis vicibus absentes adnotet, referatque Nobis in fine cujuslibet anni, ut ad exactionem pænæ nemini ullatenus remittendæ procedere possimus.

5. Cæterum, ut præfatos Canonicos Theologos ad exacte munus suum exequendum stimulis etiam adigamus, inhærentes Constitutioni fel. rec. Benedicti XIII. (5) tertiam partem proventuum uniuscujusque Theologalis Præbendæ distribuimus, & proportionabiliter applicamus singulis Sacræ Scripturæ quadraginta lectionibus quot annis habendis, ita ut si Præbendatus universas habuerit lectiones, assignatas distributiones integras absque ulla pror-

(1) *Ibid. cap. 9.*
(2) *Syn. Oldo 1728. tit. 1. cap. 4.*
(3) *Concil. Rom. ubi sup. cap. 8.*
(4) *Ibid. cap. 10.*
(5) *Const. Pastoralis 19. Junii 1725. relat. in App. Concil. Rom. num. 2.*

prorsus diminutione consequatur: Si vero in aliqua, vel pluribus lectionibus defecerit, portiones, seu distributiones neglectis lectionibus respondentes amittat, quæ in Sacristiæ Ecclesiæ beneficium cedant, & erogentur. Munus igitur erit Præfecti Sacristiæ, registrum lectionum habitarum fideliter conficere sub pæna ad nostrum arbitrium. In eventu autem gravioris contumaciæ, alium deputabimus Theologum Sacerdotem Sæcularem, vel Regularem, qui jugiter supplendo ejusdem Præbendati vices, præfatis distributionibus potiatur.

6. Ut accuratius Theologi proprio muneri possint incumbere (1), pro tota die, qua lectiones habuerint, eosdem immunes ab obligatione assistendi Divinis in Choro declaramus; quatenus tamen munus suum rite adimpleant in debita forma: Et nihilominus, eis quotidianas deberi distributiones, eosque a punctationibus eximi decernimus, & mandamus.

7. De concursu habendo in vacatione Theologalis Præbendæ Instructio datur in App. n. XXXIV., ubi de Præbenda Penitentiaria.

CAPUT V.

De Congregationibus Casuum Moralium, & Sacrorum Rituum.

I. Eo tendunt districtæ Sacerdotum obligationes, ut Cultum Deo debitum in Sacrificiis peragendis, & Officiis persolvendis, rite, & convenienter impendant; atque fidelium mores in sana Theologiæ Moralis doctrina incorrupte tueantur, adversus eos, qui ad sua desideria coacervant sibi magistros prurientes auribus, & a veritate quidem auditum avertunt. Præcepit olim Deus antiquæ legis Levitis, qui figuram tantummodo Cleri Evangelicæ Legis præferebant, hujusmodi observantiam; primam porro cum dixit ad Aaron (2): *Excubent Levitæ in custodiis Sanctuarii, & in omnibus cæremoniis ejus: Excubate in custodia Sanctuarii, & in Ministerio Altaris*: Alteram vero per Malachiam (3) *Labia Sacerdotis custodient scientiam, & Legem requirent ex ore ejus*. Cum autem gratia, & benignitate Salvatoris Nostri (4), qui dedit semetipsum pro No-

(1) *Syn. Oido 1728. part.2. cap.13.*
(2) *Num. 18. 4. et 5.*
(3) *Malach. 2. 7.*
(4) *Tit. 2. 24.*



Nobis, ut nos redimeret ab iniquitate (1), figura in veritatem, prophetia in manifestationem, & lex versa sit in Evangelium; atque in Evangelica lege ordo clarior Levitarum, dignitas amplior Seniorum, & sacratior sit unctio Sacerdotum: hinc perfecte simul, & discriminatim ab istis sunt hæc præcepta servanda; Quandoquidem ait Apostolus scribens ad Corinthios (2) *Omnia autem honeste, & secundum ordinem fiant* atque Timotheo commisit (3): *Attende tibi, & doctrinæ: insta in illis; hoc enim faciens, & teipsum salvum facies, & eos qui te audiunt. Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.*

2. Quoniam vero plures sunt Ecclesiarum, & Altarium Ministri, qui parum illius attendentes majestatem, & dignitatem, ad cujus intimum sunt famulatum addicti, in Choro, in Altari, in reliquis Officiis Ecclesiasticis ita minus apte se habent, ut in plurimorum scandalum, & perniciosum exemplum id cedere dignoscatur. Plures item sunt, qui vel Theologiæ Moralis studium aversantes, ne dum aliis, sicuti par est, viam mandatorum Domini demonstrare, sed & sibimetipsis ad rectæ conscientiæ regulam consulere nesciunt, quod ignorantiæ præpediuntur obstaculis, vel eas solum adoptantes opiniones Christianæ disciplinæ relaxativas, per quas in rebus ad conscientiam pertinentibus opinandi modus influxit omnino discrepans ab Evangelica simplicitate, Sanctorumque Patrum doctrina; illasque ad praxim deducentes, propriæ, & alienæ Animarum saluti maximam inferunt perniciem: Quocirca, inhærentes dispositioni Concilii Romani, volumus, & mandamus, ut Collationes, seu Congregationes Sacrorum Rituum, & Casuum Conscientiæ omnino habeantur, diebus; & horis præcedenter præscribendis in Nostris Cathedralibus, & Collegiatis, aliisque majoribus Ecclesiis Nostrarum Civitatum, & locorum, in quibus plures resident Sacerdotes, juxta methodum, quam damus in Appendice num. VIII. ea moderatione confectam, ut etiam ab studiis, & literis alienos attrahat ad has Congregationes frequentandas, quas omni studio convocari jussit propositis pœnis Concilium Romanum (4). Cum enim statuatur in eodem, hujusmodi Congregationes alternatim de Sacris Ritibus, & Conscientiæ Casibus semel singulis hebdomadis esse cogendas, Nos bis tantum in mense faciendas esse præscribimus, ea tamen lege, ut in qualibet Congregatione utraque ma-

(1) *S. Leo Serm.8. de Pass. Dom.*
(2) *I. Corint.* 14. 40.
(3) *I. Timoth.* 4. 13. *et seq.*
(4) *Concil. Rom. tit.* 15. *cap.* 9.

materia de Sacris Ritibus, & Conscientiæ Casibus expendatur; & ita, mitigato incommodo, mens Concilii jure adimpleatur. Vacationes vero mensibus æstivis, vel autumnalibus indulgemus.

3. Hujusmodi conventibus teneantur adesse Parochi, & Confessarii Sæculares, sub pæna juliorum quinque qualibet vice incurrenda: item Canonici, Præsbyteri, & Clerici Sacris initiati, sub pæna juliorum trium ut supra incurrenda, dummodo non sint legitime impediti: Atque etiam Confessarii Regulares (quatenus morales in eorum Conventibus lectiones non habeantur) (1) sub pæna suspensionis ab audiendis Confessionibus ferendæ sententiæ. Sciant insuper Confessarii tam Sæculares, quam Regulares, sese facultatis audiendi Confessiones confirmationem non obtenturos, nisi attestationem exhibuerint continui ad hujusmodi Congregationes accessus; de quo Clerici pariter Sacris initiati documentum præstabunt, alioquin ad ulteriores Ordines non promovebuntur.

4. Harum Congregationum Præfectum constituimus, & deputamus in Civitatibus quidem in absentia Nostra, Vicarium Generalem, vel Specialem, & in Locis Diœcesum Vicarium foraneum, cujus erit incumbere, ut Collationes juxta prescriptum non prætermittantur. Casus tum Sacrorum Rituum, tum Conscientiæ omnino illi resolventur, qui à Theologo Nostro proponentur, quosque singulis Annis in fine Calendarii pro omnium commoditate imprimi curabimus. Omnes parati conveniant, & instructi, ut si forte resolutionem sint habituri, eadem memoriter, vel scripto promant, solidis rationibus, & Sacrorum Canonum, vel Sanctorum Patrum, aut optimæ notæ Theologorum authoritate probatam, missis longis proemiis, inanibus discursibus, & inutilibus quæstionibus. Ab hoc autem Synodales Judices & Examinatores, atque in Ecclesiis Cathedralibus, & Insignibus Collegiatis in aliqua Dignitate constitutos dispensamus, quibus tamen post resolutionem Theologi a Nobis deputati liberum sit difficultates exponere, quæ sibi occurunt in resolutione audita.

5. Soluta prorsus Congregatione, si quid sit in Civitate, vel loco, quod ad coercenda vitia, quæ in moribus Populi, vel ad lapsam Cleri disciplinam instaurandam, necessarium, & opportunum ducatur: Parochi, & confessarii una cum Vicario, aliis exclusis remaneant collecti, referant, proponant, & con-

1) *Concil. Rom. ibid.*

consulant: Consultationem vero sequatur unanimis conatus ad vitia, abusus & corruptelas eliminandas, & Cristianas virtutes promovendas. Et si de gravioribus rebus agatur, Vicarii certiores de illis Nos reddant ut providere opportune possimus (1).

6. Ut autem prædictæ Sacrorum Rrituum, & Casuum Moralium Collationes optatum sortiantur effectum, debitum Deo cultum præstandi, & corda Fidelium in Dei charitate dirigendi, habeant apud se Ministri Sacri Libros de hujusmodi Ecclesiasticis disciplinis recta ratione tractantes, eosque continuo legant. Maxime vero indefesso labore acquirere contendant scientiam Sanctorum in recordatione Vitæ Jesus Christi Summi Sacerdotis, cujus quælibet actio est nostra instructio, & ab eo tamquam a Patre Luminum, a quo est (2) omne datum optimum, & omne donum perfectum, lumen enixe deposcant, sedula meditatione Codices Novi Testamenti, in quibus Divini Magistri documenta continentur, quotidie volventes. Hinc, annuente ejusdem Salvatoris nostri bonitate, In hisce facultatibus Plebs Deo dicata ita proficiet; ut in Sacris Ritibus eruditam (3) exaudiat Dominus in die tribulationis, protegat eam nomen Dei Jacob: memor sit omnis sacrificii sui, & holocaustum suum pingue fiat: eo quod placebit (4) Domino Sacrificium ejus: atque in doctrina rectæ conscientiæ pro erudiendis Populis institutam remuneretur Deus ea ampla mercede, quam constituit per Apostolum suum Jacobum (5): *Qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, salvabit animam ejus a morte, & operiet multitudinem peccatorum.*

CAPUT VI.

De celebratione Missarum.

I. UT per Melchisedech Sacerdotem (6) benedictio circa Abraham posset rite celebrari, præcedit ante imago Sacrificii in pane, & vino scilicet constituta: quam perficiens, & adimplens Dominus, panem, & calicem mixtum vivus obtulit: & qui est plenitudo, veritatem præfiguratæ imaginis adimplevit: & ita (7) legalium differentiam hostiarum unius sacrificii perfectione sancivit. Hinc (8) carnalium sacrificiorum varietate cessan-

(1) *Act. Medicl. p. 4.* (2) *Jac. 1. 17.*
(3) *Psalm. 19. 2. et 4.*
(4) *Malach. 3. 4.* (5) *Jac. 5. 20.*
(6) *S. Cyprian. ad Cecil. lib. 2. ep. 3.*
(7) *Eccl. in Dom. 7. post Pent.*
(8) *S. Leo Serm. 8. de Pass. Dom.*

fante, omnes differentias hoftiarum una Corporis, & Sanguinis Chrifti implet oblatio, quoniam ipfe eft verus Agnus Dei, qui tollit peccata Mundi, & in fe univerfa perficit Myfteria; ut ficut unum eft pro omni victima facrificium, ita unum de omni gente fit regnum. Pridie enim quam pateretur (1) Apoftolis fuis in fui commemorationem hoc fieri traditione monftravit, (2) atque eifdem, eorumque in Sacerdotio fucceſſoribus, ut offerrent, præcepit: Unde (3) quoties hujus hoftiæ commemoratio celebratur, opus noftræ redemptionis exercetur. In Divino quippe (4) Sacrificio, quod in Miſſa peragitur, idem ille Chriftus continetur, & incruente immolatur, qui in Ara Crucis femel feipfum cruente obtulit: Quapropter unam, eamdemque fatemur eſſe hoftiam, eumdem nunc offerentem Sacerdotum Minifterio, qui feipfum tunc in Cruce obtulit, fola offerendi ratione diverfa. Hujus quippe oblatione placatus Dominus, gratiam, & donum pœnitentiæ concedens, crimina, & peccata etiam ingentia dimittit, cruentæ oblationis fructus per hanc incruentam uberrime largiendo: Merito igitur fumma cura adhibenda eft, ut Sacratiſſimum (5) Miſſæ facrificium omni Religionis cultu, & veneratione celebretur, utque quam maxime fieri poteft cordis munditia, & puritate, atque exteriori devotionis, ac pietatis fpecie peragatur (6). Quo enim non oportet eſſe puriorem tali fruentem facrificio? quo folari radio non fplendidiorem manum carnem hanc dividentem? Os, quod igni fpiritali repletur, linguam, quæ tremendo nimis fanguine rubefcit?

2. Cogitent igitur quali fint infigniti Sacerdotes honore, & quos femper innocentiæ ftola veftitos eſſe oportet, fæpe ad Chriftum totius innocentiæ fontem per puritatis Sacramenta confugiant, quamvis fibi nullius mortalis culpæ confcii eſſe videantur. Etenim nemo coram Altiſſimo (7), qui in Angelis fuis reperit pravitatem, eo animi candore, eaque cordis puritate fe præditum præfumere debet, ut longo tempore, abfque faltem irreverentiæ nota, & fuperbiæ labe, Sacramentali pofthabita Confeſſione, ad Miſſæ facrificium accedat. Optandum ergo eſſet, ut fanctorum virorum exempla fequentes toties peccata fua confiterentur, quoties erunt celebraturi: fal-

D tem

(1) *Eccl. Secr. Fer. 5. in Cæna Dom.*
(2) *Concil. Trid. Seſs. 22. cap. 1.*
(3) *Eccl. in Dominica 9. post Pentecosten.*
(4) *Concil. Trid. Seſs. 22. c. 2.*
(5) *Idem Seſs. 22. in Decr.*
(6) *S. Joannes Chryſ. hom. 6. ad Pop. Antioch.* (7) *Job. 4. 18.*

tem autem semel in hebdomada Pænitentiæ Sacramento expientur, prout Nos serio monemus, & in Domino obsecramus.

3. Si quis vero Sacerdos lethali culpa (quod Deus avertat) gravatum se sentiat, quantumvis sibi contritus videatur (1), absque præmissa Sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam non accedat; quamvis ex officio sibi celebrare incumbat, modo non desit illi copia Confessarii. Quod si, necessitate urgente Sacerdos absque prævia Confessione celebraverit, quamprimum confiteatur, rejectis super hoc ab Apostolica Sede damnatis (2) Propositionibus.

4. Sacerdos Missam celebraturus Tonsuram deferat Clericalem decenter attonsam, & vacuam omnis sæcularis vanitatis, atque coronam in capite apte formatam, ordini, & gradui convenientem, & ita sæpe renovatam, ut clare conspici possit. Habitum insuper talarem, & honestum, manicatum, & a parte anteriori prorsus clausum gestet, eoque domi indutus Ecclesiam, & sacrarium ingrediatur. Si vero in Ecclesiis extra Civitates, & Loca existentibus sit celebraturus, inibi talari veste etiam sine manicis superindui tolerabitur. Nullibi vero sine talari veste, ut supra pro respectivis Ecclesiis determinata, vel absque corona seu cum coma fictitia vulgo Parucha sine debita licentia, celebrare præsumat, sub pæna suspensionis a Missa celebranda per tres dies, eo ipso incurrenda: Sacerdos vero peregrinus, & exterus, modo ultra triduum in Civitatibus, seu Locis nostrarum Diæcesum moraturus non sit, ut possit in Sacrificii ministerio veste talari etiam non manicata; ideoque singulis Ecclesiarum Rectoribus jubemus, ut ad exteri Sacerdotis usum præscriptæ formæ talarem vestem in Sacrariis paratam retineant, sine qua nullum Sacerdotem celebrare permittant, sub pæna aureorum decem, aliisque gravioribus pro modo culpæ.

5. Satagant porro Sacerdotes, summa animi dispositione, ac puritate ad Sacrosanctum Missæ Sacrificium accedere non quasi ex consuetudine, sed recitato prius Matutino cum laudibus, ut (3) pluribus in Titulis Missalis Rubrica disponit, ac ferventi præmissa oratione. Quamobrem mandamus, in parte remotiore Sacristiæ genuflexorium adesse cum pagina precum ante, & post celebrationem Missæ pro opportunitate recitandarum in prospectu pendente, ubi ad Sacrificium devote se præparent, eo-

(1) *Concil. Trid. Sess.* 13. *cap.* 7.

(2) *Alex. VII. Decr.* 18. *Martii* 1666. *num.* 38. *et* 39.

(3) *Rubr. Mis. part.* 1. *tit.* 15. *num.* 1. *part.* 2. *tit.* 1. *cap.* 1. *et par.* 3. *tit.* 10. *cap.* 1.

eoque perfecto, Domino gratias agant. Ne autem a colloquiis, & indiscretis aliorum tum Ecclesiasticorum, tum Sæcularium perturbentur clamoribus, sancimus, ut omnes silentium omnino servent in Sacristia, & si quid necessarii dicendum occurrat, breviter, & submissa voce loquantur, sub pæna unius aurei.

6. Quæ autem necessaria sunt ad Sacrificium perficiendum Presbyteri curent diligenter. Calices proinde (1), Sacra indumenta, Corporalia, Pallæ, Purificatoria ita nitida sint, & munda, ut celebrantibus devotionem, circumstantibus ingerant venerationem: Ecclesia item, & Altare sint bene disposita. Proinde serio monemus quoscumque Ecclesiarum Præfectos, & Sacristas, ut quam diligentissime incumbant, ne in Ecclesia nil, nisi sanctitate dignum, quin & ubique religio, & splendor appareat. Linteamina præsertim, & Pallia, quibus Altaria teguntur, Officio currenti, quoad fieri potest, convenientia, & cætera supellectilia, quibus ornatur, sint pura, prorsus, & munda. Qui præmissa omnia adimplere neglexerit, graviter juxta culpæ modum arbitrio Nostro punietur; Nimis enim (2) videtur absurdum, in sacris sordes negligere, quæ dedecerent etiam in profanis.

7. Ne audeant Presbyteri Sacrificium peragere in Ecclesia, vel Oratorio, seu Altare (3) pollutis, vel interdictis, vel a nobis non approbatis, & benedictis, & (4) coram publice Excommunicato, vel (5) Interdicto. In Monialium vero Ecclesiis, præterquam Cappellani fixi Monasterii, & Confessarius non celebrent sine nostra vel Vicarii Nostri licentia, sub pænis gravioribus etiam ferendæ suspensionis; exceptis solemnitatibus Ecclesiarum Monasterii, & occasione obitus Monialium. In Altari Sacras non induant vestes ad Missam, aliasque Ecclesiasticas functiones; sed ad Missam (6) ordinato Missali, ac Missa prævisa, ablutis deinde manibus, & præparato Calice cum hostia consecranda, quæ debet esse recentior, supra Patenam, in Sacristia; & si non habeatur, in abaco ad hoc destinato, eas induant modeste ac reverenter, recitando opportune simul, & devote Orationes singulis præscriptas actibus. Sacris (7) induti vestibus per Sacristiam nec deambulent, nec colloquantur, sub pæna unius

 li-

(1) *Rubr. Mis. de præp. Sacerd. tit. 1.*
(2) *Can. Relinqui, de Custod. Euchar.*
(3) *Cap. Reposuisti de Conf.*
(4) *Cap. Excommonicatos 1.1. 9. 3.*
(5) *Bened. XIV. Notific. 55. §. 11.* *ex Cap. Permittimus de Sentent. Ecom.*
(6) *Rubr. Miss.*
(7) *Concil. Trever. cap. 9. Concil. Mediol. I. par. 2. de Off. Sacrist.*

libræ ceræ albæ Ecclesiæ ipsi applicandæ. Gravi subinde, compositoque incessu, oculis humiliter demissis, & Christum passum meditantes ad Altare accedant, ubi Missam non incipiant, nisi prius (1) in Altari duabus ceræ albæ candelis accensis, paratisque vini vasculis, & aquæ. Vinum autem (quo fieri potest) sit album; semper vero recens quotidie apponatur: sit purum, & defecatum, non evanidum, non acidum, non acerbum. Si quis Sacerdos sacrificium in materia dubia peragere, vel Ecclesiæ Præfectus, aut Sacrista eamdem dubiam materiam apponere aggredietur, severioribus pecuniariis, atque etiam spiritualibus pænis pro modo culpæ punietur. Aqua vero sit semper naturalis, & limpida. Non celebrent sine ministro, quem decet esse Clericum suo indutum habitu Clericali. Si desit Clericus, admittatur Laicus, decenter tamen indutus, calceatus, aptus ad ministerium, & rite instructus, qui intelligibiliter, & integre respondeat. Mulieres vero, licet Sanctimoniales, ab hujusmodi ministerio arceantur. Ministrum (2) autem ad candelam tenendam, vel ad Missalis folia volvenda, vel ad parandum, & abstergendum Calicem, intervenientem non adhibeant. Pileolo caput non tegant (3), Annulo non utantur, quamvis Doctores sint, vel Prothonotarii, neque biretum, aut sudariolum super Calicem gestent, neque in Altari ponant, sub pænis arbitrio nostro infligendis.

8. In actu celebrationis Sacerdotes tabacchum omnino non fumant (4), a quo decens est quoque brevi saltem temporis intervallo ante Missam abstinere. Arma vero (5) quæcumque prohibita in eodem actu celebrationis deferre, cum scelus sit sane horrendum, & apprime detestabile, districtissime prohibemus, sub pæna suspensionis a Divinis Nobis reservatæ, ipso facto incurrendæ.

9. Quæ clara, vel mediocri voce juxta Missalis Rubricam sunt proferenda, Sacerdotes intelligibiliter; quæ vero secreta, submisse recitent, ita ut a circumstantibus non audiantur. Sacras cæremonias non pervertant, orationum verba non mutent, non admutilent; non perturbent ex nimia festinantia cum Sacrorum profanatione, & Populi scandalo, sed cuncta decore pe-

(1) *Cap. litteras de celeb. Miss. Concil, Medion. par.2. tit. Quæ pertinent ad celebr.*

(2) *Bened. XIV. Notif.* 34. *S. Rit. Congr. in Vincentina* 11. *Julii* 1669.

(3) *Bened. XIV. Notif.*

(4) *Synod. Oldo* 1728. *par.*2. *cap.* 5.

(5) *Concil. Rom. Edict. in Append. num.* 18. §.7.

peragant, & graviter, apposite recitent, & devote, ita ut (1) in Missa saltem tertiam horæ partem impendant. Non sint autem plus æquo tardi, & morosi, qui potius Populi ædificationi, quam propriæ devotionis affectui prospicere debent. Verba Canonis attente legant (2), non memoriter recitent, ne ullus error contingat. Nihil prorsus addant, immutent, prætermittant, minuant; sed receptos, & approbatos Ecclesiæ Catholicæ Ritus (3), qui in minimis etiam, sine peccato negligi, omitti, vel mutari haud possunt, peculiari studio, ac diligentia custodiant, & servent. Ut facilius id acquirant, sæpius, vel saltem bis in anno Missæ Rubricas perlegant, in quibus plane agnoscant quid in seipsis oporteat reformare. Sæcularibus Sacerdotibus, quamvis Confessarii sint, & Cappellani Monialium, Missas proprias pro Regularibus concessas ex eorum Missali recitare non liceat, etiam in eorum Ecclesiis, sed ex Missali Romano, nisi adsit speciale Apostolicum Indultum. Absoluta Missa, Sacerdotes, quos sæpe cælesti alimento satiatos oporteret in gratiarum semper actione manere, caveant, ne festinanter ab Ecclesia discedant, sed convenienti temporis spatio piis precibus, & affectibus religionis intendentes, Deo gratias referant. Si quis in præmissis singulis deliquerit juxta modum culpæ punietur.

10. Exteros Sacerdotes Sæculares, vagos, & ignotos; advenas, & peregrinos, ad Missam celebrandam in Ecclesiis etiam Regularium admitti vetamus, nisi (4) recentes suorum Ordinariorum Litteras Testimoniales, de quarum fide nullus metus suboriatur, a Nobis recognitas, & subscriptas vel a Vicariis Nostris, exhibeant; quas (5) respectu advenientium ex dissitis regionibus, & ultra montes, subsignatas esse a Nunciis Apostolicis est necessum. Regulares quoque (6), qui Conventus non habent in Nostris Civitatibus, & Locis Diœcesis, non excipiantur, qui litteras obedientiales suorum Superiorum a Nobis vel Vicariis Nostris probatas non habeant. Rectores ergo Ecclesiarum, & Sacristæ hujusmodi præceptis obediant, sicut requirit gravitas, pœnas scutorum decem usibus piis applicandorum, aliasque graviores arbitrio Nostro, aliter facientes subituri.

11. Ne-

(1) *Concil. Mediol. I. Tit. Quæ pertinent ad celebr. Miss.*

(2) *Concil. Rom. tit.15. cap.I.*

(3) *Concil. Trid. Sess. 12. in decret. de observ., et evit. in celeb. Miss.*

(4) *Urb. VIII. Const.28. Secretis §.3.*

(5) *Lit. Encycl. Sac. Congr. 12. Novembr. 1709.*

(6) *Concil. Mediol.I. par.2. tit. quæ pertin. ad celebr. Missæ Syn.Oldo 1728.*

11. Nemo recenter Præsbyter ordinatus, ad primam Missam celebrandam recipiatur (1) absque Nostra facultate in scriptis obtenta, quam porro nemini concedemus, qui attestationem Sacerdotis optime in Sacris Cæremoniis versati a Nobis eligendi super earumdem peritia, scripto produxerit, sub pænis arbitrio, etiam ferendæ suspensionis quoad ipsum novum Præsbyterum. Occasione primæ Missæ ludos, choreas, & omnia alia profana, sicuti & immoderata convivia (2) reprobamus, nisi inter paucos cognatos, & amicos sobrie, & sine luxu; ne tam sacra dies, in qua novus Sacerdos sibi unice, & Deo vacare debet, profanis commessationibus, & mundanis oblectaminibus inquinetur (3). Quæ turpem quæstum, ineptasque præseferunt cæremonias, omnino vetamus, ideoque assignationes Compatris, & Commatris in Novis Missis non fiant (4): oblationes per Ecclesiam ambulando non recipiantur, & Manus osculandæ in Altari non exhibeantur. Quicumque hujusmodi decretis non obtemperaverit, gravem luet pænam arbitrio nostro infligendam.

12. Ne abusus intempestive celebrandi Missas invalescat, inhærentes (5) Edicto Romæ evulgato, quod in Concilio Romano (6) confirmavit glor: mem: Benedicti VIII., hoc Synodali decreto statuimus, ut initium celebrationis non statuatur, nisi tertia parte horæ ante auroram, similique spatio tertiæ partis horæ post meridiem sint Missæ prorsus completæ, sub pænis ibi impositis contra Sacerdotes celebrantes, & Sacristas permittentes, nihil refragante consuetudine in oppositum, seu Privilegiis in Nostra Cancellaria Generali non exhibitis: excepta nocte (7) Nativitatis Dominicæ, in qua Missa Solemnis celebrari debet in Ecclesiis tantum (8) ubi asservatur Sanctissimum Sacramentum, & post recitatum Officium Matutinum; successive tamen (9) vetitum est alias duas celebrare, & Christifidelibus noctem Sacram ministrare Communionem.

13. Episcopo pontificaliter celebrante, nemini liceat (10) Mis-

(1) *Ind. Syn. Oldo.*

(2) *Eadem Syn odus Oldo.*

(3) *Concil. Trid. in decr. de observ. et Evit. Sess. 23.*

(4) *Sac. Congr. Conc. apud Fagnanum in Cap.* Pastoralis *n. 39.*

(5) *Edict. Eminentiss. Cardin. Vicar. Romæ emanatum 20. Decembr. 1724. Concil. Rom. Tit. 16. cap. 3.*

(6) *De Consecr. dist. 1. Nocte Sancta.*

(7) *Sacr. Rit. Congreg. in Neapolit. 24. Januarii 1659.*

(8) *Decr. general. Sac. Visit. Apost. 7. Decembris 1641.*

(9) *S. Rit. Congr. 20. Aprilis 1641.*

(10) *Syn. Oldo 1728. p. 2. cap. 5.*

Missam lectam celebrare; & in Altari in quo Pontificalia ad Missam aguntur, (1) juxta vetustam Canonum Sanctionem, nullus alius absque facultate eo die celebrare præsumat. Tempore item Missæ solemnis, Missæ item Parochialis, vel ante celebrationem ejusdem, ita ut Parochianos ab interventu ad eamdem, & a sermone avertat, vel tempore Doctrinæ Christiane, & Concionis, aliarum Missarum celebrationem vetamus, sub pæna scuti unius applicanda usibus piis, & sub gravioribus pænis etiam spiritualibus arbitrio Nostro prohibemus Missæ privatæ celebrationem (2) triduo ultimo majoris Hobdomadæ in Ecclesiis quibuscumque, & in Oratoriis privatis (3). In his autem adimpleri mandamus conditiones in Apostolico Brevi contentas, quoad celebrationem unius tantum Missæ qualibet die; præsentiam Personæ in Brevi primario nominatæ; satisfactionem præcepti audiendi Missam diebus Festis de præcepto & quoad ibi prohibitam quibusdam solemnioribus etiam unius Missæ celebrationem.

14. Præfato Triduo ultimo Majoris Hebdomadæ in omnibus Ecclesiis Parochialibus, aliisque, in quibus adservatur Sanctissimum Sacramentum, Sacrum unicum omnino fiat, cum adnexis matutinis functionibus, sub pæna Scutorum decem, præsertim contra Parochos, si quorum anima dormitat præ tædio; Ne autem in medium afferant, deesse in minoribus Ecclesiis Parochialibus sacros, qui in hujusmodi functionibus assistant, Ministros: parvum, quo utantur a glor. mem. Benedicto XIII. editum exhibemus Cæremoniale in hujus Synodi Appendice num. IX. In Missa vero Sabbati Sancti Campanæ quarumcumque Ecclesiarum (4) etiam Regularium non pulsentur ante pulsationem Campanarum majoris Ecclesiæ. Ubi plures sunt Sacerdotes (5) Prima Missa, diebus etiam ferialibus ad operariorum præsertim opportunitatem, illucescente die, ultima sub meridiem, reliquæ ordine, & hora convenienti ad Populi commoditatem celebrentur; Et si occurrat Processio, vel Concio (6), post eas ad ejusdem Populi devotioni obsecundandum Missæ celebratio non negligatur, super quibus Parochorum vigilantiam exhortamur.

15. Sa-

(1) *Can. final. de Consecrat. dist. 2. Bened. XIV. Constit.* In postremo §. 9. *20. Octobr. 1756.*

(2) *Sac. Congr. in Neapolit. citat.*

(3) *Decret. Clem. XI. 15. Decembr. 1703. Const. Bened. XIV. 48. Magna.*

(4) *Concil. Lateranen. sub Leone X. Sess. 21. Idem Leo Constit. 22. Dum intra §. 13.*

(5) *Sacr. Congr. in Vestan. 18. Februarii 1592. apud Nicol. Concil. Mediol. I. par. 2. de his quæ pert. ad celebr. Miss. Arg. Cap. Necesse de Const. dist. I.*

(6) *S. Con. Conc. in Hort. 9. Sept. 1690.*

15. Sacerdotes (1) saltem diebus Dominicis, & Festis Solemnibus Missam celebrent: Parochi autem sic frequenter, ut suo muneri sbtisfaciant, horam eligentes Populo opportuniorem (2), & per se ipsos Missam pro Populo applicent singulis Dominicis, & Festis de præcepto, prout in Parte III. hujus Synodi Cap. III. §. 4. Canonici vero (3) in Solemnioribus Festis non legittimo impedimento detenti celebrare non desint in propria Ecclesia, hoc est in Cathedrali, vel Collegiata. In istis quotidie Missa Conventualis, una vel plures (4) juxta Missalis Rubricas, celebretur cum cantu, eaque (5) applicetur pro Benefactoribus in genere; prout in Parte III. Capit. II. Art. I. §. 50. In Anniversario item Consecrationis Episcopi (6) solemniter decantetur Missa propria, cum una tantum Collecta, vel de Festo, si tunc occurrit, cum commemoratione pro Episcopo, quæ pariter ab omnibus Sacerdotibus celebrantibus debet adjungi; Solemnitas enim Consecrationis Episcopi (7) per singulos annos est celebranda.

16. In Festivis diebus a Cæremoniali (8) Episcoporum designatis, ac modo, & tempore in eo præscriptis, decet ad Missam Majorem organum adhiberi. Reprobamus autem institutum in aliquibus Ecclesiis abusum pulsandi organum dum Sacerdos intonat, seu cantat, vel Sacri Ministri Epistolam recitant vel Evangelium; quod impedimento fit ne audiantur sacra eloquia, & orationes. Cavendum item, ne sonus aliquid indecori habeat, & impuri; sed gravitatem retineat Ecclesiasticam. Idem prorsus Cantores, & Musici servent, ne audientium Animi a Divinorum contemplatione avertantur. Quod in occurrenti Missæ Officio legitur, tantum decantent, seu versum aliquem de Officio Sacratissimi Sacramenti ad Elevationem.

17. Missæ a piis institutoribus, seu Benefactoribus ordinatæ fideliter in destinatis Ecclesiis, & Altaribus, atque hebdomadis, seu diebus præscriptis omnino celebrentur (9), & applicentur pro Institutore Beneficii, Cappellaniæ, vel Legati pii

(1) *Conc. Trid. Sess.23. c.14. de Ref.*

(2) *Sac. Congreg. Conc. in Fesulan. 26. Januarii 1771.*

(3) *Arg. C. Episcop. de Cons. Dist.3.*

(4) *Rubr. Gen. Miss.3. de Fer. et Vigil. et 5. de Miss. Defunct. Can.* De iis *Dist.12. Cap. Cum Creatura de celebr. Mis. Bened. XIV. Notif. 107. §.2. n.13.*

(5) *Bend.XIV. Const. Cum semper.*

(6) *Cæram Ep. lib.2. cap. 35.*

(7) *De Cons. dist.1. cap. 17.*

(8) *Cær. Ep. lib.1. cap.28.*

(9) *Sacr. Congreg. Concil. in Tinen. applicat.Sacrif.* 18.*Martii* 1668. *lib.26. decret. fol. 61.*

pii, quamvis de applicatione nulla fuerit facta mentio, nisi clare, & evidenter constet, Fundatorem, seu Benefactorem voluisse dumtaxat celebrationem, non autem applicationem Sacrificii. Quibuscumque proinde Sacerdotibus non liceat, Missæ applicationem prætermittere, seu (1) tempus invertere anticipando, vel posthabendo celebrationem, neque Altare, aut Ecclesiam mutare contra mentem Institutoris, & Benefactoris; alias ultra reatum gravis noxæ, cujus coram Deo culpabiles fiunt, gravioribus pænis punientur. Si vero in fundatione Ecclesia, vel Altare non fuerit designatum, Missæ celebrandæ sunt (2) in Ecclesia, ubi tumulatus est Fundator: & si tempus celebrationis non exprimatur (3) juxta Ecclesiæ servitium, & Populi commodum, Nobis consultis, est statuendum. Quæ autem infra annum celebrandæ sunt Missæ, ad Anni finem non reserventur; Quamvis enim profana (4) secundum juris regulas debeantur in fine, Spiritualia tamen æquum est, ut præstentur in principio.

18. Si quæ Missæ vel ex Defunctorum Legatis piis, vel Benefactorum præscripto in Altaribus (ut ajunt) Privilegiatis sint celebrandæ eas *de Requiem* recitari oportet, ut in Brevi Pontificio præfinitur. Verum (5) iis omnibus diebus, quibus juxta Rubricas Missæ Defunctorum celebrari non possunt, Missæ de Officio currenti sunt omnino legendæ, quibus, in hisce casibus oneri injuncto satisfiet, & Indulgentia Animabus Defunctorum suffragabitur, perinde ac si Missa *de Requiem* celebraretur. Quoniam vero Altaria Privilegiata ut plurimum conceduntur ad tempus determinatum, & ex conditione, ut in illa Ecclesia certus Missarum numerus quotidie fixus celebretur: Sciant Sacerdotes quod (6) determinatum tempus incipit a die Datæ Brevis, non autem publicationis, & si aliquando numerus fixus Missarum deficiat, servanda sunt Decreta super hoc edita, quæ dantur in Appendice Num. X. In Ecclesiis autem Cathedralibus (7) absque numero Missarum, Altare extat perpetuo privilegiatum a Nostris Antecessoribus jam designatum: in Ecclesiis vero Collegiatis, & Parochialibus Altare privile-

 gia-

(1) *Sacr. Congr. Concil. in Romana 10. Septembr. 1672.*

(2) *Ead. Sac. Cong. in Fundana 20. Januarii 1594. apud Nicol. Verb. Legatum num. 6.*

(3) *Eadem in Rom. citat.*

(4) *Si ita 41. ff. de Manumis. Test. L. Si comperenti C. Quando dies.*

(5) *Sacr. Rit. Congr. Urbis et Orbis 14. Septemb. 1714.*

(6) *Sac. Cong. Indulg. 18. Maii 1711.*

(7) *Bened. XIII. Brev. 20. Julii 1724.*

giatum itidem habetur, ſed tantum ad ſeptennium a Nobis deſignatum, vigore Brevis SS. D. N. die 6. Julii 1782. pro Noſtris Civitatibus, & Diœceſibus expediti, & quolibet (1) ſeptemnio confirmandi. Aſt in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum Miſſa (2) a quocumque Sacerdote celebrata gaudet privilegio, ac ſi celebrata eſſet in Altari privilegiato.

19. Eleemosynas pro Miſſarum celebratione Sacerdotes indecore non quærant, importunas preces, mercedum conditiones, & pacta prorſus evitent, quæ vel ſimoniacæ labis, vel ſordidæ avaritiæ, vel turpis quæſtus malitiam præſeferunt. Pias autem eleemosynas juxta morem Diœceſis, & Provinciæ in julio uno Romano pro qualibet Miſſa a Benefactoribus recipiant (3), ſi intra menſem eas Miſſas celebrare poſſint. Stipendia (4) autem colligere, & deteſtabili avaritia per colligentem retenta parte, celebrationem alii committere minori ſtipendio, quamvis ei notificetur majoris valoris eleemosynam datam fuiſſe, & ille conſentiat, nullus omnino præſumat ſub pæna excommunicationis quoad Laicos, ſuſpenſionis vero quoad Clericos, ipſo facto incurrendæ, Summo Pontifici reſervatæ, ut conſtitutum fuit a fel. rec. Benedicto XIV.

20. Ad evitandas fraudes, ſeu errores in adimplendis Miſſarum obligationibus diſtricte præcipimus, ut (5) in Sacrariis Eccleſiarum, in quibus ſunt Miſſarum onera, in loco patenti, & obvio affixa ſit Tabella, in qua litteris coſpicuis, & intelligibilibus ſint eadem deſcripta: In Cathedralibus, & Collegiatis Miſſa Conventualis pro Benefactoribus; in Parochialibus Miſſa pro Populo applicanda: Una in omnibus Eccleſiis onera ſingula perpetua, & temporalia Miſſarum, & Anniverſariorum cum expreſſione menſis, ſeu hebdomadæ, ſeu diei, Altaris, Beneficii, Cappellaniæ, inſtitutionis, ſeu fundationis, cum indicatione anni, menſis, diei, & Notarii qui legata ſubſcripſit; ſub pæna ſcutorum quinque contra Rectores, ſeu Sacriſtas. Deſcribantur etiam in Tabella onera Miſſarum, quæ incumbunt Familiis Sæcularibus, vel Eccleſiaſticis, ut de ipſis a Nobis exquiratur adimplementum.

21. Nova Miſſarum onera perpetua non recipiantur a Capitulis, aliiſque Eccleſiarum, piorumque Locorum Rectoribus, ſeu

(1) *Clem. XIII. Brev. 19. Maii 1759.*
(2) *S. Congr. Indulg. 19. Maii 1761.*
(3) *Sacr. Congregat. Concil. 17. Iulii 1655. relat. a Bened. XIV. Inst. 56. §. 14.*
(4) *Bened. XIV. Const. Quanta cura 30. Iulii 1741.*
(5) *Innoc. XII. Const. Nuper 23. Decembris 1697.*

seu Administratoribus absque Nostra, seu Vicarii Nostri Generalis in scriptis licentia, non concedenda, nisi constiterit prius, quod capitalium redditus oneri sustinendo sufficiant, & Sacerdotes cum novo, tum antiquis satisfacere possint oneribus (1); sub pœna Interdicti ab ingressu Ecclesiæ eo ipso incurrenda. In concedenda autem prædicta licentia rationem item haberi volumus ad expensas, quibus ex novo onere Missarum gravatur Ecclesia, seu Sacristia, (2) quando redditus non habeant; quos licite in hujusmodi erogent expensis; ideoque edicimus, quod ab hujusmodi pauperibus Locis Piis nova Missarum onera non recipiantur, nisi mediante contributione expensarum pro hostia, Vino, Cera, & Sacra Supellectili ad rationem obuli unius pro qualibet Missa.

22. Pecuniæ, & Mobilia relicta Locis Piis cum onere perpetuo Missas celebrandi, statim a die realis acquisitionis deponantur penes ædem sacram, vel Personam fide, & facultatibus idoneam, cum expressa & individua annexi oneris mentione, sub pœna (3) Interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrenda, & sub eadem pœna, si bona immobilia, debita cum auctoritate, alienantur, deponantur ut supra, ut in Parte 3. Cap. 14. num. 12. hujus Synodi.

23. Retineantur in Sacrario duo Libri. In horum primo diligenter adnotentur in titulo singula onera Missarum, & Anniversariorum perpetua, & temporalia, ac successive Missæ celebratæ scribantur. Onera autem, & celebrationes hujusmodi distincte denotentur in sua paginarum Libri partitione statim ac celebrata est Missa. In altero Libro adnotentur Missæ manuales, descriptis ibi Eleemosynis Missarum a Fidelibus oblatis, cum die, Mense, & anno, & successive descriptis celebrationibus. Sacerdotes autem statim ac Missas pro certo onere, sive perpetuo, sive temporali, sive etiam manuali celebraverint, proprio caractere in respectivo Libro satisfactionem describant sub proprio nomine, & cognomine, cum expressione diei, Mensis, & Anni, atque Altaris si designatum sit. Nemo pro alio (justo cessante impedimento) Missam describat, sub pœna scutati unius qualibet vice id egerit. Si quis vero Missam a se celebratam describat, quam tamen ipse de facto non celebraverit, sive falso de Missarum

(1) *Ibidem*.

(2) *Ibid. Sacr. Congr. Concil. in Maceraten. 14. Aprilis 1585., et 14. Maii 1729. et in Derthonen. 6. Julii 1726. Bened. XIV. Inst. 56.*

(3) *Const. Innoc. XII. cit.*

celebratione teſtatus fuerit, præter pænas falſi, alias quoque a Nobis etiam ſuſpenſionis infligendæ incurret; & ſi quis uno die plures Miſſas in uno, vel diverſis Libris celebratas deſcripſerit, graviores pænas ſubibit. Præfati vero Libri Miſſarum in fine cujuslibet Anni intra Menſem Januarium deferantur per Sacriſtas ad Vicarios Noſtros, & Reviſores, ut diligenter ipſi recognoſcant, an oneribus integre fuerit ſatisfactum; & reviſionem Nobis trasmittant, ut in negligentes, ſi qui fuerint, ſicuti par eſt animadvertere poſſimus; Non (1) enim in ſola Sacra Viſitatione, ſed & in aliis actionibus, & modis, quoties expedire judicabimus, reviſionem Librorum aggrediemur.

24. Nullus (2) præſumat omittere celebrationem Miſſarum ſub malitioſa intentione, & irrationabili ſpe obtinendi condonationem, vel reductionem a S. Sede Apoſtolica, vel compoſitionem a R. Fabrica S. Petri de Urbe; reductiones enim, & condonationes fiunt tantum ex rationabili cauſa, & æqua commiſeratione: compoſitiones vero ex cauſa rationabili, & cum clauſula, *dummodo non fuerint omiſſæ animo habendi compoſitionem*. Idcirco prædictæ intentiones, opiniones, & spes reprobantur, atque injuſtæ declarantur, & illicitæ.

25. Rectores, Superiores, ſeu Capitula Eccleſiarum Sæcularium in eorum Sacrariis publice expoſita retineant decreta omnia, & ſingula ſuper celebratione Miſſarum, quæ a fel. rec. Innocentio XII. (3) confirmata, & approbata fuerunt, ſub pænis arbitrio infligendis.

26 Poſtremo Fideles omnes hortamur, ut quotidie Miſſæ devote interſint, non autem ita prope, præcipue mulieres, ad Altare accedant, ut Sacerdotem, ſeu Miniſtrum perturbent (4). A colloquiis, riſu, aliiſque indignis actibus abſtineant: memores, quod ſicut Deus pios Miſſæ veneratores gratiis, & muneribus afficit, ita contemptores pænis, & ultionibus caſtigat: ſed mente, & corpore ſacrificio intenti, id (5) tamquam memoriale Paſſionis Salvatoris noſtri devote contemplentur, & adorent, ac flexis genibus, ad Evangelium tantum aſſurgentes, aſſiſtant, capite ſemper Viri detecto, Mulieres vero velato, ſicque oblationes Populi ſui (6) Deus benignus aſſumat, ut

(1) *Ibidem*. (2) *Ibidem*. (3) *Eadem Const.* (4) *Concil. Later.4. c.16. Conc.Trid. Sess.22. de observ. et vitand. in celebr.* *o. Pius V. Const. Cum primum*. (5) *Luc.22. 1. ad Cortnt. 11. D. Thomas Opusc. 57.* (6) *Eccl.in Secreta Dom.5. post Pent.*

ut quod singuli obtulerunt ad honorem Nominis sui, cunctis proficiat ad salutem.

CAPUT VII.

De Oratione.

I. ORatio nobis necessaria est ad custodienda Mandata Domini, & æternam salutem assequendam: etenim Christus Dominus (1), Unigenitus, & coæternus Patri, qui in forma servi, & ex forma servi pro nobis orans, ita se Patri exhibere voluit peccatorem, ut meminisset nostrum esse Doctorem; docuit nos, quoniam (2) *oportet semper orare, & non deficere*. Mirum item emanat in nos emolumentum ab Oratione; per eam namque tum spiritualia nobis, tum corporalia beneficia suppeditantur a Domino, qui, (3) *Dives in omnes qui invocant illum*, peramanter nos excitat verbis illis: (4) *Petite, & dabitur vobis; quærite, & invenietis: pulsate, & aperietur vobis*.

2. Cum autem Oratio, alia sit mentalis: qua Animæ facultates exercentur, & mente Deo preces dicantur; alia vocalis, qua prolatione vocis clamatur ad Dominum: Ea propter Parochi sæpe Fideles Orationis necessitatem, & utilitatem edoceant ac de utriusque ratione, qua fructuosa redditur, naviter instruant, ut nempe sit humilis, & devota, sit fide conjuncta, & perseverans, ac quod petitur honestum sit, atque bonum, utile ad salutem, & Animæ majus bonum non impediens.

3. Quod ad Orationem Mentalem attinet, hortamur in Domino Clericos omnes, & præcipue Sacerdotes, ut saltem per quadrantem horæ meditationi vacent: Parochos item in suis concionibus, & Confessarios, ut Fideles cunctos excitare, & informare studeant ad hoc salutare mentalis Orationis exercitium, ut uberrimos universi Animæ fructus inde provenientes, consequantur, atque Indulgentiarum, quas adnotavimus in Appendice num. XXIX. thesauris, a Summis Pontificibus elargitis ditentur. Cum autem in Litteris Apostolicis (5) a gl: rec: Benedicto XIV. de hac re editis Episcopi omnes hortentur, ut in suis Diæcesibus in more ponant, quod singulis diebus dato certo Campanarum signo, Fideles sive in Ecclesiis, ma-

(1) *S. August. Tract.* 104. *in Joan.*
(2) *Luca* 7.
(3) *Rom.* 10.
(4) *Matth.* 7. 7.
(5) *Constit. Quemadmodum* 16. *Decembris* 1746.

masculis a feminis seorsim collocatis, sive in propria domo Patresfamilias, eo, vel alio opportuniori tempore ante Imaginem Sacram cum tota familia, convenienter orent: ideo Parochos in Domino obsecramus, ut morem hunc pium iis diebus, iisque horis, quibus eis opportunius visum fuerit, in suum Populum invehant, & in mentalis Orationis studio sive per se, sive per alios peritos erudiant, ad illam frequentandam accedant, atque in ea exerceri faciant, & curent: *Beatus* enim *Vir* (6) *qui in Lege Domini meditabitur die, ac nocte. Erit tamquam Lignum, quod plantatum est secus decursus Aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, & folium ejus non defluet, & omnia quæcumq. faciet prosperabuntur.*

4. Quod vero attinet ad Orationem vocalem, monitos volumus quoscumque Fideles, ut singulis quibusque diebus, statutis horis, pro qualitate status, & vitæ ratione, Deo preces effundant; quo quidem modo impleri posse Dominicum mandatum de orando sine intermissione, indicat (7) Angelicus Doctor. Mane proinde e somno surgentes signo Sanctæ Crucis muniti Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, & Symbolum recitent Apostolorum, atque Theologalium virtutum, & Contritionis actum eliciant: Idipsum sero efficiant, antequam procumbant. Internam autem attentionem cum externa conjungant, ne de illis, sicut alias, conqueratur Dominus (8): *Appropinquat Populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me, cor autem ejus longe est a me.*

5. Ad consuetos Campanæ pulsus, quos in omnibus omnino Ecclesiis Cathedralibus, Collegiatis in Parochialibus dari jubemus singulis diebus mane, meridie, vespere, & sub horam noctis, singulis autem Feriis sextis etiam hora tertia post meridiem, studeant Fideles præscriptas preces effundere, ut etiam Indulgentias lucrentur, quas perpetuo Summi Pontifices concessere, quarum elenchum damus in Appendice uum. XXIX.

6. Exortamur item Fideles, ut Orationibus instent in honorem Deiparæ & Sanctorum, qui jam de sua felicitate securi, adhuc sunt de nostra salute solliciti; Quorumque intercessionibus inter omnes labores hujus vitæ, ad obtinendam misericordiam Dei, credimus, atque confidimus adjuvari: præcipue autem Patresfamilias obtestamur, ut sero diebus singulis do-

(1) *Psal.* 1.

(2) *D. Thom. in Comment. ad Ep. D. Pauli* 1. *Thessal. cap.* 5. *ibi: ille semper orat, qui statutas horas non intermittit.*

(3) *Isajæ* 29. 13.

domeſticos congregent, & exemplo præeuntes devote Roſarium Beatiſſimæ Virginis communiter recitent cum Corolla præ manibus benedicta, Jesu Chriſti Vitæ, ſeu Paſſionis, ſeu Gloriæ contemplando Myſteria, ut (1) Indulgentias etiam a Summis Pontificibus elargitas lucrari poſſint; aliaſque addant precationes, quas ad impetranda divina beneficia pro ſuis quiſque neceſſitatibus in Domino ſentiat convenire; Hinc (2) adaperiet Dominus Cor eorum in lege ſua, & in præceptis ſuis: exaudiet orationes eorum, nec eos deſeret in tempore malo.

7. Quæ a ſingulis Fidelibus propria voluntate, mente, vel ore funditur, Oratio privata eſt: Publica autem quæ ab Eccleſiæ Miniſtris, precibus ab ea peculialiter inſtitutis, pro tota Eccleſia, & ejuſdem nomine peragitur, quantumvis privatim recitetur. Talis eſt Divinum Officium, seu Horæ Canonicæ, ad quas per ſe ipſos quotidie (3) ſtudioſe, & devote perſolvendas obligantur Clerici omnes, vel in Sacris Ordinibus conſtituti, vel Eccleſiaſtico proviſi Beneficio; Qui ſi horas omnes, seu earum aliquam, vel totam, vel ejus notabilem partem culpabiliter omittant, lethalis contrahunt noxam peccati; præter quam quod Beneficio inſigniti Eccleſiaſtico (4) quoties poſt sex menſes adeptæ poſſeſſionis recitationem omittant, Beneficiorum fructus non faciunt ſuos, hac ſane quota, ut qui Horas omnes Canonicas, uno vel pluribus diebus intermiſerit, omnes Beneficii, ſeu Beneficiorum fructus, qui illi, vel illis diebus correſponderent, ſi quotidie dividerentur, qui vero Matutinum tantum, dimidiam, qui cæteras Horas omnes, etiam dimidiam, qui harum ſingulas, sextam partem fructuum illius diei omittat. Hos in fabricam Beneficiorum, ſeu Pauperum ſubſidia erogare tenentur, cui reſtitutionis obligationi ante Judicis ſententiam (5) obſtringeretur, cuique ſatisfacere non poſſunt (6) per eleemoſynas ante factas. Qui vero penſionem ex Eccleſiaſtico Beneficio obtinet, obligationem contrahit quotidianæ recitationis Officii parvi B. M. V. ſub eodem noxa lethalis, peccati, & obligatione reſtituendi fructus obſtringitur.

8. Ac-

(1) *Inter alias Indulgentias* : *Bened. XIII. concessit recitantibus Rosarium cum corolla benedicta Indulgentiam centum dierum pro qualibet* Pater noster, *et totidem pro qualibet* Ave Maria.

(2) *1. Machab. 1. 4.*

(3) *Cap. Dolentes de celebr. Miss. Conc. Lat. 5. Sess. 9. S. Pius V. Const. 64. Quov a nobis 7. id. Julii 1578.*

(4) *S. Pius V. ead. Constit.*

(5) *Prop. condem. ab Alex. 7. 26. Septembris 1665. n. 20.*

(6) *Prop. com. ab Alex. 7. 18. Martii 1666. num. 33.*

8. Accedente legitimo impedimento, puta qui morbo aliquo sit gravatus, ut hujusmodi recitatione Officii prudenter timeatur, ne morbus accrescat (in quo standum est judicio Medici) Divinum Officium absque reatu culpæ, & absque fructum restitutione omittere licebit. Caveat tamen quisque, ne quacumque ex levi causa illud omittat, adest enim cunctis scrutans corda Deus; ideo quod potest, recitare tenetur (1).

9. In recitando Divino Officio, Romano dumtaxat Breviario utantur, cui nihil addere, aut detrahere ne audeant. Kalendarium sibi provideant, Rubricasque diligenter observent, ut accurate recitent. Externam compositionem, internamque animi attentionem, distinctam verborum pronuntiationem, quantumque fieri potest horarum distributionem observent. Videant, ne in publicis viis deambulantes, neque in locis, in quibus homines invicem fabulantes adsunt, Officium recitent: Neque sæcularibus per totam diem distracti negotiis, vel otio, ludis, oblectationibus dediti recitationem protrahant integri Officii ad Nocturnas horas; sed remoti a strepitu, vel potius in Ecclesia, quod summopere congruum est, devote recitent, & quod ore proferunt corde recogitent, ne eorum Oratio fiat in peccatum neve maledictionem pro benedictione reportent; *Maledictus enim est* (2) *qui facit opus Domini negligenter*.

CAPUT VIII.

De Processionibus.

I. Ad implorandam Divinam Clementiam pro liberatione ab ingruentibus malis, seu ad agendas debitas gratias Omnipotenti Deo pro collatis Beneficiis, Catholica Ecclesia a Spiritu Sancto edocta Processionum, seu publicarum Supplicationum usum (3), sub initium fere nascentis, vel certe florentis Fidei introduxit, suisque commendavit Fidelibus, qui bini ad instar Discipulorum Christi procedentes, fraternæ charitatis Mysterium expriment, & conjunctis precibus Dei cultum augeant, vel ejus avertant Vindictam, & Misericordiam consequi studeant. Ut igitur Sacris hisce probatis actionibus, quibus a Domino multa bona consequimur, ejusque misericordiam inveni-

(1) *Innoc. XI. prop. cond.* 2. *Martii* 1679. *num.* 54.

(2) *Jerem.* 48. 10.

(3) *Baron. in Notis ad Martyrolog. Rom.* 25. *Apr. et in Annal. ad ann. Christi* 58.

venimus in auxilio opportuno, debitus honor habeatur; mandamus, in Processionibus ea diligenter servari, quae in Rituali Romano praecipiuntur; Curentque Archipresbyteri, & Parochi, ut Sacri Ritus, & Caeremoniae praescriptae in eis non negligantur; nihilque, praesertim in Litaniis, & precibus addatur, vel minuatur.

2. Die festivo Processiones praecedente, illas Parochi Populo annuntient, & explicent causas propter quas sunt institutae, vel indictae, ac tepescentem Populi fervorem, praecipue in Litaniis majoribus, & minoribus, excitare nitantur; monentes, ut interesse non negligant, sed relictis pretiosis vestibus, & Saeculari pompa, Supplicationem in modesto habitu oculis demissis, & corde contrito ad Caelum elevato, comitentur; ut aliquo modo devotam antiquorum Christianorum pietatem imitentur, qui discalceati, cinere aspersi, & Cilicio induti in Processionibus Divinam Misericordiam implorantes, incedebant,

3. Processiones generales in Litaniis Majoribus, & Minoribus, ac in Festo Sanctissimi Corporis Christi, vel quae in singulis Civitatibus, & locis Diaecesum laudabili ex consuetudine in Festis praecipue SS. Patronorum, seu aliis Solemnitatibus fieri consueverunt, non praetermittantur omnino; novae (1) vero, & insolitae, neque in gravi occasione, vel necessitate sine Nostra licentia, vel Vicarii Nostri Generalis non instruantur, sub gravioribus paenis arbitrio Nostro infligendis. Nec Regulares (2), etiam exempti, extra proprii Conventus, & Monasterii Limites, absque Indulto Apostolico, vel Nostra licentia peculiari solemniores, & generales Processiones per Civitatem, vel loca deducere, seu vias, & iter jam electum, & consuetum commutare nequeant (3): juxta tamen laudabilem sui ordinis usum intra Monasterii septa, vel circa propriae Ecclesiae ambitum (4) celebrare valeant; caveant autem Mulieres quaecumque, ne intra Monasteriorum claustra, septa, sive Clausuram harum Processionum occasione ingrediantur, sub poena violatae Clausurae (5).

F 4. In-

(1) *Sacr. Rit. Congr. in Camerinen. 24. Augusti 1619.*

(2) *Sac. Rit. Congr. in Senogallien. Ter. Corinaldi 22. Junii 1676. in respon. ad Oct.*

(3) *Sac. Rit. Congr. in Savonen. 17. Septembris 1671.*

(4) *Sac. Rit. Cong. in Urbevetana 17. Junii 1608.*

(5) *Ben. XIV. Const. Regul. disc. 1742.*

4. Indicentur Processiones antecedenti die per consueta Campanarum signa, quæ ipsa die Processionis ad convocandum Clerum, & Populum iterentur. Pulsentur quoque Campanæ in exitu, & reditu Processionis, & in singulis Ecclesiis, in quas ingreditur, vel ante quas transire contingat. Viæ autem per quas Processiones dirigentur (1) prius ab omnibus ibi habitantibus mundari mandamus: publicæ autem officinæ, & vini Cauponæ In transitu Processionis claudantur, & opifices artis exercitium intermittant. A ludis autem, spectaculis publicis, & diverticulis omnes abstineant ferialibus etiam diebus, donec Processiones absolvantur, sub pæna scutati unius, Ecclesiæ, in qua terminatur Processio, applicanda.

5. Ad præscriptas publicas Processiones, atque eas, quæ pro bono publico de mandato Nostro indicentur, accedant omnes, qui ad illas de jure tenentur, sive de clero Sæculari Dignitates videlicet, Canonici, ac Beneficiati, cum suis quisque propriis Insignibus, itemque Sacerdotes, & Clerici omnes cum Talari Veste, Superpelliceo, & Bireto; sive de Regulari (nisi Indulto sint Apostolico exempti), suo, quo in Choro utuntur amicti vestimento in debito, & consueto numero, juris (2) remediis alioquin compellendi: Nec non Laicorum Sodalitates, quarum uniuscujusque decem saltem Confratres vestibus induti cum Societatis insignibus intersint, ac propriam Crucem, & vexillum gestent. Choro addicti, qui non intersunt, dum Processio ab Ecclesia progreditur, seu alio tempore in propriis Constitutionibus assignato, & qui discedunt, Functione penitus non absoluta, præscriptisque precibus non expletis, distributiones amittant: alii autem de Clero Sæculari pænam juliorum trium incurrant; Confratres vero sodalitatum, interesse absque legitima causa renitentes, cassationis pænam ab albo subibunt; & si tota societas recuset, suppressioni subjectam esse decernimus.

6. Statuta hora in Ecclesia Majori, seu alia, in qua inchoatur Processio, omnes consistant, & orationibus intenti signum Processionis expectent. Absint dissentiones, ludibria, risus, joci, vanæque confabulationes, quibus ultio potius, quam propitiatio divina haberetur; & in primis uterque Clerus incessus gravitate, modestia, devotione ita se gerat, ut ex ejus actibus ad pietatem Populus invitetur, utque spectaculum Deo

(1) *Car. Ep. lib.2. cap.32. n.4.* *Regul. Sac.Cong.Concilii in Interamnen. 18. Augusti 1669.*

(2) *Conc. Trid. Sess.25. cap. 13. de*

Deo, Angelis: & hominibus eorum unusquisque factus, fugiat ea omnia, quæ Religionem dissipant, & Proximis pravitatis exempla præbere possunt. Sodalitatum vero Confratres Sacco induti non audeant per Civitatem vel Oppida vagari, neque Tabernas ingredi, nec Cauponas, sub pæna Scutati unius, cujus tertia pars secreto accusatori, reliquum vero ipsi Confraternitati applicabitur. Si quis vero ex Confratribus sacco indutus arma deferre præsumpserit, Scutatorum quinque pœnam, incurrat, Ecclesiæ, ubi fit Processio, applicandam, Procedant vero Confratres gravi incessu, atque æquali distantia, preces, quæ pro tempore indicentur cum cantu, vel absque, seu submissa voce divinas laudes recitantes. Si aliqua lis insurgat quoad præcedentiam, ad Nos, vel Vicarium Nostrum Generalem opportuno tempore deferri volumus, ut, prout de jure, resolvatur. Si vero in actu Processionis insurgat, Vicarii Nostri absque Partium præjudicio, ne Processio perturbetur, ea vice, pro eorum arbitrio, & prudentia locum assignent. Si qui non acquieverit, & se a Processione separaverit, aut jurgia maligna, lites, clamores fecerint, pænam Scutatorum trium subibunt; duplique majorem si ad percussiones processerint.

7. Dato per Cæremoniarum Magistrum procedendi signo, incedant primum Laicorum sodalitates, juxta approbationis antiquitatem: deinde Religiosorum familiæ suo consueto ordine; deinde Clerus sæcularis hoc ordine: Cathedralis Ecclesiæ Crucem sequentur primum Clerici in respectivis civitatibus commorantes, mox si aderunt sequentur Alumni Diœcesani nostri Seminarii, deinde Subdiaconi, Diaconi, ac Sacerdotes simplices; mox Beneficiati Ecclesiarum Conventualium: Tum Curati Ecclesiarum Parochialium: tandem Canonici Collegiatarum cum eorum insignibus, ac postremo Canonici, & Dignitates respectivæ Cathedralis. Caveant autem Ecclesiastici omnes in Processionibus incedentes, pueros secum ducere, vel ad manus gestare, sub pæna Scutorum trium - Processionem vero claudat Officiator Sacerdos Pluviali, vel saltem Stola coloris officio congruentis indutus. Eodem ordine, data proportione, celebrentur supplicationes in Collegiatis Locorum Diœcesibus. Populo item fit persuasum, quemadmodum in visceribus Jesu Christi illum obsecramus, ne Dei ministros effundendis precibus intentos ad vana distrahant, immiscendo se Clericorum, & Regularium ordinibus, aut Confratrum sodalitatibus, seu etiam ad eorum latera

comitando, sed devote Processionem sequantur, Litanias, aliasque approbatas Orationes, sicut res ipsa postulabit, & uniuscujusque devotio suadebit, pie, & concorditer enuntient, tumultus evitantes, & cum charitate procedentes: Congregamur enim Nos in unum amore Christi, ut ad invicem inflammemur, atque ad Deum, quasi facta manu, precationibus ambiamus. Mulieres, ut devoti sexus nomenclaturam sibi servent, separatim a viris postremo loco devote, & reverenter succedant, & Parochi curam habeant, ut homines a mulieribus distent, interpositis piis, & religiosis viris, qui utriusque sexus agminibus præsint.

8. Sclopi (1), Mortariola, aliaque ignea instrumenta non explodantur in via, per quam transit Processio, ne incedentium ordo confundatur, aut devotio Populi perturbetur, sub pæna carceris, aliisque arbitrio nostro, contra quos etiam per inquisitionem procedendum decernimus. Si quis item, tumultibus, rixis, & litibus in viis, in quibus incedit Processio, excitatis, timorem in Clero, & Populo, aut confusionem ingesserit, pæna carceris, & mulcta Scutatorum vigintiquinque plectetur.

9. Pueri, vel Puellæ in habitu ficto Angelos, seu Sanctos repræsentantes, a Processionibus arceantur, nihilque in Processione deferatur, quod vanitatem, aut spectaculum faciat, vel curiositatem alliciat. In viis quoque, Plateis, & Ecclesiis, per quas Processio dirigitur præsentationum, & spectaculorum abusus prorsus interdicimus; etiamsi gesta Sanctorum, vel passiones Martyrum, vel Sacræ Scripturæ Historias contineant; sub pæna Scutatorum vigintiquinque piis usibus applicanda, contra auctores, atque carcerationis contra personas hujusmodi agentes. Distributionem item panis, ex abusu alicubi invecto, incedentibus ad Processionem fieri vetamus sub pæna juliorum trium tam a dantibus, quam a recipientibus incurrenda.

10. Processiones de nocte fieri absque nostra, vel Vicarii nostri Generalis licentia in scriptis obtenta, districte vetamus, ea semper lege, ut ab ipsis Processionibus arceantur feminæ, sub pæna arbitrio nostro infligenda (2).

11. SSmi Corporis Christi Processionem splendidiori, qua po-

(1) *S. Congr. Episc. et Reg. in Vintimilien. 2. Julii 1613. Crispin. part. 2. §. 25. num. 6.*

(2) *Spoletana Cappellæ 15. Novembris 1710. S. Congr. Epis. Ebredunen. 19. Januarii 1691. Nicol. in Flosc. verb. Proces. num. 8.*

poterit, pompa, & apparatu fieri præcipimus. Proinde Ecclesia (1) ipsa perpulchre adornetur, & viæ per quas Processio transire debet, non solum mundentur, sed & ornentur secundum facultatem, & qualitatem Loci aulæis, pannis, & picturis, quæ pietatem, non tamen ethnicismum, seu inhonestatem redoleant, atque floribus, frondibusque virentibus sternantur. Confratres sodalitatum, omnesque de Clero tam Sæculari, quam Regulari funalia, vel saltem candelas ceræ albæ manibus gestent; Dignitates autem, & Canonici paramentis albis sibi competentibus, sicut parari solent, Episcopo solemniter celebrante, sint induti. Cum vero, quæ deferuntur lumina aperta gestentur, eaque non raro, vento, aut pluvia improviso superveniente, extincta omnia remanere videantur; idcirco ne incongruum, & augustissimo Domino indecentissimum eveniat (2), quod tunc lumina debita sint extincta, mandamus per Societatem SSmi Sacramenti provideri de quatuor saltem lanternis, quæ tamen aliis sint nobiliores, & suis semper cum intus accensis candelis, easque hinc inde circa Baldacchinum imposterum deferri, sub pœna gravi Nobis arbitraria, contra Officiales desides omnino incurrenda. Hastæ Baldacchini ab Ara maxima usque ad Januam Ecclesiæ ab ecclesiasticis paratis deferantur; successive a Magistratu, & nobilioribus, seu civilioribus juxta loci qualitatem, deinde ab aliis (3).

12. In reliquis tam quoad ea, quæ per viam cantari debent, tam quoad alia ad Processionem pertinentia, servari mandamus, quæ a Ceremoniali Episcoporum, & Rituali Romano præscribuntur, Processione tandem ad Ecclesiam reversa, precibusque absolutis: Clero, & Populo intra Ecclesiam consistentibus, cum Sanctissimi Sacramenti Benedictione omnes dimittantur.

13. In tertia Dominica, seu alia cujuscumque Mensis, juxta peculiare institutum, & laudabilem morem societatis Sanctissimi Sacramenti cum eodem Processio fiat per ambitum Ecclesiæ seu finitimam plateam, post Missam cantatam, celebrante cum Sacris Ministris paramenta coloris officio Missæ congruentia, Velum autem humerale semper album, detinente, aliisque ritibus pro ratione diei, ad tanti Sacramenti cultum, & venerationem legitimis, diligentissime servatis: Quibus menstruis, & iis quæ Feria Quinta in Cæna Domini, ac Feria se-

(1) *Cærem. Ep. lib. 2. cap. 33.*
(2) *Conc. Rom. tit. 15. cap. 7.*
(3) *Cær. Ep. lib. 1. cap. 14. §. 2., et lib. 2. cap. 32. n. 13., et 21., ac 23.*

Sexta Parasceves habentur Processionibus, benigne invitentur a Parochis Confratres in propria Parochia existentes, ut intersint, studeantque ipsi benigne sic invitati proprio habitu amicti frequentes interesse.

14. Ab omnibus de Clero est incedendum capite detecto non modo in Processionibus, in quibus defertur Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum, sed & quando defertur Lignum Sanctimæ Crucis (1) cui etiam Acolytus præcedere debet cum thuribulo fumigante.

15. Obsecramus tandem Clerum Nostrum, & devotum Populum, ne unquam Ordinem supplicationum invertat (2). Turbat enim (inquit D. Bernardus) Processionem, si quis solitarius incedere curat, nec sibi soli nocet, sed etiam ceteris est molestus. *Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, Spiritum non habentes, nec soliciti servare unitatem Spiritus in vinculo pacis*; sed ordinatim juxta proprium gradum, & devote procedant, animum intendentes ad Cæleste Regnum (3) in quo cum Christo gaudent omnes Sancti, & amicti Stolis albis sequuntur Agnum, quocumque ierit.

CAPUT IX.

De Cultu Sanctorum, eorumque Imaginibus, & Reliquiis.

I. INter præcipuos Religionis actus, qua (4) Deo redditur cultus, obsequium, & reverentia, quæ ipsi debentur, adnumeratur Adoratio, quam definit S. Joannes Damascenus (5) *Animi sedentis, idest summissi, atque humilis significatio.* Hanc exteriori corporis humiliationem, simul cum cohærentibus interioribus animæ actibus Deo Optimo Maximo exhibemus, ad indicandum Cultum, & reverentiam ejus infinitæ Majestati debitam, supremumque dominium in omnes. Cultus hic *Latriæ* est, soli debitus Divinitati. At præter hunc cultum, alter *Duliæ* Angelis, & Sanctis in Cælo regnantibus, quatenus sunt amici, & fideles Servi Dei, qui in illis est gloriosus, & mirabilis, & quorum patrociniis apud illum credimus adjuvari, est

(1) *S. R. Cong. in Cajet. 18. Junii vel 2. Septemb. 1690.*

(2) *S. Ber. Ser. 2. in Purif. B. M. V.*

(3) *Eccl. in fest. omnium Sanctor.*

(4) *D. Thom. 22. q. 81. art. 1.*

(5) *S. Joan. Damascen. de Imag. or. 1.*

est a Fidelibus exhibendus; Etenim inquit Propheta (1) *Nimis honorificati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum* (2) *Laudate Dominum in Sanctis ejus*. Deiparæ autem Virgini *Hyperduliæ* cultus debetur; propter Divinæ Maternitatis excellentiam, & omnium charismatum, ac supernorum donorum super abundantiam, atque gratiæ plenitudinem ipsi elargitam (3) *Quænam poterit lingua*, inquit D.Bernardus, *etsi Angelica sit dignis extollere laudibus Virginem Matrem, Matrem autem non cujuscumque, sed Dei* (4)? *Per te enim Cælum repletum: Infernus evacuatus est: instauratæ ruinæ Celestis Jerusalem: expectantibus miseris vita perdita data*. Hinc ne omittant Parochis de his Fideles diligenter instruere, docentes eos (5) Sanctos cum Christo regnantes Orationes suas pro hominibus Deo Offerre: bonum atque utile esse suppliciter eos invocare, & ob beneficia impetranda a Deo per Filium ejus Jesum Christum, qui solus noster Redemptor, & Salvator est, ad eorum Orationes, opem, auxiliumque confugere: omniumque animis instillent pietatem, devotionem, reverentiam erga Angelos, Sanctosque, omnes, & præcipue erga Beatissimam Dei Genitricem Virginem Mariam, quæ Supernos omnes Spiritus, & Sanctos omnes gratia, & dignitate antecellit, Cæli Terræque Regina.

2. Sacrarum item Imaginum Christi Domini, Mysteriorum Nostræ Redemptionis, Deiparæ Virginis, & Sanctorum, quibus ad recolenda divina beneficia, & Sanctorum virtutes imitandas, moresque sectandos, corda Fidelium accenduntur, cultum promovere studeant, docendo Populum quod (6) honos non materialibus ipsis Imaginibus referatur, sed a prototypis, quæ repræsentant.

3. Ut autem Sacrarum Imaginum inspectione veneratio, ac devotio in aspicientibus excitetur, præcipimus (7) ne procacem præferentes venustatem, seu mundanam vanitatem, ut ad lasciviam excitent, aut profanam pompam sapiant, vel nimia deformitate incongruæ, ut contemptum, aut risum moveant; sed quæ pietatem, ac venerabilem ostendant majestatem, juxta Sacrorom Conciliorum decreta, & Ecclesiæ morem in Eccle-

(1) *Psal.* 138. 162.
(2) *Psal.* 150.
(3) *S. Bernard. in Assumpt. B. V. Serm.*4. *lit. f.* (4) *Idem ibid. lit. H.*
(5) *Conc.Trid. Sess.* 25. *de invocat.*
(6) *Concil. Trid. ibid.*
(7) *Concil. Trid. Sess.* 25. *de invoc., et venerat. SS. Concil. Med.* 1. *tit. quæ servanda sunt in Sacr.Imaginibus Urb.* 8. *Const.*51. *Incip. Sacrosancta*.

clesiis etiam exemptis detineantur, & in Processionibus deferantur (1). Novæ vero, & insolitæ, sic etiam non benedictæ, & a Nobis non prius approbatæ non exponantur. Illas nec permittimus factorum, quæ in Sacra Scriptura, vel Ecclesia approbata non sunt expressa; neque eorum virorum, qui licet opinione Sanctitatis defuncti, in album tamen Sanctorum, aut Beatorum non sunt adhuc ab Ecclesia relati; sed nec profanorum hominum, aut brutorum, nisi quatenus spectent ad repræsentatam historiam. Si quæ vero Imagines in Sacris locis sint adeo injuria temporum deformatæ ut devotionem potius minuant, quam excitent, omnino reparari mandamus. Illæ item, quæ in viis pictæ visuntur, curent Parochi, ut ab æris injuria, & pluviarum contumelia vindicentur. Vota quæ a Fidelibus in signum accepti beneficii Altaribus Beatissimæ Virginis, aut Sanctorum sunt appensa, Ecclesiarum Rectores non amoveant, nec distrahant sine Nostra licentia: eleemosynas oblatas, & munera sibi non vindicent, sed cum licentia Nostra in pium Opus erogentur: Tabellas autem depictas, aliaque beneficiorum signa, si horroris, aut risionis dent occasionem, vel aliquid inhonestum præseferant, appendi non sinant, & appensa, seu delata removeant.

4. In locis sordidis (2), ac inhonestis non collocentur, neque humi, aut in Lapidibus stratis sculpantur, aut pingantur, præcipue Venerabile Signum Crucis; quo contra dæmonum insidias munimur, & si quæ sint Crucis signa, aut Jesu Christi nomina, aliæque Sacræ Imagines solo, aut in loco sordido, aut in infimo Ædificiorum pariete, ratione etiam avertendæ plebis a Letio, sive a sordibus egerendis, sculptæ, vel pictæ, saltem intra Mensem deleri præcipimus; ne pedibus incedentium proterantur, aut indecore conspurcentur. Laudabilem tamen consuetudinem a S. Carolo Borromæo in propria Mediolanensi Diæcesi excogitatam hic induci exoptamus, ut in quovis montis cacumine, & in prædiis, ruribus, & vineis Sanctæ Crucis Signum attollatur, quo salutifero nostræ Redemptionis vexillo aerearum dissolvitur malignitas tempestatum, & Fidelium mentes ad Christi Domini Passionem recolendam excitantur.

5. Omnes ex nostro grege Fideles in Domino hortamur, ut in cubiculis, ubi quiescunt (3), Sacram Imaginem Crucifixi,

(1) *Syn. Oldo part.1. cap.8.*
(2) *Bened.XIV. notif.73. §.Unica C. nemini liceat.* (3) *Concil.Mediol. 4.*

fixi, & Beatæ Mariæ Virginis, aut aliorum Sanctorum affixam teneant, coram qua orent, gratias agendo Deo de beneficiis acceptis; de commiſſis criminibus veniam petendo, & ut a pænis, quas pro his merentur, eripiat, humiliter deprecando: Simulque eos monemus, ne in domibus inhoneſtas picturas, & obſcenas imagines detineant, ne Chriſtianorum mentes ſcandalum patiantur, ſed omnino removeant, ſi quis autem ſemel admonitus a Parocho, de quo idem ſpeculari non omittat, removere non curet, ejus domus in Sacro Paſchate conſueta benedictione privetur.

6. Sacræ Imagines per Civitates, & loca Noſtræ Diæceſis non circumferantur (1) præcipue ab errantibus, & vagis hominibus, & Eremitis, niſi noſtra præhabita, aut Vicarii Noſtri Generalis in ſcriptis licentia, quæ Fœminis omnino denegabitur. Nulli deoſculandæ præbeantur, nec harum prætextu publicentur Indulgentiæ, & miracula ad corrogandas eleemoſynas, etiam in celebrationem Miſſarum impendendas. Sacras repræſentationes in locis etiam profanis exhiberi prohibemus ſine noſtra expreſſa licentia, quam, niſi opere examinato, & a Nobis ſpecialiter approbato, non erimus conceſſuri: ſub gravibus pœnis, & multis arbitrio Noſtro infligendis:

8. Corpora Sanctorum quæ (2) in pace ſepulta ſunt, & quorum nomina vivent in generationem, & generationem, eorumque Cineres, & Oſſa, Sancta Eccleſia a Spirito Sancto edocta (3) tamquam ſacra pignora ſemper reverenter tractavit, conſervari voluit, & cum veneratione coli (4): Prætioſa eſt enim in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus: ideo ut iis a Fidelibus honor, & cultus debitus exhibeatur, ſtatuimus, Reliquias in locis honeſtiſſimis videlicet (5) in abacis, ſeu armariis decenter ornatis, & clave munitis, ſtabili loco in Eccleſia, ſeu Sacrario ad id ſpecialiter deſtinato, cum exteriori inſcriptione: *Reliquiæ Sanctorum*; & in decoris vaſculis, ſeu Thecis aſſervari, non autem (6) in Sacroſanctæ Euchariſtiæ Tabernaculo. Non exponantur autem Populis ad venerationem (7) etiam in Regularium Eccleſiis, niſi a Nobis vel Anteceſſoribus Noſtris aliquando fuerint approbatæ. Quod ſi authen-

G

(1) *Syn. Oldo ubi ſupra.*
(2) *Eccl. 44. 14.*
(3) *Concil. Trid. loc. cit.*
(4) *Pſal. 115. 15.*
(5) *Innoc. III. in Conc. Lateran. c.6.*
(6) *S. Cong. 3. Martii 1593. ap. Nicol.*
(7) *Syn. Oldo par.1. cap.9. Trid. Seſſ. 25. Bened. XIV. de Syn. Diœc. lib.9.15.5.*

thenticis approbationibus careant, gaudeant tamen immemorabili cultu, confecto per Nos de illarum identitate, & cultu Processu, morem servari permittemus. Illas vero, de quarum cultu non constat, privatim custodiri volumus, non autem publice exponi, cum vero publice exponi seu ostendi in Ecclesia contigerit, pie, & devote a Sacerdote capite detecto cum Stola, & duobus saltem cereis ardentibus deferantur, recitando hymnum congruentem, & cum ad Altare pervenerit, Antiphonam, versiculum, & convenientem Orationem persolvet, idemque peragat cum Sacras Reliquias in armarium ab Altari detulerit: & cum in Altari remanent expositæ, saltem duæ Candelæ accensæ remaneant. Non exponantur autem (1) in Altari, ubi Sanctissimum Sacramentum sit expositum, neque cum umbella, excepta Reliquia S. Crucis; nec circumferantur (2) in Processionibus cum Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento.

9. Si in aliqua Nostræ Diæcesis Ecclesia Reliquiæ approbatæ habentur, absque decenti Reliquiario saltem ex ligno deaurato, cum crystallis, seu vitris, ut a Fidelibus conspici, & adorari possint; volumus, ut ii, ad quos spectant, quamprimum Reliquiaria, aut Thecas confici curent, quæ prius a Nobis benedicendæ erunt, & in illis postea Reliquiæ collocandæ.

10. Catalogum singularum Reliquiarum in quacumque Ecclesia Nostræ Diæcesis existentium a Rectoribus confici volumus, in Archivio Reliquiarum una cum authenticis earum testimonialibus literis conservandum; ejusque exemplar vulgari idiomate descriptum decenti Tabella in patenti Ecclesiæ loco affigi, in cujus calce Antiphona, versus, & oratio de eisdem Sanctis, vel de communi plurimorum legatur; ut pietati Fidelium templa adeuntium, Sanctorum, quorum pignora Sanctuarium exornant nomina innotescant, & ad eorum cultum, & devotionem Fideles ipsi excitentur.

11. Caveant Ecclesiarum Rectores, cæterique Sacerdotes, & Clerici, ne (3) quavis occasione, & prætextu, etiam infirmitatis, Reliquias ab Ecclesia ad Domos deferant profanas, absque Nostra, vel nostrorum Vicariorum licentia; & tunc a Sacerdote quam maxima reverentia, & absoluta benedictione ad suum locum reportentur.

11. Nemo audeat sub pœna Excommunicationis ipso facto in-

(1) *Sac. Rit. Congr. in Aquan. 2. Septembris 1741.*

(2) *Sac. Rit. Cong. Calaguritana 23. Martii 1686. apud Merati num. 482.*

(3) *Concil. Mediol. 5. apud Gavant. in Manual. Ep. Verb: Reliq. Sanctor.*

incurrendæ, & Nobis tantum reservatæ, Reliquias aliquas, aut earum particulas ab Ecclesia auferre, aut aliis concedere, vel donare Nobis inconsultis.

13. Cum forte quid miraculosi per Reliquias, seu Imagines Sanctorum acciderit, Parochi promulgare, & in vulgus pandere abstineant, sed Nobis revelare teneantur, ut una cum Theologis eventus illos discutere possimus.

14. Cum Sacra Numismata Cerea, nuncupata Agnus Dei, a Summo Pontifice solemni benedictione consecrata, & Sacro Chrismate delibuta, ingenti, qua par est, in veneratione sint habenda, a Clericis in Sacris constitutis solum pertractari mandamus: Sciantque omnes (1) sub pæna excommunicationis ipso facto incurrenda vetitum esse, agnos prædictos depingere, inficere, minio notare, vel aurum, vel colorem aliquem illis imponere, aut quidquam aliud super inducere, atque dipingi, aut miniare facere seu illos vænales proponere, seu tenere quovis prætextu, qualibetve de causa: sed eos albos, & mundos decenter, ac reverenter a cunctis habendos, deferendos, & custodiendos esse. Curent ergo Parochi, ut in ædibus privatis loco decenti reponantur, & conserventur à Fidelibus, ut eorum virtutem spiritualem experiri mereantur per pietatem in verum Agnum, qui abstulit peccata Mundi, Jesum Christum, quem repræsentant.

CAPUT X.

De Sacrosanctis Ecclesiis, earumque Veneratione, & Immunitate.

I. Decorem (2) diligentes Domus Dei (3) quam decet sanctitudo in longitudinem dierum (4), quæ Domus orationis est (5), quamque elegit sibi Dominus in Domum Sacrificii, & Sanctificavit, ut sit Nomen ejus ibi in sempiternum: Sacras Dei Ecclesias ab iis, quibus spectat, reparari, exornari, & conservari; à cunctis verò Fidelibus in Nostra Diæcesi debito cultu, ac veneratione haberi volumus, & mandamus. Et quoniam Sacri Canones (6) prospexerunt, ne absque dotis constitutione ædificentur Ecclesiæ; Ideo mandamus, ne nova Ecclesia, Oratorium,

 Cap-

(1) *Gregor. XIII. Const. incip.* Omni certe studio.

(2) *Psal.* 25. 8. (3) *Psal.* 92. 5.

(4) *Luca* 19. 46.

(5) *Paralip.* 7. *vers.* 12. *et* 16.

(6) *Can. Nemini de Consecr. distin.* 1.

Cappella, novumque Altare absque nostra speciali in Scriptis Licentia ædificentur, & extruantur. Hujusmodi licentia non concedetur, nisi prius loco, situ, forma, ac mensura designatis, & dote constituta, quæ ad Ecclesiæ conservationem, ac decorem debitum ad luminaria, ad custodiam, & ad custodum stipendia, pro ejusdem qualitate congrue pleneque sufficiat: pro Oratoriis autem (1) annuo assignato reditu certo scutatorum decem, trium vero pro singulis Altaribus, nullo adjecto, neque Missarum, onere, sed tantummodo ad decentem illorum conservationem, & nitorem impendendo.

2. Stipendia, quæ pro Ecclesiæ, seu Cappellæ, vel Altaris dote sunt constituta, fideliter in eorum restaurationem, & conservationem impendi decernimus. Quod si nullos, vel insufficientes reditus ad hunc usum habeant, nihil immorabimur, quin (2) juxta Sacri Concilii Tridentini decretum, pro ratione indigentiæ, eisdem consulatur. Ecclesias porro, et Altaria sine nostra licentia devastari prohibemus: & si quæ Altaria necessariis sint nuda supellectilibus, Erectoribus, vel Patronis præfixo termino ad providendum de opportunis, & dotandum, eoque elapso, (nisi paruerint) demoliri decernemus, vel aliis concedemus, qui ipsis de necessariis provideant. Ecclesias autem jam dirutas, quæ reparari nequeant, prævia licentia nostra in profanos usus, non tamen sordidos, Cruce ibi erecta, converti posse permittimus; sed materiam dirutarum Ecclesiarum, seu Altarium, ad profana ædificia applicari vetamus absque nostra justis de causis concedenda licentia.

3. Quo vero ad Cathedrales, & Collegiatas Ecclesias (3) Constitutionem fel.recor. Benedicti XIII., ac dispositionem Concilii Romani (4), quibus media Annata in provisionibus Ecclesiarum Parochialium, annuum reditum Scutatorum centum una cum incertis excedentium, & quorumcumque Canonicatuum, & Beneficiorum positorum extra Ecclesias Collegiatas reservatur pro fabrica Ecclesiæ Cathedralis; Ecclesiarum vero Parochialium eamdem annuam summam excedentium, & Canonicatuum, & Beneficiorum quorumcumque positorum in Ecclesiis Collegiatis, pro fabrica Ecclesiæ Collegiatæ itidem reservatur, servari volumus, & mandamus.

4. In

(1) *Syn. Oldo par.3.cap.1.*

(2) *Concil.Trid. Sess.27.cap.7.de def. S. Congr. Episc. in Melphitensi* 2. *Maii* 1601. *Crispin. p.*2. §.13. *n.*11.

(3) *Const.*Pius et misericors.12.*Maii* 1725. *Syn. Oldo de lex. Eccles.*

(4) *Conc. Rom. Tit.*27. *cap.unic.*

4. In fronte Ecclesiæ, & in campanili sit erecta Crux ferrea, sitque maxima cura Rectorum, ut exteriores parietes, ubi opus, calce obducatur, ut deformitas omnis vitetur; interiores vero opportuno tempore de novo dealbentur, fenestræ autem vitro bene sint clausæ; tecta tandem, & stillicidia bene compacta, ne fluentes aquæ Sacrum locum macie, & humiditate deturpent.

5. Supra Ecclesias, & Cappellas, in quibus Missa celebratur nulla construantur cubicula, mansiones, & domicilia ad usus sæculares: (1) Prope eas aut in adjacentibus locis, Nobis inconsultis, nulla fabrica fiat, quæ profanam afferat servitutem, & nulla janua, aut fenestra aperiatur, quæ a sæcularibus domibus in Ecclesiam ingressum, seu prospectum afferant.

6. Pavimenta lateribus, seu lapidibus, non autem terra, aut ruderibus constare volumus, lapides autem supra sepulchra planos, & integros, ac bene clausos ad arcendum fetorem. Sepulchra nova non extruantur, neque constructa alienentur, vendantur, nec permutentur, neque sepulchrali lapide inscriptiones insculpantur absque nostra licentia, nec alio modo pavimentum effodiatur pro reponendis cadaveribus, seu eorum capsis sub pæna Scutatorum vigintiquinque eidem Ecclesiæ applicanda, aliisque gravioribus. Sub Altaribus autem, eorumque gradibus, & scabellis non protendant sepulchra, sed eorum os, tribus cubitis distet a scabellis: si secus factum fuerit, amotis defunctorum ossibus, obstruantur, humoque injecta oppleantur, superinducto muro, & pavimento (2): alias in ipsis Altaribus Missas nemini celebrare liceat (3).

7. Prope Januam Ecclesiæ duo, vel saltem unum collocatum sit vas marmoreum cum Aqua benedicta semel in hebdomada benedicenda, aliudque parvum ad Sacrarii Januam.

8. Altare sit marmoreum, vel saxeum, & lapideum, aut saltem latereum, non vero ligneum; intus illud non sit pluteus ad aliquid retinendum, & in fronte statuatur signum Crucis ex ære, vel marmore, aut opere albario, vel saltem pictura. Si totum non sit consecratum, lapidem saltem habeat consecratum, qui commode Calicem, & Hostiam continere possit, in media Ara firmiter collocatum, & tela

(1) *Edict. S. Pii V. pro Urbe 28. Novembris 1596. S. Cong. Concil. in Lusitana 15. Martii 1652., S. Cong. Episc. in Melphitensi 2. Octobris 1626. et alibi.*

(2) *S. Carolus Syn. Diœces. 5.* Can. Præcipien. Caus. 13. dist. 2. *Sac. Cong. Conc. in Mileuitana Syn. 7. Maii 1727. ad 10.*

(3) *Sac. Cong. Ep. in Tranensi 10. Novembris 1599. Giraldi Exposit. Juris Pontific. q. 1. sect. 599.*

tela cerata coopertum. Si totum sit consecratum totum tela cerata cooperiatur. Tribus Tobaleis candidis de lino, non gossipio, contextis sit operitum, quarum suprema hinc inde a lateribus pene usque ad terram extendatur; & in parte anteriori pallio, coloris tempori congruenti, vel saltem multi coloris. In pariete cui adhæret Altare habeantur Imagines D.N.J.C. aut gloriosæ Virginis, vel Sanctorum. Super Altare Crux cum Imagine Crucifixi inter duo saltem Candelabra promineant, improbato usu collocandi parvam Crucem, quæ vix videri possit a Sacerdote, super Tabernaculum, vel super parvis Tabulis pictis: collocentur ibi Tabella Secretarum, aliæque duæ Evangelium S. Joannis, & Psalmum *Lavabo* continentes, & legile, seu cussinus: Subsit anterius lignea. Pradella (1), & super Altare majus, ac super aliud in quo asservatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, atque in cæteris minoribus, quæ sub fornicibus non sunt, umbraculum forma quadrata saltem de tela colorata pendeat (2). Habeatur & tela stragula ad operiendum post Missas mensam Altaris.

9. Altare fixum (3) consecrationem ammittat, & proinde denuo consecrari debet, si ejusdem Tabula mota fuerit, vel enormiter facta, aut (4) fractum, vel loco motum repositorium Reliquiarum. Altare (5) autem consecratum ad modum portatilis non execratur in quavis remotione, sed tantum quando frangitur Sepulchrum Reliquiarum, & quando (6) lapis ipse consecratus enormiter fractus fuerit. Caveant igitur Sacerdotes ne in Altari celebrent execrato, sub pænis contra eos in Jure Canonico statutis, qui extra Aram celebrant consecratam. Eisdem afficientur pœnis, qui in Ecclesia polluta (7) celebraverint, nisi prius reconcilietur.

10. Ecclesiæ Parochiales, & earum majora Altaria (8) quæ adhuc perfecta non sunt, infra biennium volumus omnino perfici, & solemniter consecrari. Si qua autem nova construatur Ecclesia, in ea Sacra fieri vetamus, nisi saltem fuerit benedicta per Nos, vel Sacerdotem delegandum, ejusque benedi-

(1) *Cær. Ep. lib.1. cap.12. Rubr. Mis. Bened. XIV. Const.* Accepimus T.2. Bull.

(2) *Cær. Ep. apud Gavant. verbo Altare num. 16. Concil. Med. 4. par. 1. de ornatu etc.*

(3) *Can. quod in dubiis de Consecr. Giraldi Exp. Juris Pontif. tom. 1. Sect. 599.*

(4) *S. Dit. Cong. 5. Martii 1603. relat. a Pittonio Tom. 1. de Rit. n. 184.*

(5) *S. Rit. Congr. 22. Junii 1710. relat, ab eod. n. 1687.*

(6) *Cap. Quod in dubiis cit. sup.*

(7) *Cap. Aqua ex Cap. Proposuisti de Consecr. Ecclesiæ vel Altaris.*

(8) *Conc. Rom. tit. 25.*

dictionis memoriam in actis publicis nostræ Cancellariæ redigi mandamus.

11. Satagant Sacristæ (1), aliique Præfecti, ut qualibet hebdomada Ecclesiæ verrantur, & saltem in solemnioribus Festis parietes, & fornix, seu tectum ab araneis, aliisque sordibus diligenter emundentur, sub pænis arbitrio infligendis.

12. In Sacrario munda, & integra sint sacra Utensilia, & paramenta, quæ in Armariis bene conserventur. Adsit lavacrum cum manutergio. Promineat in eo Imago Sanctissimi Crucifixi, semperque ibi silentium sub pœnis arbitrio, servetur.

13. Turris Campanaria clavibus occlusa detineatur ne omnibus ad illam esse possit accessus. Campanas ad Ecclesiasticas functiones tantum statutis horis pulsari volumus, non vero ad indicandas res (2) profanas. Nullas in quarumcumque Ecclesiarum Turribus sisti volumus campanas, nisi fuerint prius a Nobis benedictæ (3) & si quæ sint modo absque benedictione collocatæ, omnino volumus benedici, sub gravibus pænis.

13. Sedilia tempore præsertim Adventus, Quadragesimæ, & aliarum Concionum pro Populi commodo permittimus, dummodo sint apte disposita, ne præ numerositate, magnitudine structuræ & inæqualitate, ambitum occupent, Sacras impediant Functiones, deformitatem afferant. Æqualem singula habeant structuram, & amplitudinem, absque genuflexorio, sed tantum ad usum sedendi sint aptata, & prope Altaria, seu Sedes Confessionales non collocentur (4). Nova apponere, vel locum mutare nemo audeat absque Nostra in scriptis obtenta licentia; & si quæ sint propria authoritate introducta amoveri præcipiemus, prout expediens judicabimus. Iis autem qui sedilia retinendi jus legitime sunt adepti (5) prohibemus illud alteri vendere, cedere, vel distrahere. Eorum vero, qui contentiones, rixas, & scandala pro sedilibus in Ecclesia concitabunt, ultra pænas in Edicto Nostro statutas, sedilia ipsa amovebuntur, & absque spe reponendi extra Ecclesiam ponentur; volumus enim, ut si inter Personas, & familias de situ, vel proprietate sedilium discepturi contingat, ad Nos, vel

(3) *Synodus Oldo loc. cit.*

(1) *S. Carol. in Synod. Diœc. 5. decr. 5.*

(3) *S. Rit. Congr. in Aprutiensi 5. Julii 1614. Pont. Rom. de Bened. Camp.*

(4) *S. Cong. Ep. in Novonien. 8. Maii 1693. S. R. Cong. in Fundana 8. Octobris 1697. et in Verulan. 6. Septembr. 1698.*

(5) *Sac. Congr. Epis. 28. Junii 1583. apud Crispini Vis. Past. part. 2. §. 7. n. 20. Sacr. Ri. Congr. in Narnien. 21. Novembris 1711. ap. Syn. Fulgin. 1722. cap. 18. n. 20. Monacell. part. 1. Tit. 5. form. 8. n. 4. et 5. Ferrar. Tom. 3. Verb. Eccles. tit. 5.*

vel Vicarium Nostrum rationes deducantur, ut pro justitia, & æquitate decernamus.

15. Hortamur, ut Viri a Mulieribus in Ecclesiis, & Ecclesiasticis Functionibus sint separati. Intra Presbyterium vero, & Altarium septa, dum Divina persolvuntur, Laicis, & Sæcularibus Personis ingredi, aut stare non liceat, & cura sit Rectorum, hujusmodi abusus, si qui sint in suis Ecclesiis, eliminare.

16. Ecclesiarum Januas ad signum vespertinæ salutationis Angelicæ claudi mandamus, prout præscribitur in Nostro Edicto. Ad easdem januas, porticus, vel muros, Citationes, Edicta, seu alia hujusmodi Fori Laicalis Acta affigere, aut alicui Personæ intra Ecclesiarum terminos intimare prohibemus, sub pænis a Jure statutis. In Ecclesiis nulli ineantur Contractus, nullæ conscribantur stipulationes, nulli examinentur Testes, etiam extra Ecclesiam jurati, nulli congregentur profani Conventus sive de publicis, sive de particularibus negotiis, nullæ fiant repræsentationes nec spirituales, nequæ ul'æ habeantur, quacumque ex causa, etiam in Sacrariis, compotationes, commessationes, jentacula, & sorbillationes. Quæcumque tandem, quæ ad decorem, & venerationem Ecclesiarum spectant, vel quæ earum Sanctitati non conveniunt, expressa in Edicto Nostro evulgato 1. Settembris 1777. super veneratione Ecclesiarum, quod damus in Appendice Num. XI.; Synodali hac constitutione confirmamus, & sub pænis ibi contentis perpetuo servari decernimus, ejusdemque Edicti Summam singulis Annis Dominica Nona post Pentecosten a Parochis exponi in virtute Sanctæ Obedientiæ jubemus: Obsecrantes in Christo Jesu Sacerdotes omnes, præcipue Vicarios, Parochos, Confessarios, Concionatores, ut inducant Zelum Domus Domini, ut decet Ministros Christi, & Dispensatores Ministeriorum Dei (1).

17 Quoad privata Oratoria adamussim serventur conditiones in Apostolico Brevi appositæ ut ediximus Cap. 6. §. 13. In his Sacramentum Baptismi extra Casum necessitatis non conferatur, & Sacramentum Pænitentiæ Sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ etiam in Missa non administretur sine Nostra in scriptis licentia (2). Cappellæ, & Oratoria in viis publicis erecta, Altaria non habeant ad formam celebrationis Missarum

(1) 1. *Corinth. cap.* 4.
(2) *Bened. XIV. Constit.* Magno, 48. *Tom.* 3. *Bullar.*

rum, & cura ſit Parochorum; eorumdem inſtaurationem promovere; alias claudantur, Parochiali applicentur (1).

18. Paſtorali conſtantia Eccleſiarum Immunitatem ſollicite tueri peroptantes mandamus circa hanc ſtricte ſervari decreta Sacri Concilii Tridentini, & Conſtitutiones Apoſtolicas. Immunitatis autem Eccleſiaſticæ privilegio, ſciant omnes gaudere non ſolum (2) Eccleſias, Cappellas, & Oratoria publica, cum extenſione ad portas (3), gradus, veſtibula, atria in circuitu ſub ſtillicidio tectorum in Civitatibus, Terris, & Caſtris; in Campeſtribus vero Eccleſiis ad triginta, ſeu quadraginta circiter paſſus, juxta conſuetudinem, ſed etiam cuncta Religioſa loca Ordinarii authoritate erecta, etiam nondum benedicta, & quamvis diruta, ſed nondum profanata, polluta quoque, & interdicta; imo locum (4) ipſum ædificio ſignatum, in quo primarius lapis benedictus fuerit canonice appoſitus; ſicuti etiam (5) Cæmeteria, & (6) Hoſpitalia, hujuſmodi loca pia quamvis ab Eccleſia diſſita, clauſuram (7) Monaſteriororum Regularium cum eorum veris Granciis, & Hoſpitiis (8), Seminarium Epiſcopale (9) Palatium, Domum (10) Parochialem de pertinentia Parochiæ; etiamſi fuerit ab Eccleſia diſtans modo non ſit locata & inhabitata a Laicis. Ad hæc loca confugientes Immunitatis beneficio fruuntur, & inde extrahi, aut ibi moleſtari, (11) aut rebus, ſeu armis ſpoliari, vel directe, vel indirecte, vi compulſiva, vel impulſiva non

H poſ-

(1) *Acta Mediolan. Gavant. in prax. Visit. §.9. de Oratoriis Viarum.*

(2) *Cap. int. alia. Cap. Ecclesiæ et Cap. sicut antiquitus de Immunit.*

(3) *Sac. Congr. Immunit. in Spoletaca 7. Februarii 1630. in Camerinen. 3. Aprilis 1635. in Asculana 20. Decembris 1657. et in Dertonen. 9.Sept.1670. Can.Id constituimus Caus.17.q.4. et Can. Si quis contumax Caus.17. q.4. Ead.Sac. Imm. Cong. in Amerina 28.Maii 1628., et 17. Februarii 1632. in Firmana 13. Julii 1657. in Brundusina 4. Septembris 1640. In Camerin. 13. Julii 1638. S. Congreg. Episc. 31. Martii 1604., et 10. Decembris 1616.*

(4) *Sac. C. Imm. in Jannen. 5. Octobris 1688.*

(5) *Cap. Cum Ecclesiarum de Immun.*

(6) *Cap. ad hæc et Cap. Ne nimia, de Religios. Domibus L. Sancimus de Sacrosanctis Eccles.*

(7) *Gregor. XIV. Const. cum alias Can. quisquis Caus.17. q. 4.*

(8) *Relat. num.33. suss.*

(9) Can. id constituimus *Caus. 17. quæst. 4. Sac. Congr. Immun. in Aquinaten. 19. Novembris 2666.*

(10) *Sacr. Congr. Immun. in Comen. 25.Febr.1698. in Alatrina 5.Maii 1699. in Cæsenaten. 17.Novembr. 1654.*

(11) *Can.* Sicut antiquitus. *Caus.17. q. 4. Sacr. Congr. Immunit. in Lunen. Sarzanen. 4. August. 1624. In Brundusina 24. Augusti 1624. In Mediolanen. 28. Maii 1626. In Asculana 15. Januarii 1658. In Verulana 20. Feb. 1680. Syn. Tuscul. 1763. par. 1. Cap. 14. art.4. §.3.*

possunt. Sed neque Res in Ecclesias delatas etiam furto oblatas extrahere, perquirere, nec sequestrare; neque ibi recognitiones quascumque, Citationes, examina Testium, aliosque judiciales actus fieri liceat; nisi prius Apostolica auctoritate obtenta, & causa a Nobis cognita, & probata.

19. Pænam igitur excommunicationis latæ Sententiæ Summo Pontifici reservatam tamquam Rei violatæ Immunitatis Ecclesiasticæ incurrunt, (1) qui Ecclesiasticam violant Immunitatem, ne dum in præfatis casibus, sed etiam, qui prohibent, ne ad eos qui confugerunt necessaria ad vitam deferantur, seu qui loca Immunia circumvallant obsident & observant, ne illi discedere possint; sive eosdem, incusso timore in fugam conjiciunt. Sciant autem (2) ad loca Immunia confugæ, quod si extra Immune fuerint ab exequutoribus capti, nihil eis proderit allegare, vel etiam probare, se fallacibus suasionibus, blandis verbis, assecurationibus, dolosisque machinationibus extractas fuisse excepta fide salvi conductus a Judice, concessi & subscripti.

20. Qui confugio abutentes Divina Officia, vel Ecclesiasticas functiones perturbant, seu de loco Immuni in publicas vias, in Justitiæ contemptum sæpe exeunt; seu qui minitando timorem incutiunt, seu in ipsis locis Immunibus delicta, & scandala committunt, sive indecentia perpetrant, Ecclesiam, Sacrarium, Cæmeterium immunditiis, vel fumo deturpantes (3), authoritate Sacræ Congregationis Immunitatis sciant, se esse expellendos, ideo caveant, ne in Ecclesiis recepti ibi cubent, edant, vel quid indecens loco Sacro peragant.

21. Ne vero perditi homines spe confugiendi ad Ecclesiam, atrociora, & execranda quæque facinora committere præsumant, tam antiquis (4) Canonibus, quam Summorum Pontificum Constitutionibns varia fuerunt excepta crimina, quorum rei nullam a Sacris & Religiosis Ædibus, in quas se receperint, Immunitatem consequuntur.

22. Excluduntur itaque tam & antiquo, quam & hodierno jure ab Ecclesiasticæ Immunitatis beneficio I. Latrones publici, via-

(1) *Gregor. XIV. Const. cum aliis 25. Maii 1591. Sacr. Congr. Immun. in Neapolitan. 26. Septembris 1626. et 9. Novemb. eod. anno, et 21. Maii 1694. Bened. XIII. Const. Ex quo 13. Iunii 1725. Clem. XII. Const. In Supremo justitiæ solio 1. Januarii 1734.*

(2) *Decret. Clem. XI. 22. Dec. 1716.*

(3) *Riccius in Synopsi verbo abutens dist. 42.*

(4) *Cap. inter alia, et alibi de Immun. Gregor. XIV. cit. Const., Bened. XIII. cit. Const., et Bened. XIV. Const. Officii nostri, 15. Martii 1750.*

viarumque grassatores, dummodo viatoris mors, vel mutilatio membrorum secuta fuerit: II. Depopulatores Agrorum III. Qui homicidia, vel mutilationes membrorum in Ecclesiis, earumve Cæmeteriis committere audent, & qui stantes in Ecclesiis, extra interficiunt, & mutilant; aut stantes extra Ecclesiam, vel Cæmeterium ipsum: Qui confugientibus vim inferunt, atque ipsos ab Ecclesia, aliove loco Immuni violenter extrahunt, & hujusmodi Rei, non illius tantum Ecclesiæ, quam violarunt, sed cujuscumque alterius Ecclesiæ Immunitate non gaudeant. IV. Rei criminis assassinii tam mandatarii, quam mandantes, & certum præmium, aut mercedem pro illo perpetrando tradentes, vel promittentes; quamvis promissio nullum habeat effectum; assassinium tamen repsa patratum fuerit. V. Qui proximum suum interfecerint, sive Ecclesiastici, sive Sæculares, sive Mulieres sint, quomodocumque homicidium fuerit, vel animo præmeditato, vel etiam in rixa commissum; secus, si casuale, vel ob propriam defensionem commissum fuerit. Qui autem proximum vulneraverit ad mortem, & ad loca Immunia confugiat, si Chirurgi ad inspiciendum vulnus acciti, grave vitæ periculum adesse retulerint, percussores e loco Immuni servatis servandis extracti, carceribus mancipentur; restituendi dumtaxat Ecclesiæ, ubi, qui vulneratus fuerit, ultra tempus a Legibus constitutum superstes sit: VI. Reus læsæ Majestatis tam Divinæ, ut sunt Hæretici, quam humanæ, in personam scilicet ipsius Principis: VII. Falsificantes Litteras Apostolicas. VIII. Ministri Montis Pietatis, vel alterius publici telonii, vulgo *Banchi* pro depositis furtum, vel falsitatem committentes, ut pœnæ Ordinariæ locus sit: IX. Contiantes, adulterantes, vel tondentes quascumque monetas Aureas, vel Argenteas etiam cujuscumque exteri Principis, quæ liberum in loco habeant usum, & commercium, vel ipsas monetas conflatas, adulteratas, detonsas scienter ita expendentes, ut fraudis conscii, atque participes censeri possint: X. Illi demum qui sub nomine Curiæ sese introducunt in alienas Domos, animo ibi perpetrandi rapinas, easque committunt cum homicidio, vel mutilatione membrorum.

22. Cum autem casus occurrerit extractionis reorum a locis Immunibus, nullus omnino audeat eosdem illico extrahere, sed in Curia Nostra Ecclesiastica fiat legitima petitio; ut juxta dispositiones Apostolicarum Constitutionum quæ necessario servanda sunt in extractione, & in subsequentibus actis, punctualiter observentur.

 24. Rei

24. Rei pariter efficiuntur violatæ Immunitatis Ecclesiasticæ, qui (1) Ecclesiam incendunt, aut ejus Portas, sive seras, aut muros, vel fenestras etiam vitreas frangunt, licet nulla proinde secuta fuerit Ecclesiæ spoliatio, sive detrimentum: Et qui (2) Judicium aliquod laicale, seu Civile, seu Criminale in Ecclesiis aliisque locis Immunibus exercent.

25. Inhibemus sub gravissimis pænis pro modo culpæ, Ecclesiarum, aliorumque locorum Immunium Præpositis, & Custodibus, ne a fraudatoribus publicorum vestigalium, aliisque quibuscumque recipiant in locum Immunem, vel ibi reponi, & abscondi permittant merces, aliasque res prohibitas, seu ablatas, & ne, data opera, contumaces, exules, criminosos, bannitos in Immune advocent, invitent, recipiant: (3) Et qui, ipsis insciis, vel improviso confugerint, ultra tres dies ibi commorari non permittant, Nobis inconsultis, ut quid agendum sit, cognoscamus. Confugia tamen ad loca Immunia non claudantur, nec impediantur.

CAPUT XI.

De Voto, & Jurejurando.

1. Cum Votum sit promissio (3) facta Deo de meliori bono: Jusjurandum vero sit actus, quo Deus ipse in Testem veritatis, invocatur, quæ asseritur: pertinet ad Religionis virtutem uterque actus, si rite, & recte fiat; per votum enim infinitam Dei majestatem honoramus; per Jusjurandum vero ejusdem veracitatem profitemur. Quoniam vero malitia, seu imprudentia hominum hos duos Religionis actus sæpe in malum convertit, non desinant Parochi rectam vovendi, & jurandi rationem monstrare Fidelibus, omnemque abusum, qui apud eos irrepserit, prorsus evellere.

2. Edoceant ergo quod Votum nunquam in malum, vel præjudicium Proximi vergere debet, sed esse de meliori bono opere (4) quam sit illud, ad quod tenemur de necessitate salutis, & gravissime peccat (5) qui, cum possit, promissum votum non

(1) *Cap.* Super eo *Cap.* in Litteris *de Raptoribus Cap.*Conqueristi *de Sent.Exc.*

(2) *Cap.1., et Cap.* Cum Eccles. *de Immun. Eccles. Cap.* Decet. *eodem Tit. in 6. S. Cong. Imm.8.Maii 1629.*

(3) *Cap.* Litteraturam *de Voto, et VotiRedemptione.*

(4) *S.Antoniv. part.2.tit.11. C.1.§.1.*

(5) *Cap.* Licet *de Voto S. Thomas num.2. quæst.88. art.4. et 4.*

non folverit, juxta illud: *Cum votum voveris Deo tuo* (1) *non tardabis reddere, & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri, absque peccato eris: Quod autem semel expressum est de labiis tuis, observabis*. Illud quoque doceant voti realis obligationem, qua defunctus rem aliquam, seu pecuniam Deo promiserit, quam tamen nondum solverit, ad ejus hæredes (2) cum hæreditate transire, ideoque ab hæredibus solvendam esse, nisi violati voti rei fieri velint.

3. Jusjurandum, ut Deo sit gratum emitti debet in Veritate, (3) in Justitia, & in Judicio. Si hujusmodi conditionibus careat Juramentum, præter peccatum etiam in foro externo puniri decernimus illos, qui falso, aut simulatè; aut frustrà, vel de re mala jurant. In eos item, qui temere absque necessitate, passim, & jocosè, vel ita crebro jurare Nobis legitimè constiterit, rigorose procedi volumus etiam Summarie, non servata Judicii forma. Pænis item subiicimus eos, qui in Juramento dolosis utuntur mentis ambagibus, æquivocationibus, & amphibologiis, præsertim in Judiciis, & Contractibus: dupliciter enim (4) fit reus, qui Dei nomen in vanum assumit, & proximum dolo capit.

4. Non desint Parochi, fideles deterrere ab illis vulgaribus opinionibus, quibus veluti licitum reputatur perjurium tacendo veritatem, vel mentiendo (Judice legitimè interrogante) ne præjudicium Proximo obveniat, vel ut pæna ab eo vitetur; Etenim sub hac falsa specie pietatis, & charitatis, gravissimo crimine sic perjurantes aggravant animam propriam, Deum Authorem Veritatis offendunt, Judicem fallunt, subvertunt Justitiam. Doceant ergo, nec pro vitæ propriæ vel alterius conservatione, nec in favorem fideicommissum perjurium à peccati mortalis labe immune esse.

5. Juramentum in Causis Civilibus, quod ex defectu probationum, vel in supplementum plenæ probationis, vel, ut ajunt, litis decisivum, Judice approbante, à Parte Parti defertur, vel refertur, prohibemus, ne utrique Parti deferatur, cum sine dubio, (5) duobus contra se jurantibus, unus perjurus efficiatur, necesse sit. Verum ab una tantum ex Partibus emittendum, par-

(1) *Deuter.23. 21.*

(2) *Bap. ex parte de Censibus. Cap. Licet de Voto Cap. si hæredes de Testamentis Cap. 1. de solutionibus.*

(3) *Jeremr. 4. 2.*

(4) *Vide Præposit. damnatas ab Innoc. XI. 2. Martii 1679. num. 26., et 27. S. Isidorus lib. 2. cap. 31.*

(5) *Concil. Valentinum III. Can. II. ann. 858. Cap. Fin. de jurejurando.*

parcè admodum, & magna circumſpectione in Curiis noſtris admittatur ob perjurii periculum; & niſi in Cauſis admodum dubiis, in quibus aliter veritas haberi non poſſit; non autem cum agitur de gravi damno vitando, vel de magno lucro obeundo juxta litigantium conditionem; minuſque in Cauſis Criminalibus, vel Civilibus ex actione famoſa, qua reus damnatus evaderet infamis, ſed nec in Cauſis levibus, ſi litigantes ſint valde pauperes, vili conditionis ſuſpecti de perjurio, vel non bene informati. (1)

6. Inhærentes Sanctioni Concilii Romani (2) mandamus, ne Judices quicumque, aut Notarii, Reos criminaliter inquiſitos examinaturi, juramentum eis exhibeant de veritate dicenda, ſi uti principales conſtituantur, ſub quovis prætextu, cauſa, & quæſito colore, alias nulla ſint, & irrita eo ipſo acta omnia, & omni careant effectu contra reos ipſos, & ſolum liceat ab eis exigere juramentum, ſi ut Teſtes quoad alios examinentur.

7. Si in foro noſtro Eccleſiaſtico Juramenti in contractu præſtiti petatur (3) abſolutio, hæc non concedatur, niſi ad Sacrorum Canonum normam, videlicet ne ſit commiſſum perjurium: deinde, ut, citata parte, conſtet, conſenſum in jurato contractu præſtitum per vim, aut metum, ſeu dolum extortum fuiſſe à Contrahente: Ut conſtet ex promiſſione nullum jus competere Parti adverſæ, ſed obſtare tantum Sacramenti Religionem, cujuſcemodi ſunt juramenta contractibus illis adjecta, qui in pænam turpitudinis ex parte alterius contrahentis ortæ, vel orituræ, à legibus prohibentur, vel infirmantur. Si vero ad agendum dumtaxat Juramenti abſolutio petatur, eam denegari volumus, quoties conſtet, abſolutionem animo tantum calumniandi poſtulari.

8. Cum poteſtas diſpenſandi, abſolvendi, vel etiam commutandi vota, ſive juramenta promiſſoria ſpectet ad Summum Pontificem, Epiſcopos, alioſque in foro externo juriſdictionem habentes erga ſibi ſubjectos (4); ideo caveant Parochi, & Confeſſarii quicumque a Nobis probati facultatem hanc ſibi aſſumere: Et qui facultatem á Nobis habuerint commutandi vota ſimplicia,

(1) *Glos. in cap. juramentum ultim. de jurejurando.*

(2) *Concil. Rom. 1725. tit. 13. cap. 2.*

(3) *Cap.* Debitores *Cap.* Si vero. *Cap.* Rerum. *Cap.* Cum contingat *de jurejurando. Cap.* Licet *eod. tit. in 6. Cap.* quamvis pactum de pactis *in 6. Cap.* ad Aures *Cap.* ad Audientiam *de iis, quæ vi, metusque Causa fiunt. Syn. Tusculan. Part. 1. Cap. 10.*

(4) *Cap.* de Peregrinis *Cap.* Venientis. *Cap.* Non est *de Voto S. Antonin. part. 2. tit. 10. cap. 6.*

cia, vel Juramentum promissorium; non proinde concessam sibi etiam esse dispensandi facultatem, arbitrentur. Quod si tum commutandi, tum dispensandi facultatem à nobis obtinuerint, non ideo dispensare possunt, vel commutare juramenta promissoria facta in favorem tertii, & ab hoc acceptata; aut tria simplicia majora vota Summo Pontifici reservata, nempe Castitatis perpetuæ; assumendi, vel profitendi regularem observantiam in Religione approbata; ac Peregrinationis Jerosolimitanæ, Romanæ, (1) seu Compostellanæ, aut tandem vota pænalia, quæ præservativa à peccato nuncupantur; absque ad id a Sede Apostolica obtenta facultate, cum speciali, ac individua prædictorum Votorum, & juramentorum mentione: excepta pænalium Votorum commutatione, quæ ab habente facultatem commutandi Vota fieri potest, (2) si commutatio futura judicetur ejusmodi, ut non minus a peccato committendo refrænet, quam prior Voti materia.

9. Facultatem habentes dispensandi in votis simplicibus, quamvis non pauci Doctores ad vota etiam juramento firmata, eam extendi doceant, tutius tamen ex mente etiam Summorum Pontificum erit, si a dispensatione, vel commutatione abstineant, (3) nisi de juramento fuerit specialis, & individua facta mentio in tributa facultate.

10. Meminerint tandem confessarii omnes sive Sæculares, sive Regulares, quibus facultas hujusmodi a Nobis, vel a Summo Pontifice delegata fuerit, se potestate hac uti debere in ædificationem Ecclesiæ, non in destructionem, neque tamquam Dominos sed tamquam prudentes dispensatores dispensare, aut commutare valide, ac licite posse, ex rationabili videlicet, ac justa dumtaxat causa.

CAPUT XII.

De Dierum Festorum observantia.

I. In ipsa Mundi creatione Omnipotens Deus, cum (4) fecit Cælum, & Terram, Mare, & omnia quæ in eis sunt; requievit (5) die septimo ab Universo opere, quod patrarat, & benedixit diei Septimo, & sanctificavit illum, nobis relinquens

(1) *Cap. 1. de Voto* Extravag. *ultim. de Pænit., & Remis.*

(2) *Bened. XIV. Const. Benedictus Deus.*

(3) *Bened. XIV. in Encyclica pro anno Sancto* 1750. §. 43. 44.

(4) *Psal.* 145. 6.

(5) *Genes.* 2. *ven*....

quens exemplum, & præceptum: Sex dies hominibus ad operandum dedit, septimum vero sanctificatum sibi reservavit. Hinc in Testamento veteri Sabbatum sibi consecrari jussit (1) in tertio Decalogi præcepto, quod a Christo Domino, qui non (2) venit solvere legem, sed adimplere, abrogatis quibusdam ritibus, & cæremoniis, confirmatum fuit in novo. Sabbati autem loco statuerunt Apostoli observantiam primi diei hebdomadæ, quem Diem Domini, seu Dominicum appellaverunt, quippe ad Domini cultum specialiter deputatum. *Apparet autem*, inquit S. Augustinus (3) *diem hunc etiam in scriptis Sanctis esse solemnem; ipse enim est primus dies sæculi, in quo formata sunt elementa Mundi, in quo creati sunt Angeli, in ipso quoque resurrexit Christus, in ipso de Cælis Spiritus Sanctus super Apostolos descendit, Manna in eodem Eremo primum de Cælo datum est. His enim speciebus, & talibus indiciis Dominica Dies extat insignis, ac ideo Sancti Doctores Ecclesiæ decreverunt, omnem gloriam Judaici Sabbatismi in illam transferre, ut quod ipsi in figura, & nos celebraremus in veritate*. Et quoniam in veteri lege, præter Sabbati Sanctificationem, alia quoque Festa, ad Dei præclara opera, debita religione memoranda fuerant instituta; in nova itidem lege ab Apostolis, & Summis Pontificibus solemnes aliqui dies fuerunt instituti ad recolenda Christianæ Reiiglonis præcipua Mysteria, & beatissimæ Virginis Dei Genetricis Mariæ, Sanctorumque cum Christo in Cælo regnantium, memorandos triumphos.

2. Mandamus igitur, omnes Dies Dominicos, & Festa de præcepto ad cultum Omnipotentis Dei, & in venerationem, & memoriam Beatissimæ Virginis Mariæ, & Sanctorum in numero præscripto in Apostolicis Constitutionibus, ab omnibus observari, & ut omnibus Festivitates innotescant in hebdomada occurrentes volumus, ut Parochi, præcedente Dominica, Populo easdem denuntient præmonentes, & insinuantes, quomodo se disponere debeant ad illas sanctificandas, & pridie cujuslibet festivitatis post Angelicam Salutationem vespertinam campanarum pulsatione Fidelium devotionem ad celebrandum festum promoveant. In Festo Epiphaniæ inter Missarum Solemnia publicentur Festa Mobilia, in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis juxta Ritum in Cæremoniali (4) Episcoporum præscriptum, & in Ecclesiis Parochialibus Italico sermone legan-

(1) *Exodi cap.20., & 21.*
(2) *Matth. 5. 17.*
(3) *S. August. Serm. 251. de Temp.*
(4) *Cæremon. Episc. lib.2. cap.15. n.3.*

gantur in Missa Majori. Sciant Magistratus, & Universitates, non posse novos festos dies indici, nisi servatis conditionibus (1) ab Apostolica Sede, & Sacra Rituum Congregatione præscriptis.

3. Hæc Festorum Sanctificatio in duobus consistit, nempe in cessatione ab opere servili, & in officiis Christianæ Charitatis erga Deum, & Proximum, *idcirco* enim (2) *in diebus Festis ab opere mundano cessandum est, ut liberius ad Ecclesiam ire, Psalmis, & Hymnis, & Canticis Spiritualibus insistere, Orationi vacare, oblationes offerre, memoriis Sanctorum communicare, ad imitationem eorum assurgere, eloquiis divinis intendere, eleemosynas indigentibus ministrare valeat Christianus.*

4. Quod attinet ad cessationem ab opere servili Concilium Meldense (3) paucis complecti videtur, quæ servilia opera festis diebus peragi nequeunt, dum ait: *Feriatos esse decernimus ab omni opere rurali, fabrili, carpentario, gynecæo, cæmentario, pictorio], venatorio, forensi, mercatorio, audientiali, ac Sacramentis* (idest juramentis) *exigendis: quatenus eisdem diebus tanto licentius, quanto liberius omnibus Christianis Sanctæ Resurrectionis,* (idest Dominicæ) *Laudibus, & Sacrosanctæ prædicationi jugiter insistere liceat.* Expresse igitur prohibemus, & vetamus a media Nocte Festum præcedente, usque ad mediam noctem sequentem cujuscumque mechanicæ, & illiberalis artis opera; veluti agros, vineas, hortos colere, fænum, segetes, frumentum secare, colligere, metere, purgare, molere; panem coquere, aliosque similes labores, etiam ad victum, & vestitum peragere: ruralia, fabrilia, servilia omnia opera; sub pœnis in Edicto Nostro evulgato die 16. Aprilis 1776., quod Synodali Decreto confirmamus, & damus in Appendice n. XII, quibus pœnis Parentes pro filiis, dominos pro famulis, operariis, & conductis, qui jusserunt, annuerunt, seu non prohibuerunt, decernimus esse obnoxios.

5. Cum necessitas urgeat, tam publica, quam privata, præsertim pauperum, aut pietas suadeat, seu publica exigat utilitas, præsertim tempore messis, vindemmiarum, fæni, aliorumque fructuum recollectionis, seu periculum immineat, & elabatur occasio, declarationem hujusmodi Nobis, & Vica-

I riis

(1) *Urb. VIII. Constit.* Universa 13. *Septembris 1642. Sac. Rit. Con. 1632. in Trajanensi, et 15. Septembris 1656. in Neapolitana.*

(2) *Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. cap. 11.*

(3) *Conc. Meldense anno 845. sub Sergio 2. cap. 77.*

riis noſtris reſervamus; adeo ut abſque tali approbatione, & licentia, nullus audeat hæc opera exercere ſervilia. Licentia hæc gratis omnino concedatur, non voce, ſed ſcripto, dummodo neceſſitas, vel periculum non ſit affectatum, vel procuratum, (1) ita ut opera ſervilia, quæ diebus ferialibus exerceri poterant, ad diem feſtum conſultò non fuerint reſervata, ſeu dilata: Adjecta tamen conditione, ut qui ejuſmodi licentiam impetrant, onus audiendi Miſſam adimplere teneantur (2); & monitione facta, ut licentiam obtinentes, ſervilia opera exercendi diebus feſtis, aliquid utilitatis, vel lucri inde percepti Eccleſiis, vel pauperibus elargiantur, niſi eoſdem premat ipſa paupertas.

6. Prohibemus quarumcumque rerum adsportationes, & vecturas cum curribus, vel jumentis, niſi forte ad proſequendum iter feriali die jam incœptum, non tamen ex induſtria; ſub pœnis contentis in Conſt. S. Pii V. etiam quoad amiſſionem, quibus ad Vecturam utuntur, aliiſque contentis in noſtro Edicto; prout etiam in cymbis per finitima flumina: Item quodcumque opus in Molendinis, & adſportationes tritici, & farinæ, niſi ob plurium feſtorum continuam frequentiam, aut urgentem cauſam communis utilitatis, in ſcriptis, ut ſupra obtenta licentia. Mola autem olearia feſtis diebus a terendis olivis omnino ceſſet uſque ad mediam noctem, damnato prorſus abuſu reaſſumendi exercitium anticipate, ſub pœna Scutatorum quinque, tam ab Operariis, quam a Dominis molendinorum irremiſſibiliter incurrenda. Nautis, & Piſcatoribus diebus feſtis piſcare non liceat, nec Naves ſarcire, retia reficere, nec abluere, aliaque ad uſum Nauticæ artis operari, niſi ut ſupra habita licentia, juſtis tantum, & rationabilibus de cauſis aliquando concedenda. Barbitonſoribus item barbam radere, & capillos tondere qualibet hora diei feſti non liceat (3). In gratiam vero Ruſticorum, & Advenarum, qui artis peritos diebus ferialibus habere non poſſunt, indulgemus Barbitonſoribus, ut artem ſuam exercere valeant, horis tamen, in quibus Divina Officia, vel publicæ Orationes, & Conciones non habentur, porta Officinæ clauſa: ſub pænis contentis in Conſt. S. Pii V.

7. Cum ex Doctrina D. Thomæ (5), & aliorum Theologorum conſtet, quod Feſtorum Sanctificationi magis adverſetur peccatum mortale, quam prohibitum opus ſervile; eſt

enim

(1) *Cap.* Licet *de Ferriis. Bened. XIV. Notif.65.*

(2) *Concil. Rom.1725. Tit.11. cap.2.*

(3) *S. Pius V. Const.* Cum primum *2. April. 1566. Bened. XIV. notific. 43.*

(4) *D. Thom. 2.2. q.2. 2. art.4. ad 3.*

enim servitus, qua homo servit peccato, secundum illud: Qui facit peccatum servus est peccati; & secundum hoc omne opus peccati dicitur servile: Et quia magis homo impeditur a rebus divinis per opus peccati, quam per opus licitum, quamvis sit corporale; ideo magis contra hoc præceptum agit qui peccat in die festo, quam qui aliud corporale opus licitum facit: ea propter non desinant Parochi, efficaci sermone Populo inculcare, ut diebus Festis maxime a peccatis mortalibus abstineant; quod peccatum mortale die festo commissum, ultra propriam deformitatem, aliam habet specialem ex illa circumstantia temporis sacri, qua festum violatur. Cumque ebrietas, blasphemiæ, rixæ, homicidia, & alia peccata, quibus Divina offenditur Majestas in diebus Sanctis, ut plurimum a frequentatione tabernarum enascantur; mandamus ut omnino claudantur tabernæ etiam in domibus privatis, exclusis prorsus, & dimissis quibuscumque potatoribus, tempore, quo celebrantur Missæ Conventuales, Conciones, Doctrina Christiana, Vesperæ aliæque publicæ functiones in Ecclesiis Majoribus. In aliis autem horis permittimus vendi vinum usque ab primam noctis horam, & non ultra, janua tamen semiaperta; dummodo non fiant ludi, strepitus, crapulæ, commessationes, ebrietates, rixæ, & hujusmodi, quas quidem etiam in publicis viis, & plateis, ac domibus privatis districte prohibemus; sicut & aleas, taxillos, & ludos omnes a fortuna pendentes, aliosque ludos in Edicto nominatos, circulatores, mimos, histriones, scurras, qui in tabulatis, vel equis medicamina vendunt, vel dicteriis Popu- lum detinent, prout in præfato Edicto, sceænicas etiam artes, & torneamenta. Prohibemus item, non solum diebus festis, sed & qualibet Feria sexta, & toto tempore Adventus, & Quadragesimæ, choreas, saltationes, & tripudia facere, larvas sumere, cytharas pulsare, hisque actibus domus commoditatem tribuere, profanis amoribus incumbere, & publicas profanas cantiones, & sonos die, vel noctu, in plateis, vel circumeundo per vias habere; sub pœnis in Edicto contentis, aliisque arbitrio, juxta facti, & personarum circumstantias.

8. Ne Fideles item impediantur diebus festis a cultu divino, ad quem sunt ordinatæ; præcipimus quod Mercatorum Officinæ omnes, & Apothecæ clausæ detineantur, merces non exponantur, nec vendantur tam ibi, quam per Civitates, & Loca, exceptis rebus ad humanum diurnum victum, & usum necessa-

 riis,

riis, aperto tantum Ostiolo, & Velo, vel panno ante oculos obducto, extra tempus tamen, quo Functiones prædictæ in Ecclesia peraguntur, tunc enim prorsus clausas januas detineri mandamus. Mercatus autem qui (1) certa die cujuslibet hebdomadæ sunt instituti, si in diem festum incidant, transferantur ad aliam diem feriatam, sive præcedentem, sive sequentem. Nundinas verò, quæ semel, vel raro sub annum fiunt, toleramus, ita tamen, ut claudantur Apothecæ, & non fiant publica commercia, nec Contractus tempore Missæ solemnis, Concionis, & Vesperarum, ad cujus effectum per quadrantem horæ, ante initium hujusmodi Functionum, volumus, aliquibus ictibus pulsari Campanam majoris Ecclesiæ.

9. Cum Causæ forenses diebus festis sint ptohibitæ utroque jure; (2) mandamus, ne diebus festis ulli fiant jurati Contractus, nec judicia exerceantur, nec Litium acta agitentur, nec testes, aut juramenta in Civilibus Causis cujuslibet fori recipiantur, nec demum publica a Notariis Instrumenta scribantur; nisi causæ pietas, aut alimentorum, aut excarcerationis intercedat, vel magni momenti exigat occasio. Capturæ vel reales, vel personales vigore mandatorum à quibuslibet Judicibus expeditorum executioni non demandentur, nisi in Casibus à jure permissis: Actus enim, & strepitus omnes Judiciales diebus festivis, & in honorem Dei feriatis silere debent, sub pæna nullitatis.

10. Prohibemus sub pæna carceris, aliisque etiam corporalibus, diebus festivis, etiam SS. Patronorum solemnibus, Cursus, sive luctas Virorum, seu puerorum, qui spectante Populo, nudi, vel seminudi invicem contendunt pro bravio reportando, non obstante quacunque licentia, & consuetudine: Hæc etenim spectacula, ut turpia, & obscena prorsus eliminari voluit Benedictus XIV. (3) Iisdem pænis contravenientes non solum, sed etiam causam, & occasionem exhibentes subjacere volumus.

11. In solemnioribus anni diebus, videlicet Natalis Domini, Epiphaniæ, Paschæ, Ascensionis, & Pentecostes, quæcumque licentia exercendi opera servilia denegetur omninò; nec ea, quæ ad victum sunt nereslaria vendere liceat, sed Officinarum, ubi hæc venduntur, etiam ostiola non aperiantur, nisi post omnes matutinas Functiones.

12. Cæ-

(1) *Bened. XIV. Constitut.* Paternæ *Lege* omnes Judices *Cod. Theodosiano* 24. *Augusti* 1744. *et Constitut.* ab eo tempore 5. *Novemb.* 1745. *de Feriis*.

(2) *Cap.* 1. *et Cap.* *Omnes dies de Fest.*

(3) *Constit.* Nihil profecto 12. *Augusti* 1742.

12. Cætera item, quæ continentur in Edicto nostro præfato, servari volumus, & jubemus, sub pænis ibi contentis, aliisque arbitrio nostro, etiam afflictivis pro gravitate contraventionis, & circumstantiæ.

13. Quod autem attinet ad officia Christianæ Charitatis erga Deum, & Proximum, pro recta Festorum Sanctificatione exhibenda, illud præcipuum est, ut Fideles omnes Sacrosancto Missæ Sacrificio attente, & devotè intersint, nisi legitimo detineantur impedimento. Missam in Parochiali Ecclesia audire quammaxime deceret, ut ibidem (1) Parochiani concioni adsint, quam proprius Pastor inter Missarum solemnia est habiturus: idcircò omnes in Domino monemus, ut frequenter ad suas Parochias accedant; Indulgentiam etiam centum dierum (2) ut consequantur, quam Clemens XI. concessit, & Benedictus XIV. confirmavit anno 1751. Ne autem Parochiales Ecclesiæ diebus festis absque Populo videantur, curent Parochi, ut debent statis, & commodis horis Divina Officia celebrare; munia Parochialia, quæ in docendo versantur, solicite, & diligenter explere, ac pia exercitia instituere. Docilis est enim plerumque Populus ad sequendum bonum Pastorem, & vocem ejus audit, si exemplo ipse præcedit, & pascua præbet. Curent quoque, ut Missarum celebratio diebus festis taliter peragatur, ut in Populi commodum cedat, & non desit una valde manè celebranda, & altera circa meridiem. In Ecclesiis vero ruralibus Cappellani destinati Missam celebrent hora competenti; & donec Populus per agros diversus, & Pastores Armentorum, & pecudum conveniant, celebrationem Missæ differre non graventur, ne quis eorum causa præceptum infringat.

14. Serio præcipimus Patribus familias, & Dominis, ut filios, ac famulos, in pascendis pecoribus, vel vineis, aut agris custodiendis, aliisque rusticis laboribus subeundis, occupatos Festis saltem diebus Missæ jubeant interesse, ne Deo Supremo omnium Patri, ac Domino rationem pro animabus illorum sint redditurі. Omnibus item præcipimus, juxta quod edixit Divus Carolus, (3) ne quis diebus Festis ex Civitate, Oppido, alioque loco, cum iter facturus est, ante discedat, quam Missæ Sacrificio interfuerit, nisi ad eum locum proficiscatur, ubi in tempore interesse possit. Ecclesiastici verò quicumque sint, & ii præ-

(1) *Conc.Trid. Sess.22. de Sacrif.Missæ, et de observan., et vitand., et Ses.24. de Ref. cap.5. et 5.*

(2) *Vide Giraldi ad Barbosam in fine.*

(3) *Concil. Med. 5.*

ii præsertim, qui Divinorum Officiorum celebritatibus in Choro adesse debent, videant, atque adeo caveant, ne sacris illis diebus, quos in Dei laudibus, religiosisque pietatis Officiis, & in Ecclesia, potissimum a Clero, expleri oportet, iter, nisi ob urgentem causam suscipiant: ut hoc eorum exemplo excitati Fideles, sacris illis diebus, a Divinis Officiis opere itinerario non avocentur.

15. Præter Missam autem (1), quæ sine gravissimi peccati culpa prætermitti non potest: præter Vesperas item, quibus Fidelem quemque, nisi impeditum, interesse maximè convenit; rectores animarum, Concionatores, Confessarii doceant Subditos, Populum, Pænitentes, ut festos dies, qui Dei cultui dicati sunt, in Divinis Officiis, Concionibus audiendis, nec non in Orationibus, maximisque ac continuis Dei erga nos beneficiis recolendis, sancte, & pie transigant: in Doctrinæ Christianæ rudimentis, omnes tam mares, quam feminæ, tam Viri, quam pueri, vel perdiscendis si ignorantes sint, vel aliis perdocendis, si sint instructi, versentur: Duplicia exerceant Opera Misericordiæ: Inter cætera autem (2) compunctioni vacent, & contritioni peccatorum suorum, recogitantes quæ egerunt aliis diebus, in quibus fuerunt occupati: dicitur enim (3) *Sabbatum requietionis est, & affligetis animas vestras*, scilicet per contritionem; & expiantes per Sacramentum Pænitentiæ a commissis culpis propriam conscientiam Sanctissimam Eucharistiam devotè suscipiant.

16. Ergo cum dies Festi (4) non ad id sint instituti, ut Christianus Populus epulis, ebrietatibus, ludis spectaculis, aliisque id genus licentiis liberius vacet, sed ut Fideles in precibus, divinisque laudibus frequentes, & assidui sint; ut Ecclesiis intersint, Sacramenta ad animæ vulnerum curationem instituta adhibeant; seduloque se exerceant in iis operibus, quæ veram pietatem continent; & ut demum Sanctos una cum Christo regnantes, tamquam Patronos congruis Officiis, & honoribus prosequantur: idcirco in Domino Populum Nostrum obsecramus, ut a nobis præscripta diligenter observent, ne Divinam Clementiam ulterius ad iracundiam provocent: Etenim in Scripturis Sanctis profanationes Festorum detestatur Deus, & pro-

(1) *Concil. Aquense anno* 1585. *Tit. de Fest. dier. cultu*.

(2) *S. Antonin. par.* 2. *tit.* 9. *cap.* 7. §. 4.

(3) *Levitici* 16. 31.

(4) *Bened. XIV. in Encyclica* Nihil profecto 12. *Augusti* 1742.

protestatur, se de tam gravi crimine ulturum, illis verbis: (1) *Sabbata mea violaverunt vehementer : Dixi ergo ut effunderem furorem meum super eos, & consumerem eos.*

CAPUT XIII.

De Jejuniorum observantia.

I. Jejunium, (2) quod animabus, corporibusque curandis salubriter institutum est, qua par est, animi alacritate, a Fidelibus suscipi optamus, & observari mandamus; ut mens ab iniquitate revocetur, & per Jejunium apud Deum ejus desiderio fugiant, qui se carnis maceratione castigant. Quod igitur sanctius ad celebranda solemniora Festa Fideles disponantur, vel ad Divina beneficia impetranda, vel Deo gratias agendas convertantur, Sancta Mater Ecclesia Jejunia instituit, quadragesimale in primis, quo Salvatoris nostri totidem dierum jejunium honoratur; Ut in Christo purificati Festum Paschæ omnium sane solemnitatum maximum digne celebrent, & ad Euchariſtiam percipiendam devotius se præparent: Quatuor temporum verò, ut Deo primitias cujuslibet partis anni jejuniis offerant, vel supplicent pro terræ frugibus, vel gratias agant pro fructibus perceptis; tum ab eo efficacius obtineant dignos Sacris Altaribus Ministros, qui tunc initiantur, & ordinantur: In Vigiliis tandem nonnullarum præcipuarum solemnitatum Domini, Beatæ Mariæ Virginis, Apostolorum, aliorumque Sanctorum, ut Fideles per jejunium ad Festa religiose celebranda præparentur.

2. Ut autem hoc salutare Institutum ab omnibus observetur, Parochi jejunii dies per hebdomadam occurrentes denunciare non desinant Dominica præcedente inter Missarum solemnia. Doceant insuper Populum præcipue ante quadragesimam, jejunii virtutes, & utilitates, quibus per carnis macerationem Spiritus reviviscit, & reparata mentis puritate, ad Divina Misteria recolenda Fidelium animi præparantur. Significent quæ sit jejunandi obligatio, etiam quando à cibis vetitis quis dispensatus existit, quæque obligatio circa ciborum qualitatem, horam comedendi, refectiunculam vespertinam. Qui ex obligatione adstringantur, & qui ratione ætatis, laboris, ægritudinis, & valetudinis ab ea eximantur; Caveant tamen, ne laxiorum opinionum sequantur

do,

(1) *Ezechiel. 20. 11.* (2) *Eccles. in Collecta Sab. post Cineres.*

doctrinam, cum propriæ, & ſuarum Ovium animarum detrimento. Idipſum præſtent Cappellani Rurales. Proinde autem die, in qua jejunatur, in Eccleſiis Parochialibus poſt veſpertinam Salutationem Angelicam pulſetur Campana congruo temporis ſpatio pro ſigno futuri jejunii, ut populo innoteſcat. Inſtante verò tempore Quadrageſimali, ante mediam noctem, quæ Feriam quartam Cinerum præcedit, in Cathedralibus, Collegiatis, & Parochialibus Eccleſiis Campana item per mediam horam ſaltem detur ſignum ſolemnis jejunii, ut Fideles media nocte a cibis vetitis abſtinere incipiant.

3. Jejunium religioſè obſervetur cum unica comeſtione circa meridiem, & abſtinentia à carnibus, omnibuſque quæ a carne, ſive viva, ſive mortua procedunt: Refectiuncula Veſpertina, ut uſus obtinuit, non reclamante Pia Matre Eccleſia, toleratur. A lege Jejunii excipiuntur, qui vigeſimum primum ætatis annum non expleverint, a carnibus autem, aliiſque cibis vetitis poſt ſeptennium annum, ubi primum ſunt doli capaces, abſtinere debent; (1) Illos vero, quos aut ætas incurvat, aut languor extenuat, aut neceſſitas arctat, monemus, ne Sacra Jejunia, præſertim Quadrageſimæ, violare præſumant, niſi de utriſque Medici tam corporalis, quam Spiritualis licentia. (2)

4. Quicumque igitur jejunium quadrageſimale per infirmitatem obſervare non poſſunt (dummodo nulla certa, & periculoſa valetudinis affectæ ratio intercedat, & aliter fieri neceſſario exigat) a Medico obtineant teſtimonium neceſſitatis comedendi cibos ſalubres vetitos, quod a proprio Parocho ſubſcribatur; & deinde ad Vicarios noſtros deferatur pro licentia gratis concedenda. (3) Nemo autem ſine cauſa legitima, & conſilio Medici, & Confeſſarii audacter, & fidenter petat, nec ſuperbè, & arroganter uſurpet Jejunii diſpenſationem, alias contra eum, veluti contemptorem Legis Eccleſiaſticæ & de hæreſi ſuſpectum, inquiri volumus, & procedi. Medici autem caveant, ne officioſa quadam conniventia, vel facilitate, hujuſmodi ſubſcribant teſtimonia, ſed tantum legitimis, & urgentibus cauſis concurrentibus, ne de aliorum peccatis ſibi participare contingat.

5. Particulares illæ perſonæ, quæ à Quadrageſimalis abſtinentiæ præcepto ſolutionem obtinent, tantum ob eam cauſam, quod grave detrimentum ſalutis ſuæ afferant cibi quadrageſimales, ſequen-

(1) *S. Thom.* 2. 2. *quæst.* 147. *art.* 4. *S. Antonin. part.* 2. *tit.* 6. *cap.* 2.

(2) *Cap. Consilium de observ. jejun. Concil.* 8. *Toletan. Can.* 9.

(3) *Benedict. XIV. Constitut.* Non ambigimus 30. *Maii* 1741.

fequentes conditiones fervare tenentur . (1) Primo ; Servare debent unicam comeftionem circa meridiem cum vefpertina refectiuncula , veluti illi , qui jejunant . 2. (2) Non licet eis in refectiuncula vefci carnibus , etiam in eo pondere , & quantitate , quæ jejunantibus permittitur , fed cibo , & potione uti debent , quibus utuntur homines jejunantes rectæ , & meticulofæ confcientiæ . 3. Prohibetur ipfis epularum commixtio , nempe carnium , & pifcium , etiam diebus Dominicis , in quibus non jejunatur ; a pifcibus vero edendis non interdicuntur illi , quibus datur tantum facultas edendi Ova , & Lacticinia . 4. (3) Ipfis non licet extra unicam comeftionem potiones lacte permixtas fumere , fed in omnibus (excepta unica comeftione) æquiparandi funt , quibus nulla eft difpenfatio , ac propterea tantummodo ad unicam comeftionem poffunt carnem , vel quæ ex carne trahunt originem adhibere . 5. Hæc præcepta obligant etiam extra Quadragefimam tempore jejuniorum per annum . Infuper commonentur fic difpenfati , ut , qui communem pænitentiam , & difciplinam fervare non poffunt , per alia pia opera , eleemofynas , & orationes , prout sua cuique devotio fuggeret , peccata fua redimant , quæ caftis jejuniis decoqui nequeunt . Iftis igitur vallatæ conditionibus , & non alias , licentiæ concedantur .

6. Si Populo univerfo , aut Civitatibus , vel Diæcefibus graviffima urgeat difpenfationis neceffitas à Quadragefimali obfervantia , opus eft toties quoties , cafus eveniet , Apoftolicæ Sedis difpenfatione , (4) quæ fperari non poteft , nifi Nobis poftulantibus , & graviffimæ neceffitatis teftimonium interponentibus .

7. Illi , quos neceffitas arctat , fedulò advertant , non quemlibet laborem , vel iter excufare a jejunio , fed quod neceffarium eft , & notabiliter grave , durum , & laboriofum corporis vires aggravat , & fatigat . (5)

8. Toto tempore quadragefimali tam Civitatibus , quam in locis Diæcefum prohibemus , fub pænis in Edicto a Nobis evulgato 3. Februari 1777. , quod damus in Appendice N. XIII. ne cibi vetiti vendantur , nec venales exponantur , fed tantum ad Infirmorum ufum in lanienis , vel apothecis oftiolo tantum

K aper-

(1) *Bened. XIV. Conftit.* In suprema 22. *Augusti* 1741.

(2) *Bened. XIV. Const.* Si fraternitas tua 8. *Julii* 1744.


(3) *Clemens XIII. in Encycl. litt.* 20. *Decembris* 1759.

(4) *Bened. XIV. Const.* 130. Libentissime 24. *Junii* 1745.

(5) *Proposit.* 30. , *et* 31. *damnata ab Alexandro VII.*

aperto, vel cibis tela obductis, Caupones, & Tabernarii tempore jejuniorum carnes, aliosque cibos vetitos nemini, neque viatoribus, seu hospitio receptis, coquant, apponant, aut permittant ut coquant, vel appositos manducent, nisi eis de legitima licentia constiterit sub eisdem pœnis.

9. Parochos denique, & Confessarios hortamur, ut Encyclicas tum Benedicti XIV. 10. Junii 1745. quæ incipit, *Libentissime*, tum Clementis XIII. 20. Decembris 1750. quæ incipit, *Appetente*, quas in Appendice num. XIII. §. 2. & 3. exhibemus, frequenter consulant; ut harum lectione plures, quos attigimus casus in sana doctrina resolvant, & a laxitate declinent.



PARS

PARS SECUNDA

DE SACRAMENTIS, ET SACRAMENTALIBUS, AC INDULGENTIIS

CAPUT I.

De Sacramentis in genere, & Sacramentalibus.

1. 

SAcramenta novæ legis, per quæ, omnis vera Justitia, vel incipit, vel cæpta augetur, vel amissa reparatur, nemo audeat, vel irreverenter administrare, vel indigne suscipere. Ministros igitur admonemus, se sancta tractare; Ea propter ita vivant, ut omni temporis momento sua possint religiose exercere ministeria (1) cavendo præsertim ne peccati mortalis conscii Sacramenta administrent, sed Confessionem præmittant, seu in casu necessitatis conterantur. Suscipientes item admonemus, ne Sacramenta suscipere præsumant, nisi recte dispositi, ne quod datum est in donum, administrantium incuria, seu suscipientium culpa, in Judicium transeat Animarum.

2. Præcipimus Parochis, aliisque Animarum curam gerentibus, ut, in Sacramentis administrandis, ritus, & cæremonias, quas Sancta præscripsit Ecclesia, & quæ in Rituali Romano diserte præscribuntur omni animi attentione, ac devotione adhibeant, quibus nihil addere, vel detrahere præsumant, multoque minus immutare, vel alterare materiam, & formam, quæ ad ipsam substantiam Sacramenti pertinet. Formam Sacramentorum distincte, & devote pronuntient; illudque semper sibi agere proponant, quod Christus Dominus instituit, & intendit Sancta Mater Ecclesia: Illud etiam sedulo advertant, quod non (2) licet, in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore. Vasculis, & suppellectilibus decentibus, & mundissimis semper utantur, & veste talari congrua, superpelliceo, & stola colo-

(1) *Ritual Rom. de iis quæ in Sacr. admin. serv. sunt. Can.* Prophetavit. *Can.* Dominus 1. *q.* 1. *Concil. Trid. sess.22. de Sacrif. Missæ cap.4.*

(2) *Prop. damn. ab Innoc. XI. n.1.*

ris convenientis ſint induti, niſi ex improviſo vocati in Sacramentis Baptiſmi, ſeu Penitentiæ pro Infirmis, aut Extremæ Unctionis, quando periculum eſt in mora. Extra caſum infirmitatis, & periculi, non alibi, quam in Eccleſiis Sacramenta conferant; & ſi quæ altera neceſſitas urgeat, vel cauſa rationabilis, extra Eccleſiam adminiſtratio non fiat, niſi cum Noſtra, vel Vicarii Generalis licentia.

3. Ut Sacramentorum cultus, ac devotio in animis suscipientium excitetur (1), Parochi ſæpe inter Miſſarum Solemnia, & dum Chriſtianam edocent doctrinam, vel dum eadem Sacramenta adminiſtrant, illorum inſtitutionem, dignitatem, uſum, ſalutares fructus, ac miſticas cæremoniarum ſignificationes, vulgari, ac plano ſermone pro audientium captu, explanare non omittant, ac requiſita ad illorum dignam receptionem, edoceant, ut omnes debita veneratione, animi devotione, humili reverentia, & corde contrito accedant ad Sacramenta recipienda (2). In animum item ſuſcipientium inſtillent, ut habitus etiam exterior, eorum Chriſtianam modeſtiam, & humilitatem oſtendat (3): & viros deferentes arma, vel baculum, ac mulieres fucatas, indecenter ornatas, vel capite detectas, a Sacramentis arceant.

4. Parochi quacumque diei, ſive noctis hora, ad Sacramenta miniſtranda vocati, hilari vultu, ac prompto animo accedant. Negligentes pænis gravibus ſubiicientur.

5. Ad omnem Simoniæ, & cujuslibet turpis lucri ſuſpicionem effugiendam, nihil omnino petatur, exigatur, nec paciſcatur ſub quovis titulo, aut prætextu, vel directe, vel indirecte pro Sacramentorum adminiſtratione ſub gravioribus pænis a Jure ſancitis, aliiſque arbitrio Noſtro (4), ſed ſi aliquid ſponte, ac libere titulo eleemoſinæ de laudabili conſuetudine approbata offeratur, id ſolum peracto Sacramento, niſi aliter Nobis videatur, recipi concedimus, ita tamen, ut simoniæ, & avaritiæ ſuſpicio non adſit. Intuitu tamen Sacramenti Penitentiæ ſpontaneas etiam oblationes recipi interdicimus sub pænis a Jure ſtatutis. Inhibemus autem (5) Parochis, aliiſque Miniſtris, ſub pænis contentis in Sacris Canonibus, Conciliis gene-

(1) *Conc.Trid. Sess.24. cap.7. de Ref.*

(2) *Ep.Encycl. Cl.XI. 16.Mar.1703.*

(3) *Rit. Rom. de Euchar. Edict. Ven. Servi* Dei *Innocentii XI. 30. Novembris 1683.*

(4) *Can. 1. quæst.1., et tot. Tit. de Simonia.*

(5) *Ven. Ser. Dei Innoc.XI. 1. Octobris 1678. in Taxa* vulgo Innocentiana.

generalibus, aliisque arbitrio, ne occasione administrationis SSmi Viatici pecuniam, seu aliquid aliud accipiant, seu contendant; neque accipiant patinam, seu lancem in qua repositum fuerit Vas Olei Infirmorum pro Extrema Unctione, vel Sacri Chrismatis pro Baptismo, seu tobaleas, Mantilia, Linteola, atque alia, occasione administrationis Sacramentorum a suscipientibus, vel ad eos pertinentibus delata. Et cum in Sacris Visitationibus compertum habuerimus, ut in celebrandis Matrimoniis, in aliquibus, locis eo creverit Ministrorum Ecclesiæ avara impudentia, quod, ut nummos sub specie doni a Sponsis accipiant, maximo cum Ecclesiæ dedecore ejus sacratas portas Sponsis præfatis exeuntibus, nisi post receptum pecuniæ munus non operiendas, claudere præsumant: Mandamus, ne Sacristæ, aliique Ecclesiæ Ministri audeant imposterum Sponsis, seu aliis quibuscumque personis pro similibus causis portas Ecclesiæ claudere, sub pæna scutatorum vigintiquinque, aliisque arbitrio incurrendis.

6. Nullus ex Sacerdotibus sive Sæcularibus, sive Regularibus audeat Sacramenta (1) quæ ad Parochum spectant, absque ejus licentia ministrare. Sacramenta vero necessaria, Infirmis periclitantibus, si Curatus, ejusque Coadiutores absint, nec licentia absque periculo Infirmorum requiri possit, a quolibet Sacerdote respective idoneo ministrari possint. Sacerdotes autem, quamquam ad Confessiones approbati, non deputentur a Parochis in eorum Coadiutores, & Vicecuratores, neque ipsi hoc munus exerceant nisi praxim administrandi Sacramenta recte calleant.

7. Sacramentalia diligenter, & debito nitore asserventur sub feris, & clavibus a Parocho, vel ejus Vicario fideliter custodiendis, quod si ex eorum incuria nefandum quid acciderit, graviter arbitrio Nostro punientur.

CAPUT II.

De Sacramento Baptismi.

I. Inter omnia Ecclesiæ Sacramenta a Christo Domino instituta, merito primum locum obtinet Baptismus, utpote (2) Regenerationis lavacrum, efficiens homines (3) de filiis iræ, filios gratiæ; atque etiam (4) justificationis principium, per quod omnes

(1) *Can.* Interdicimus 16: *quæst.* 1. *Clemen. unica de privileg. Gregor. XV. Const.* Inscrutabili 18.

(2) *Epist. ad Tit.* 3. *ad Ephes.*

(3) *ibidem, et ad Ephes.* 2.

(4) *Concil. Trid. Sess.* 5. *de peccato Origin. Sess.* 6. *Cap.* 7. *et Sess.* 7. *Decret. de Sacr.*

omnes filii Adæ (1) culpa originali labefactati de regione umbræ mortis (2) in partem sortis Sanctorum vocantur (3) & scribuntur in libro vitæ: Maxima igitur pietate, ac reverentia ministrandus, & suscipiendus est. Hujus Sacramenti necessitatem satis Salvator ipsa declaravit, cum dixit (4) *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in Regnum Dei*. Hinc colligere licet, quanta cura adhibenda sit, ut quamprimum ad Baptismi lavacrum infantes deferantur; Ideo monemus Parentes cujuscumque gradus, & conditionis sint, ne ultra tres dies infantium recens natorum Baptismum differant; quinimo citius, si adsit prababile mortis periculum, eos deferant ad Baptismum, quod si ultra prædictum tempus natos filios in tenebris, & umbra mortis jacere permittant, Parochi graviter invehantur in eos, Nobisque referant negligentes, ut opportunis remediis eos urgere possimus. Ut autem Parochi hujusmodi muneri facilius satisfacere possint, jubemus, ut obstetrices eadem die, aut certe sequenti, quo Infans in lucem editus est, eosdem hac de re admoneant, sub pænis arbitrio Nostro infligendis (5). Ut vero venerabilis antiquus Ecclesiæ mos, baptizandi solemniter in Sabbato Sancto post aquæ benedictionem quoad fieri potest religiose servetur; per octo dies ante, nisi periculum immineat, nullus Infans baptizetur; ut in Cæremoniali Episcoporum habetur *Lib.2. Cap.27. §.18.*

2. Baptismns non conferatur ab alieno Sacerdote, sed a proprio Parocho, neque ante solis ortum, aut post ejus occasum, nec alibi, quam in Ecclesiis Baptismalibus, nisi secus fieri cogat necessitas. (6) Quod si mors Infantis certò timetur, omnis homo, quicumque sit, sive Vir, sive Mulier, vel Clericus, vel Laicus potest conferre Baptismum domi, seu in alio quocumque loco, ordine tamen servato illis in angustiis, ut vir mulierem, laicum clericus præcedat, nisi forte persona minus digna esset promptior in periculo, vel melius calleret formam Baptismi, aut secus requireret servandus pudor in matre. (7) Si deficiant extranei, Parentes ne morentur baptizare; in hoc enim casu Spiritualem cognationem, quæ matrimonii usum impediat, sciant non se contrahere.

3. Quo-

(1) *Epist. ad Tom. 5. Concil. Trid. Sess. 5. relat., et Sess.6. cap. 1. de justificat.*

(2) *Ad Colossen.1.*

(3) *Ad Philippens.4.*

(4) *Joannis 3. 5.*

(5) *Canon. Quicumq. de consecrat. distinct.4. Concil. Mediolan. 1. part. 2. de Baptism. Concil. Trid. Sess.6. Cap.4.*

(6) *Clementina unic. de Baptism.*

(7) *Canon. in necessitate cum sequentib. de conseer. distinct.4. D. Thom.*

3. Quoniam in articulo necessitatis Obstetrices, ut plurimum conferunt Baptismum; mandamus, quod nulla mulier artem exerceat obstetricandi, nisi a proprio Parocho fuerit examinata, & patienter, ac suaviter instructa in essentialibus materiæ, & formæ hujus Sacramenti, & cum attestatione ipsius non fuerit à Nobis, vel Vicariis nostris approbata, (1) sub pœna arbitraria; & volumus ut saltem bis in anno Parochus obstetrices examinet de modo baptizandi, ac diligenter investiget, utrum formam probè memoria retineant, super quo ejus conscientiam, utpote in re gravissimi momenti, strictè oneramus.

4. Parochi sæpe in tradenda Doctrina Christiana edoceant Populum modum, & rationem baptizandi, urgente necessitate, eique significent qualis sit materia, quæ forma, & qualis haberi debeat intentio.

5. In solemni Baptismi administratione serventur omnia, quæ in Rituali Romano præscripta sunt; & authoritate Concilii Romani (2) districtè præcipimus Parochis, ut baptizandorum Cathechesim extrà omnino, non intra Ecclesiam faciant, ad ostendendum Baptismum esse januam, per quam in Christi Ecclesiam intramus; nec unquam committant, ut contrarius ultra procedat abusus, quemadmodum & alter ille, domi scilicet Infantes baptizandi extra necessitatem; quod si unquam casus eveniat, erit à nobis probandus, sub gravioribus pænis. Et quoniam his, qui baptizantur tamquam cælestis adoptionis filii nomina imponuntur, caveant Parochi, ne illa sint obscæna, ridicula, profana, conficta, ethnicorum, vel impiorum hominum; sed omnino Sanctorum, vel Sanctarum, quorum ex exemplo Baptizati ad pie vivendum excitentur, & adjuventur patrocinio.

6. Cum Infans in necessitate domi Baptismum acceperit, saltem infra octo dies ad Ecclesiam Parochialem deferatur (3) pro supplendis omissis cæremoniis; Parochus tamen diligenter inquirat, an omnia essentialia in collato Baptismo interfuerint, & si prudens dubium de validitate suboriatur, sub conditione rebaptizet; Et in utroque casu, si nomen baptizato fuerat impositum, eodem nomine vocet; Sedulo tamen advertat Parochus, ne sub levi suspicione utatur forma conditionali; sed certus sit de probabili dubio, nempe vel Baptismum non fuisse collatum, vel administratum cum materia dubia, aut cum dubia forma: sive quando urgente necessitate, non integrè egresso Puero ab ute-

(1) *Cap.2.Clementina unica de Baptis.*

(2) *Concil. Rom. 1725. Tit.26. cap.3.*

(3) *Ritual. Rom. de Baptismo.*

utero, in aliquo membro indicante fœtum animatum periclit antem confertur Baptiſmus, non autem in capite, ſicuti fieri debet: in is caſibus reiteratio ſub conditione tuto locum habet. Verum ſi probabilis dubitatio non concurrat, Baptizans levibus tantum ſcrupulis motus reiterans Sacramentum, etiam ſub conditione, pœnam incurrit irregularitatis. (1)

7. Expoſiti Infantes, de quibus certa ſcientia non habetur, utrum ſint baptizati, conditionalibus ſimiliter verbis baptizari, debent, quamvis teſtimonium ſchedulæ ſcriptæ ab ignoto ſcriptore de Baptiſmo collato collo appenſam habeant: (2) Etenim in hoc caſu res ſemper manet dubia; ignoratur enim quis baptizaverit, & an hujus Sacramenti ſubſtantialia obſervaverit; conſerventur tamen ſymbola, & ſigna penes expoſitos inventa, & in libro Baptizatorum deſcribantur; ſi tamen in ſchedula expreſſum fuerit nomen impoſitum, idem nomen ipſi imponatur. Ut autem ejuſmodi Infantes expoſiti, mortis eternæ, ſimulque corporalis pericula evadant, præcipimus cunctis, ut quicumque alicubi appoſitum infantem adverterit, vel invenerit, mox ad viciniorem Parochum deferat, aut deferri curet; ſub pœnis gravibus.

8. Fons Baptiſmalis ſit marmoreus, vel ſaltem lapideus materiæ ſolidæ, quæ Aquam bene contineat, decenter coopertus, ſera occlusus, & interius panno albo coopertus, exterius vero conopeo albo circumtectus. Cancellis ſit circumſeptus, deſuper umbella ornatus, & in summitate, seu in pariete Imaginem habeat S. Joannis Baptiſtæ Chriſtum baptizantis (3) Sacri Fontis nitori, ac elegantiæ ſtudeant Parochi, ut cunctis venerationi ſit. Adſit Sacrarium in quod Aqua baptizati capiti ſuperinfuſa profluat. Olea Sacra in vaſis Argenteis, vel Stamneis, cum nomine inſculpto uniuſcuiuſque Olei, nequis error admittatur, ſint apta, & munda, & intra Baptiſterium, vel prope illud in decenti armariolo conſerventur. Similis materiæ ſit cochleare ad aquam infundendam, aliudque vas pro retinendo Sale benedicto, non liquefacto, neque aquoſo. Habeantur, & duo diſtincta munda linteamina, ſeu sudariola, aliud ad detergendum, aliud ad imponendum ſuper caput Baptizati (4).

9. Ritum ſolemniter benedicendi Aquam numquam Parochi omit-

(1) *Cap.* ex litteral. *de Apostat. et iterat. Baptism. Cathechis. Rom. part.2. de Sacrament. Baptism. num.* 57. *Act. Eccl. Mediol.*

(2) *Can.* 110. *et* 112. *de consecrat. distinct.*4. *Can. Nuper de Testibus. Sac. Congr. Concil.*15. *Januari.* 1724.

(3) *Can. Omnis Presbyter de consecr. dist.*4. *S.Carolus in Instruct.Tit.de Baptis.*

(4) *Ritual. Rom. de Baptismo.*

omittant, non tantum Sabbato Sancto, sed & in pervigilio Pentecostes, cui benedictioni adesse volumus Clericos, & Sacerdotes Ecclesiæ Parochialis, qui de Jure, vel consuetudine tenentur, sub pænis arbitrio nostro infligendis. Sacra verò Olea Fer. 5. in Cæna Domini ab Episcopo consecrata singulis annis renovari præcipimus, veteribus combustis, & qui aliter attentare præsumpserit, adhibendo vetera, severiori pæna punietur. Quilibet igitur Parochus Sacerdotem, seu Clericum in Sacris constitutum, sacro die Cæne Domini mittat ad recipienda nova Sacra Olea cum capsulis clave obseratis, & receptis novis, vetera comburat, & cineres in Sacrarium deponat.

10. Baptismus extra casum necessitatis absque Patrino, vel Matrina non ministretur, & unus tantum sive vir, sive mulier, vel ad summum unus Patrinus, & una Matrina adhibeantur; Numquam tamen duo viri, aut duo mulieres. Parochus ab his, ad quos spectat, exquirat diligenter, quem, vel quos susceptores, seu Patrinos elegerint, ut ad tale munus admittere valeat electos a parentibus; qui si nullum elegerint, sui officii partes erunt aliquem designare, ut hæc perantiqua, & utilis consuetudo, ex Apostolica traditione proveniens, non intermittatur; Patrinorum enim officium, & obligatio est dirigendi baptizandos in viam salutis æternæ, saltem in subsidium Parentum carnalium. Ab hujusmodi officio excludantur publicè excommunicati, Infames, Criminosi, qui Sacramenta Pænitentiæ, & Eucharistiæ in Paschate non susceperint, & qui nesciunt rudimenta Fidei; item qui ætatem pubertatis non attigerint, qui Sacramentum Confirmationis non acceperint, ipsius baptizandi Genitores, peregrini & ignoti, ac Monachi & Regulares ex ipso Jure communi; quam prohibitionem Nos extendimus ad Moniales, & ad Ordinatos in Sacris sine nostra speciali licentia (9). Moneantur à Parocho susceptores in Baptismo de contracta Cognatione spirituali, quæ Matrimonium impedit, & dirimit inter eos, ac Baptizatum ipsum, & illius Patrem, & Matrem: (1) Ac insuper moneant de obligatione instruendi Baptizatum in Regulis Fidei, & morum. Curet etiam Parochus parentes infantis admonere, ne in lecto secum ipsis, vel nutrices parvulum habeant usque dum expleverit primum ætatis annum, propter oppressionis periculum; sed eum diligenter custodiant, & opor-

(1) *Canon.* Non licet. *Can.*Monachi *Can.* In Baptis. *cum sequent. de Constit. dist.4. Rit.Rom. de Baptis.Tit.de Patrin.*

(1) *Concil. Trid. Sess. 24. cap. 2. de Reformat. Matrimonii.*

portune ad Christianam disciplinam instituant. (2) Alterius autem nomine nullus admittatur ad levandum à Sacro Fonte, nisi prius legitimum detulerit Procuræ Mandatum, illudqne fuerit á Parocho baptizante recognitum, cum expressa facultate, quod talis actio de Sacro Fonte levandi fiat a Procuratore nomine, & intentione constituentis; Et ita legitimè Procurator admissus nullam contrahit Spiritualem cognationem, bene verò ipse Principalis.

11. Adulti Infideles, si qui in nostris Civitatibus, & Diæcesibus baptizari postulaverint, extra necessitatem absque nostra licentia non baptizentur; ut eorum Fides probetur, & in Christianæ vitæ principiis eruditio comperiatur.

12. Habeant omnes Parochi sub dilligenti custodia librum bene compactum, & contextum, & in eo, antequam discedant ab Ecclesia describant Baptizatorum nomina, servata prorsus formula Ritualis Romani, adnotatis die, anno, & mense Baptismi per extensum, non notis compendiariis, aut aritmethicis. Hujus libri paginæ omnes notentur numerorum serie; & in fine indicem habeat. Si Parochi in hac descriptione defecerint ultra diem; vel methodum Ritualis non servaverint, vel librum ut supra ordinatum non detinuerint, trium scutatorum pœna mulctabuntur.

13. SSmæ Virginis exemplum imitantes Puerperæ, laudabilem consuetudinem se conferendi ad Ecclesiam, gratias Deo acturæ, & benedictionem accepturæ non omittant. Pro hac benedictione Parochi nihil exigant.

14. Quo vero quilibet ex Fidelibus pro insigni regenerationis beneficio, quod accepit in Baptismo, singulares Domino referat gratias, suadeant Parochi Fidelibus eosque adhortentur, ut anniversarium diem unusquisque suscepti Baptismi devotè recolat, præsertim Pænitentiæ, & Communionis munimine.

(2) *Ritual. Rom.*



CAPUT

CAPUT III.

De Sacramento Confirmationis .

1. Sacramentum Confirmationis (1) quo novus ardor, nova gratia accenditur in cordibus Fidelium, ne unquam primam Fidei lucem per Baptismum succensam, aut desidia, aut corpore, vel tempore tentationum incursante, seu periculo mortis exterrente, in se patiantur extingui, magna est veneratione tenendum, summa est devotione suscipiendum.

2. Parochorum igitur munus erit, ut cum primum ex nostris litteris intellexerint, hoc Sacramentum in eorum Ecclesiis a nobis administrandum, ejusdem vim, dignitatem, virtutem, necessitatem, Ritus mysteria, & uberrimos fructus declarare; in hoc enim Sacramento summum augmentum Gratiæ, & septiformis Divini Spiritus plenitudo confertur. Instruant item pueros, & puellas de his, ac de debitis dispositionibus ad illud suscipiendum juxta Romanum Catechismum (2), atque illis, qui sciunt rudimenta Fidei, quousque post examen idoneos judicaverint, tradant schedulam, in qua nomen, ætas, & Parochia; itemque nomina, & cognomina Patris, & Matris, ac Patrini, vel Matrinæ sint descripta. Eædem autem schedulæ in actu administrationis Sacramenti solerter colligantur, & inde a Parocho prius Marum, deinde Fæminarum quantotius in libro bene compacto describantur, adjecto nomine Episcopi confirmantis cum die, Mense, Anno, & loco, juxta formam Ritualis Romani, secus graviores pænas a negligentibus repetemus.

3. Quamvis nulla præscribatur ætas pro hujusmodi Sacramento recipiendo, summopere convenit ne nimis propera, aut nimis adulta sit; Si enim (habetur in Catechismo Romano (3)) duodecimus annus expectandus non videtur, usque ad septimum certe hoc Sacramentum differre maxime convenit. Non exhibeantur igitur Confirmandi ante septennium, nisi cognitio defectum suppleat ætatis, vel aliter ratio Nobis persuaserit; parati enim (4) sumus ad conferendum hoc Sacramentum infantibus,

 pue-

(1) *Can.* Omnes Fideles. *Can.* Spiritus Sanctus *Canon.* de his vero. *Canon.* Novissime *de consecrat. distinct.* 5. *Concil. Florent. in Decret. Eug. IV.* §. 5.

(2) *Catech. Rom. par. 2. de Sacr. confir.*

(3) *Idem ubi supra num.* 18.

(4) *Benedict. XIV. de Synod. Diœces. lib. 7. cap. 10. n. 6. 7. et 8. Giraldi ad Barbosa App. 1. ad cap. 7. Sac. Congr. Concil. 23. April. 1774.*

puerisque baptizatis, ante usum rationis, in mortis periculo constitutis, ut ipsi decedant cum majori gratia, & gloria, si a parentibus requisiti fuerimus, & ea dignitate, qua decet, juxta nostrum arbitrium collatio fieri possit. Si autem post confirmationem acceptam convalescat, volumus, ut Parentes, seu consanguinei teneantur eumdem, postquam ad usum rationis pervenerit, certiorem reddere de jam recepta Confirmatione, ad removendum periculum reiterationis Sacramenti; (1) Qui vero post duodecim ætatis annos hoc Sacramentum non receperit, ad nostram cognitionem deferatur à Parochis, ut nostro officio fungamur.

4. Hoc Sacramento matutino tempore in Ecclesia, ut convenit, jejuni administrare curabimus; ideo confirmandi die, & hora prescriptis ad Ecclesiam accedant jejuni, honesto vultu, lota fronte, mundato vertice, capillis non fordide incultis, sed modeste compositis, & feminæ capite honeste velato; & si fuerint adulti prius peccata confessi (2). Schedulam habeant, ut supra a Parocho scriptam, alias non admittentur; vittam item deferant lineam mundam, cum qua ligetur caput. Mares a Feminis sint segregati, & non tumultuarie, ut assolet, sed qua decet devotione, reverentia, ac modestia suscipiant manibus junctis Sacramentum. Collato Sacramento, frontem Sacerdos gossipio abstergat, & vitta liget, quæ non deponatur, nisi sacro Chrismate a fronte perfecte exsiccato. Monemus autem adstantes omnes, ne risu, inanibus verbis, ullove strepitu venerabilem actionem perturbent, sed silentio, piisque precibus detineantur, sub pænis contentis in Edicto de Ecclesiarum veneratione. Nullus autem ex confirmatis ab Ecclesia discedat, nisi functione completa, & accepta benedictione.

5. Parochi nullos alienæ Diæcesis exhibeant confirmandos, nisi cum nostra licentia, neque Advenas, Peregrinos, Vagos, illosque, de quarum confirmatione recepta dubitatur.

6. Cum per hoc Sacramentum imprimatur in Anima suscipientis character spiritualis, & indelebilis (3); ideo nullus confirmatus præsumat accedere. Nullus item excommunicatus, interdictus, vel facinoribus gravioribus alligatus, aut Christianæ Fidei rudimentis non edoctus, ingerat se ad percipiendum hoc Sacramentum, vel ad tenendum confirmandum (4). Patrini autem

(1) *S. Carol. Conc.Provinc.Mediol.I.*
(2) *Concil.Rom. tit.26. cap.4.*
(3) *Concil.Trid. Sess.7. Can.9.*
(4) *Pontif.Rom. de confirmand.*

tem assumantur pro masculis, Matrinæ pro fæminis, singuli natu (1) majores singulis ejusdem sexus. Nullus autem qui non sit confirmatus potest esse in Confirmatione Patrinus; & si fuerit, (2) non contrahit Cognationem Spiritualem. Pater item, aut Mater, Maritus, aut uxor ab hoc officio excluduntur. Sit etiam Patrinus diversus ab illo, qui fuit in Baptismo (3). Nullus tandem præsentet, nisi unum, aut duos, non plures, nisi cum expressa Nostra facultate (4). Sciant autem Patrini, & Matrinæ eos in hoc Sacramento Spiritualem contrahere Cognationem, quæ Matrimonium contrahendum impedit, & jam contractum dirimit cum Confirmato, illiusque Patre, & Matre (5): eosque obligationem contrahere erudiendi in Fide, & in Christianis moribus a se in Confirmatione susceptos.

CAPUT IV.

De Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento.

1. Redemptor Noster Jesus Christus sapientissimus, & ditissimus, transiturus (6) de hoc Mundo ad Patrem, cum dilexisset suos, qui erant in Mundo in finem dilexit eos. Augustissimum siquidem Eucharistiæ Sacramentum pro Nobis instituit, ineffabile amoris pignus. Ut igitur hoc Sacramentum, in quo Dominus memoriam fecit (7) mirabilium suorum, majori saltem, quo possumus cultu, & veneratione colatur, quæ infra a Nobis sancita sunt, & pro decentissime servanda Eucharistia, & pro eadem religiosissime administranda vel suscipienda, diligenter adimpleri, districte præcipimus, & mandamus.

2. Asservandum est Venerabile Sacramentum in Ecclesiis (8) Cathedralibus, Parochialibus (9), quamvis (10) pauperibus, & in Regularibus (11) etiam Monialium (non vero (12) in aliis, nisi

(1) *Bened. XIV. Inst. 6.*

(2) *Sac. Cong. Conc.* 13. *Junii* 1654. *in Lyciensi. Genettus tom.* 5. *Canon.* In Baptism. *de consecrat. distinct.* 4.

(3) *Can.* In Catechism. 10. *de consecrat. distinct.* 4.

(4) *Can.* non plures *cod. tit.*

(5) *Concil. Trident. cap.* 2. *de Reformat. Matrimon.*

(6) *Joannis* 13. 1.

(7) *Psalm.* 110. 4.

(8) *Sac. Cong. Epis. in Lucan.* 10. *Februarii* 1579. *et Casert.* 29. *Nov.* 1594.

(9) *Cap.* 57. *de Sent. excommunicat.*

(10) *S. Cong. Epis.* 14. *Maii* 1614., *Sac. Cong. Concil.* 22. *Martii* 1694.

(11) *Conc. Trid. Sess.* 25. *cap.* 10. *de Reg. et mon.*

(12) *S. C. Ep. in Cajacen.* 12. *Januarii* 1630. *In Salernit. Jur. Paroch.* 1702. *In Neapolit. Conservator.* 2. *et* 28. *Julii* 1707., *S. R. Cong. in Decret. gener. Urbis, et Orbis* 12. *Januarii* 1704. *ad* 26. *Giraldi Exposit. Juris Pontif. Sect.* 620.

nisi ex Apostolico Indulto) cum omni decentia (1), & reverentia, in ornatissimo omnium Altare, & quidem regulariter in majori, tamquam digniori, (exceptis Cathedralibus propter functiones Pontificales) cui superna umbella immineat, & anterius adsit columnellarum sepimentum pro communicandis.

3. Tabernaculum, in quo servatur, ex ligno, vel nobiliori materia eleganter constructum, auro sit, vel aliis pretiosis ornamentis extrinsecus decoratum, & conopæo coloris pro tempore, quo Ecclesia utitur, honeste contectum; intrinsecus vero sericis albi coloris dumtaxat tegumentis circumvestitum, & Corporale mundissimum habeat in planitie. Ejus ostiolum firmissima sera muniatur, & clave argentea, vel saltem auro delinita a Parochis ipsis, vel aliis Sacerdotibus, ad quos pertinet, diligentissime custodienda. Caveant ergo Parochi, seu alii Sacerdotes, quibus custodia Sacri Tabernaculi incumbit, ne incaute relinquant referatum, vel cum clavi in ostiolo, vel alibi faciliter eripienda, quoniam contra negligentes pænas exigemus contentas in littera encyclica Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium de mandato S. M. Bened. XIV. (2) Omnes partes hujus Tabernaculi bene cohereant, & saltem semel in hebdomada expoliatur, ne pulvis, aut levissima macula in eo appareat, sub pœna gravi pro modo incuriæ arbitrio Nostro. In ipso nihil prorsus retineatur, nisi Sanctissimum Sacramentum, & super illud Reliquiæ Sanctorum non exponantur (3).

4. Lampas saltem una die, ac nocte (4) singulis horis ante Sanctissimum Sacramentum colluceat in signum reverentiæ, & amoris, quo Fideles ferri debent in hoc divinæ Charitatis ineffabile Mysterium. Lampadarium, quoad fieri potest non a latere Altaris, neque super illud, neque in Choro constituatur, sed coram (5) e regione, altum saltem cubitis septem, & tam longe ab Altari distet, ut Sacerdos ac Ministri ex oleo forsan stillante inquinari nequeant.

5. Pyxis pro custodiendis Particulis consecratis, sit Argentea, & intrinsecus una cum operculo circumquaque inaurata, cui

(1) *Cær. Ep lib.1. cap.12. n.8.*

(2) *Sac.Cong. Epis. et Regul. litt.Encycl. 9. Februarii 1751.*

(3) *Sac. Cong. 3. Martii 1593. apud* Nicol. *Verbo Eucharist. n. 20. Concil. Mediol.4. par.2. tit. quæ ad SS.Eucharist. Sacram. pertinent. Ritual. Rom. de SSmo Euchar. Sacr.*

(4) *Concil.Mediol. 1. part.2. tit.* quæ pertinent ad SSmum Eucharist. Sacram. *Sac. Congr. Concil. in Urbevetan. 22. Martii 1595.*

(5) *Conc.Mediol.Provinc. 4.* de Eccl. *Fabr. S. R. C. 22. Augusti 1699.*

cui fericus albi coloris conopeolus fuperinduatur. Duplicem unaqueque Parochialis habeat, quarum major ad ufum Sacræ Communionis in Ecclefia; minor autem Sanctiffimo Viatico ad infirmos deferendo deferviat. Habeatur & alia Pyxidola, in qua inclufa facculo ferico, & ad collum appenfa, nocturno tempore, vel ad loca magis diftantia, vel afpera Sacramentum commode deferri poffit.

6. Sacræ Particulæ faltem numero quinque numquam defint in majori Pyxide, octava qualibet die, (1) vel Dominica, vel feria quinta, renovandæ, ne ingratum odorem contrahant Sacræ Species, aut etiam ex diutina refervatione corrumpantur: & quoties Sacræ Particulæ renovantur, fragmenta diligenter colligantur, & fumantur, Pyxide attente purificata, sub pœna contra negligentes arbitrio noftro infligenda.

7. Pro Expofitionibus, & Proceffionibus Sanctiffimi Sacramenti habeatur in Parochiali Ecclefia Oftenforium congrue magnitudinis, Argenteum, quoad fieri poteft, vel faltem ex alia æris materia deauratum, atque cryftallo, vel vitro perlucido ex utraque parte claufum, cum lunula argentea, omnino deaurata.

8. Antiquiffimus, & religiofus eft ufus exponendi Sanctiffimum Euchariftiæ Sacramentum publicæ adorationi Fidelium. Ea igitur occafione Templa, Sacella, Altaria juxta locorum conditionem decentiffime ornentur. Icon Altaris, ubi fit Expofitio, velo tegatur: Sacræ Imagines, Statuæ, vel Reliquiæ Sanctorum, aut Imagines Animarum Purgantium ibi non exponantur, & ardeant femper ante Sanctiffimum Sacramentum viginti cerea lumina (2) inter quæ duo intorticia a lateribus Altaris. Saltem unus Sacerdos cum fuperpelliceo, & ftola, vel faltem Clericus cum superpelliceo genuflexi ante Altare affiftant orantes, alias deponatur Sacramentum in Tabernaculo, fub pœnis arbitrio noftro: Confratres etiam faccis induti extra Presbiterium, duo faltem orent genuflexi. In eodem Altari nullæ celebrentur Miffæ privatæ, neque folemnes, excepta Octava Sanctiffimi Corporis Chrifti, & Miffa Expofitionis, & Depofitionis. In Miffis, quæ in aliis Altaribus celebrantur, in exitu Sacerdotis a Sacrario pauci tantum ictus dentur pro figno; ad elevationem autem campanula non pulfetur. Nulli Quæftores Eleemofinarum fint in Ecclefia, nulla lanx pateat ad eafdem colligendas. Defunctorum cadavera in Ecclefia non retineantur Officia

(1) *S.Cong.Epise. 5.Apr.1573., et ex Cap. 57.* Permittimus *de Sent. Excom.*

(2) *Instruct.* de mandato *Clem. XII 1. Septembris* 1730.

ficia super ipsis non fiant, neque sepulturæ mandentur. Missæ de Requiem tempore Expositionis (1) non possunt celebrari, sed celebrantur de die, vel Festo occurrenti cum Commemoratione Sanctissimi Sacramenti (2) (exceptis Festis primæ, & secundæ Classis); seu celebrentur de Sanctissimo Sacramento, ad modum (quoad Missas privatas) Votivarum, si non occurrat duplex Festum, vel Dominica, vel Feria privilegiata.

9. Solemnem publicam expositionem Sanctissimi Sacramenti mandamus fieri in Festo, & per octavam Sanctissimi Corporis Christi in Ecclesiis Cathedralibus, & collegiatis, dum Divina celebrantur Officia, ad quæ Canonici, & omnes præsentes, & Choro assistentes conveniens esset, ut starent semper capite detecto, & numquam sederent; quod si ob longitudinem Officii præstare non valebunt, (3) sedere poterunt, sed non omittant, saltem in signum reverentiæ, detecto capite, divinis assistere. Parochi autem satagant propositis Indulgentiis, quarum Summarium damus in Appendice Numero XXIX., ut Populum excitent ad adorationem, & interventum Horis Canonicis, & Missæ. Diebus item Bacchanalium, ad implorandum Divinum præsidium, ut Populo in profanarum gentium ritus, moresque tunc degeneranti, Misericors Deus pœnas differat debitas, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Ecclesiis Majoribus, seu in aliis publico cultui per triduum exponatur, & quotidie Populo benedicatur, in Septuagesimæ, aut Sexagesimæ, aut Quinquagesimæ hebdomadis, aut tribus omnibus, proposita Plenaria Indulgentia a Benedicto XIV. (4) concessa quibuslibet Fidelibus, qui Pænitentia, & Sacra Synaxi muniti, singulis diebus Augustissimum Christi corpus visitaverint, Deum orantes juxta Ecclesiæ mentem, quam Indulgentiam Clemens XIII. ad quamcumque Ecclesiam extendit, in qua hujusmodi expositio fiat Fer. 5. hebdomadæ Sexagesimæ.

10. Extraordinaria Expositio non fiat (5) etiam a Regularibus in eorum propriis Ecclesiis, sine Nostra, vel Vicarii Nostri Generalis licentia, non concedenda sine publica causa. Si vero ex privata causa Expositionem fieri occurrat, non

(1) *S. R. Congr. 2. Decembris 1684.*

(2) *Eadem S. Congr. die, & anno prædictis.*

(3) *Cær. Episc. part. 2. cap. 33. n. 33.*

(4) *Benedict. XIV. Litt. Encycl. 1. Januarii 1748. Clemens XIII. Decr. Sac. Congreg. Indulg. 23. Julii 1765.*

(5) *Sacr. Congr. Episcop. 1602. Sacr. Congr. Concil. in Neapolit. 17. Augusti 1630. Eadem in Senm. 28. Februarii 1654. et in Gratianopol. 14. Aprilis 1674. relat. a Benedict. XIV. Instit. 30. Volum. 1.* De exposit. privata, *Idem Benedict. XIV. Ibid. n. 22.*

non extrahatur Sanctissimum Sacramentum e Tabernaculo; sed aperto dumtaxat ostiolo, in Pyxide velata, cum sex saltem cereis accensis, & assistente semper uno ad minus Sacerdote Cotta, & Stola induto, exhibeatur videnda.

11. Feria 5. in Cæna Domini, Altari, vel Cappella pro conservando Sanctissimo Sacramento, non lugubribus pannis, sed velis festivis, ac floribus, omni, quo fieri potest, magnifico apparatu ornetur. Decens sit Capsa Sepulchralis benedicta, in quo Corpus Christi condatur, ejusque clavis retineatur per Parochum, vel Sacerdotem in crastinum celebraturum, non autem per Personas Laicas (1) non obstante quacunque consuetudine. Colluceant ante Sanctissimum Sacramentum die, noctuque lampades, & lumina, inter quæ saltem sex cereæ candelæ sint semper accensæ. Feria autem sexta sequenti, completa functione, removeatur Pyxis Particularum decentissime in Sacrario conservanda; & apparatus omnis a præfata Cappella auferatur.

12. Sacerdos Sanctissimam Eucharistiam administrans caveat; ne peccati sordibus pollutus rem adeo divinam pertractet, & Sacrum Epulum impuris manibus Fidelibus porrigere vereatur: Ordinem servet in Rituali (2) Romano præscriptum; & si intra Missam, statim post Communionem est administranda, sive (3) per modum Sacrificii cum Sacris Particulis intra eamdem Missam consecratis; sive per modum Sacramenti cum Particulis præconsecratis, extrahendo Pyxidem e custodia, nisi ex rationabili causa post Missam protrahatur, exceptis Missis Defunctorum, in quibus (4) non est administranda Eucharistia per modum Sacramenti, extrahendo in paramentis nigris Pyxidem e Custodia, sed tantum per modum Sacrificii. Diurno dumtaxat tempore, ab aurora videlicet ad meridiem licet hoc Sacramentum administrare (5) nocte autem Nativitatis Domini prohibitum est.

13. Ut autem Christifideles ea, qua decet, veneratione ad Divinam Mensam frequenter accedant, Parochi doceant ubérrimos ejus fructus; & ne indigne sumendo judicium sibi manducent, eos instruant, discernere Corpus Domini, ac se ipsos be-

(1) *S.C.Conc. in Laur..15.Dec.1632.*

(2) *Rit.Roman. Ord. ministrand. Sac. Commun.*

(3) *Giraldi Exposit. Jur.Pont. par.2. Sect. 64.*

(4) *Sac. Rit. Congr. in Aquen. 2. Septembris 1741. ad 4. dub.*

(5) *Sac. Congr. Visit. Apostol. 7. Decembris 1703.*

bene probare, & sic de Pane illo Angelorum edere. Moneant, ut præter Animæ puritatem, & mentem in Deum rectam, corporis munditiem præferant, jejunium a media nocte servent, & humilem, ac verecundam compositionem adhibeant. De quibus hic monendi secreto, & caute sint conjuges, adeant Confessarii instructionem S. Francisci (1) Salesii. Optaret quidem Ecclesia, ut in singulis Missis Fideles adstantes (2) Sacramentali perceptione communicarent; Verum cum divini Judicii formidine ad Sacram Mensam quisque accedere debet, vel rarius, vel crebrius, juxta dispositionis, præparationis, ac devotionis cujuscumque modum; ideoque prudentiæ, & judicio Parochorum, & Confessariorum, qui secreta cordium scrutantur, committimus, quid pro cujusque salute putent decernendum, inspecta conscientiarum puritate, & frequentiæ fructu, adamussim servando Decretum de quotidiana Communione a Venerabili Servo Dei Innocentio XI. (3) approbatum. Caveant vero Confessarii, ne prætextu vitæ innocentis suorum Pænitentium, sinant eos, absque prævia Confessione Sacramentali, pluribus diebus Communionem sumere, ne secretæ præsumptioni præbeant occasionem neve superbiæ humanæ noxium suppeditent fomentum.

14. Christi Domini indefinito præcepto mandatum est (4) ut Fideles reficiantur Pane Cælesti: ex statuto autem Ecclesiæ (5) determinatum est tempus exequendi Christi præceptum ad minus in Pascha, quo Fidelis quisque Eucharistiæ Sacramentum reverenter suscipere debet: alioquin, ultra peccatum mortale, & vivens ab ingressus Ecclesiæ arcetur, & moriens Christiana privatur sepultura (6). Hujusmodi tempus, quo de Sancta Communione Fideles omnes participare debent, quindecim dies (7) complectitur, a Dominica videlicet Palmarum inclusive, usque ad Dominicam in Albis, nisi forte (8) de proprii Sacerdotis consilio, ob aliquam rationabilem causam, ad tempus ab hujusmodi perceptione quis duxerit abstinendum. Parochi igitur Quadragesime tempore plebem instruant super dispositiones, quæ ad rite, & utiliter communicandum

(1) *S. Franc. Sales.* Introduz. alla Vita divota *p. 2. cap.20.*

(2) *Conc.Trid. Sess.22. cap.6.* de Sacrif. Missæ.

(3) *Sac. Congr. Conc.* Cum ad Aures 12. *Februarii* 1679.

(4) *Lucæ 22. Conc.Trid. Sess.13. c.2.*

(5) *D.Thom. 3.part. quæst.*80. *art.*11. *in Corp.*

(6) *Cap.* Omnis utriusq. Sex. *de pænit, et remiss.*

(7) *Eugen. IV. in Const.* 20. Fide digna §. 2.

(8) *Cap. Omnis utriusq. Sexus citat.*

dum requiruntur, ipsique notum faciant per sacrilegam Communionem (1) Paschali præcepto non fieri satis: & non desint Dominica de Passione inter Missarum solemnia de hujus præcepti custodia cunctos monere, juxta formam, quam exhibemus in Appendice Num. XIV. §. 1. Statum conficiant Animarum, & in singulis domibus tot schedulas relinquant, juxta formam in Appendice positam Num. XIV. §. 2., quot in unaquaque sunt, qui ad Communionem tenentur; a singulis postea in actu Communionis Paschalis eidem Parocho restituendas. Advenis autem in actu Communionis Schedula de peracta Communione tradatur. Parochus ergo post Dominicam in Albis si ex recollectis schedulis aliquem deesse compererit, qui adhuc ad Communionem non accesserit, secreto, & charitative moneat; & ut quantocius accedat, hortetur, monitionemque repetet, ubi opus fuerit. Adveniente autem Dominica tertia post Pascha, inter Missarum Solemnia moneat primo omnes, qui præceptum Communionis Paschalis non adimpleverunt, juxta formulam traditam in Appendice Num. XV. eamdem monitionem repetat secundo in Dominica Quarta, & in Dominica Quinta tertio, itidem moneat. Post Festum Ascensionis Nobis reservamus etiam pro Foro Conscientiæ absolutionem eorum, qui Ecclesiasticum præceptum non adimpleverunt; & post Dominicam infra Octavam Ascensionis Parochi sub pæna unius aurei applicandi usibus piis transmittant ad Nostram Cancellariam generalem copiam Statuum Animarum, & nomina eorum, qui non communicarunt, ut contra ipsos, juris ordine servato, procedatur ad publicam declarationem interdicti, per affixionem sententiæ ad valvas Ecclesiæ. Quod si perseveraverint in contumacia contra ipsos procedi volumus ad pænam excommunicationis; et si per annum in Censura insorduerint (2), contra eos, tamquam de hæresi suspectos, procedemus: reservantes tamen Nobis priusquam hujusmodi perditos Ecclesiæ filios censuris revocemus, arbitrium, eos carcerali custodia obstringendi, ut Parochi, aliique pii Sacerdotes Fidei elementis, & Ecclesiæ præceptis erudiant, & ad reverenter Sanctam Eucharistiam percipiendam, patienter disponant.

15. Fideles quidem omnes ad Sacram Communionem admittendi sunt, exceptis iis, qui justa ratione prohibentur, ut pu-

M 2

(1) *Conc. Trid. Sess. 25. cap. 3. de Ref. Sac. Congr. Concil. 30. Januarii 1587.*

(2) *Proposit. damnat. ab Innoc. XI. num. 55.*

publici indigni. Tales sunt Excommunicati, Interdicti, & manifesti Infames, ut Meretrices, Concubinarii, Fœneratores, Magi, Sortilegi, Blasphemi, & alii ejus generis publici peccatores: nisi de eorum pœnitentia, & emendatione constet, & publico scandalo prius satisfecerint. Amentes quoque, & demoniaci non admittantur, nisi habeant lucida temporis intervalla, quibus omne irreverentiæ periculum absit. Prætereantur item viri cum armis, & præcipue mulieres, quæ humeris, pectore, & capite detectis, vel fucatæ, & procaci ornamento ad Mensam Angelorum tamquam ad profanum convivium accedunt (1). Conjuges vero a thoro, vel cohabitatione divertentes non admittantur, nisi cum prævia Nostra, vel Vicarii Generalis, participatione.

16. Quoad Pueros, & Puellas prima vice ad Communionem admittendos, sicut ediximus in hac Synodo Parte 1. cap.2. §.3., Parochi Quadragesimæ tempore, prout præscribitur in nostro Edicto dato in Appendice num.VI., eos paterna Charitate solerter instruant ad formam Institutionis (2) Benedicti XIII., quam damus in Appendice num. XVI. Illos nullus approbare audeat, præter Parochos, qui curent, ne ultra decimum quartum ætatis annum prima Communio differatur. Cæterum potius mentis vigorem, quam ætatem respicere debent in admittendis, ut Pueri debita cum religione, & reverentia ad Sacram Mensam accedant.

17. Quoniam Sacra Communio Paschalis in propria Parochiali Ecclesia sumi debet de manu proprii Parochi, vel ejus Deputatorum, (3) nisi alibi communicandi a Nobis, seu Vicario nostro Generali, vel proprio Parocho facultas scripto facta fuerit (Sacerdotibus tantum celebrantibus exceptis); ideo alienæ Parochiæ Fideles ad suos semper Parochos remittantur; & alibi sumptam Communionem, quam in propria Parochia ad satisfactionem præcepti, etiam in Cathedralibus nostris (4) satis non esse declaramus. Si aliqui post confectum Statum animarum ad aliam Parochiam Civitatis, vel loci transierint, Præceptum Paschale volumus, ut adimpleant (5) in Parochia, a qua discedunt. Qui vero tempore Paschali in itinere, vel alibi, non dolo malo fuerint, post reditum ad propria, vel concludenter doceant de com-

(1) *S. Carolus Concil. Mediol. IV. tit.* Quæ ad Pœnitentiam.

(2) *Concil. Rom. 1725. tit. 1. cap.4. et in Appendice ejusdem n. 29.*

(3) *S. Carol Conc.Provinc.Mediol.2. tit. 1. Decr.41. Bened. XIV. instit. 55.*

(4) *Ven.S.Dei Innoc.XI. 5.Feb.1682. Bened.XIV. Instit.18. num. 11. et 12.*

(5) *Instr. Emi Card. Vic. de Urbe 18. Martii 1745. apud Honorante.*

communione percepta, vel intra spatium dierum octo in propria Parochiali Corpus Domini sumant, sub pænis contra non communicantes sancitis. Pro advenis, & peregrinis Ecclesias Cathedrales in Civitatibus, & Matrices in aliis quibuscumque Diœcesum Locis deputamus. Ad infirmos, & in carceribus detentos eo tempore per Parochum ipsum Sacram Communionem deferri mandamus.

18. Sacerdotes Stolis induti, & Clerus universus Feria 5. in Cæna Domini in Missa solemni Sacram Communionem accipiant, nisi aliquis justo impedimento detineatur (1).

19. Caveant Parochi, ne quisquam ægrotus absque salutari Viatico, aliisque Sacramentis, eorum culpa, & negligentia, decedat, sub pæna scutorum Viginti, aliisque arbitrio irremissibiliter incurrenda. Infirmis enim per modum Viatici præceptum est, refici Pane vitæ æternæ, ut in fortitudine cibi illius iter faciant ad Montem Dei. Visitent ergo Parochi sæpe gravi morbo laborantes, etiam non vocati, eosque efficaciter moneant, ut quantum sinit morbi qualitas, pleno rationis usu in periculo mortis reficiantur Pane Cælesti. In eadem infirmitate, non semel, quando infirmus convalescat, iterumque (2) in periculum mortis incidat; sed iterum post aliquod tempus Viaticum Ministrari debet, & potest, si pio desiderio efflagitetur. Pueris etiam, (3) quos iidem Parochi, diligenti præmisso examine, ea compererit ingenii perspicuitate pollere, ut latentem sub Sacramentalibus speciebus Christum firmiter credant, & reverenter adorent, licet numquam prius ad Sacram Communionem admissi fuerint, volumus ut Sacrum Viaticum præbeatur. Ad ægrotos etiam longa, & habituali; licet non gravi, infirmitate detentos, impeditos tamen ad Ecclesiam accedere, potissimum vero, si Communionem frequentare consueverant, Parochi sæpius in anno, & præcipuè circa dies solemniores, sumendam deferant Eucharistiam, dumodo sint jejuni. Si casus accidat, ut moriatur ægrotus antequam Sacram Hostiam deglutiverit, Sacerdos illam ab ore detrahat, in Tabernaculo servandam, donec corrumpatur: idipsum faciat si ex Vomitu egeratur, & species appareant Sacræ Particulæ.

20. Ut omni veneratione, devotione, & Populi frequentia Sanctissimum Sacramentum deferatur, mandamus ut solitæ cam-

(1) *Sac. Rit. Cong.* 13. *Septemb.* 1662. *Innoc. XII. Const.* Cum anno. *Sac. Rit. Congr.* 12. *Septemb.* 1716. *Clemens XI. Decr.* 24. Cum fest. *in ejus Bull. partic.*
(2) *Ben. XIV. Syn. lib.* 7. *cap.* XII. *n.* 5.
(3) *Idem ibidem num.* 3.

Campanæ ſignis, atque tintinnabuli per viam, per quam tranſeundum eſt, annuntietur. Parochus præmiſſa domus viſitatione, curet, ut cubile paretur infirmi cum ornata menſa, mundis mappis cooperta, ubi Venerabilis collocetur Euchariſtia in parvo folio, & ſuper eum in medio Crux, & duo candelabra cum Cereis candelis, ſtatuantur & vitreum vaſculum pro ablutione præparetur. Infirmi audiant confeſſionem, illumque diſponat ad religiosè, & piè ſumendum Corpus Chriſti Domini. Mox ad Eccleſiam reverſus, & indutus ſuperpelliceo, Stola, & Pluviali albi coloris, ac humerali velo, ſemper detecto capite, niſi habeat Apoſtolicum Indultum, (1) ſub baldacchino duas ſaltem Sacras Particulas in Pyxide deferat, preces à Rituali Romano præſcriptas recitando. Præcedat aliquis tintinnabulum pulſans, alter qui parvum portet folium in menſa ponendum, & Clericus vas Aquæ benedictæ cum Aſperſorio, burſam cum Corporali, & Purificatorio, ac Rituale librorum deferens; duo ſaltem per Confratres Societatis Sanctiſſimi Sacramenti, ſeu alios pios viros lumina clauſa deferantur (2) in Lanternis, & quatuor ſaltem intorticia accenſa. Adſit quoque clericus cum Thuribulo fumigante ante Sanctiſſimum Sacramentum, & poſt illud, alius qui umbellam deferat. In cubiculo Infirmi duo, vel quatuor tantum admittantur cum cereis accenſis, reliqui omnes ante fores domus conſiſtant, & flexis genibus Litanias B.M.V. aliaſque preces pro Infirmo devote recitent. Parochus antequam Infirmum communicet, eumdem efficacibus verbis adhortetur ad pietatem, eique Actus Virtutum Theologalium ſuggerat, juxta formulam quam damus in Appendice num. XVII. Peracta Communione, ordine quo venerat, ad Eccleſiam redeat, ibique conſuetas expleat preces: tum efficacibus verbis Populum hortetur ad frequentem aſſociationem, & ut alacrius hoc religionis officium exhibeat, annuntiet Indulgentias a Summis Pontificibus elargitas juxta formulam, quam damus in Appendice num.XVIII., & tandem cum Sanctiſſimo Sacramento Populo benedicat. Si vero longius eundum ſit extra ſuburbia, aut horrida tempeſtas ingruat, aut per arduas præruptaſque vias ſit incedendum, dimiſſo Pluviali, uti poterit umbella decenti, una tantum deferat Sacram Particulam in Vaſculo Argenteo, ſerica burſa albi coloris cooperto cum holoſericis cordulis collo appenſis: Et miniſtrata Euchariſtia, ſacras deponat veſtes, & extinctis luminibus abſque comitatu redeat. Horis intempeſtivis non deferatur Viaticum, niſi gravis ne-

(1) *Sac. Rit. Congr. 12. Aug. 1695.* (2) *Concil.Rom. 1725. Tit.15. cap.7.*

necessitas urgeat; & nocturno tempore ab associatione omnino excludantur mulieres, quas hortetur Parochus, ut domi se continentes oratione Sacram comitentur actionem. Si Feria Sexta Parasceves SSmum Viaticum deferri occurrat, utatur adhuc (1) Parochus sacris vestibus albi coloris, & consuetas recitet (voce satis submissa) preces, & Psalmos cum Gloria Patri; Populum autem non campanarum signo, sed alia ratione convocet, & in fine absque benedictione dimittat.

21. Si Parochus, qui est ordinarius Viatici distribuendi Minister, legitimo impedimento detentus, munus hujusmodi alteri Sacerdoti committere debeat, mandamus, ut alium non eligat, quam qui a Nobis ad audiendas Fidelium Confessiones sit approbatus: & numquam privato modo, ut inquiunt, Sanctissimum Sacramentum ad Infirmos deferat, seu deferre faciat; sed publice juxtà formam Ritualis Romani (2), & cum pompa, ea observando quoad fieri potest, in libercuło typis impresso Romæ Innocentii XII., & denuo Clementis XIII. Summorum Pontificum mandatis.

CAPUT V.

De Sacramento Pænitentiæ.

I. Sacramentum Pœnitentiæ, quod lethali culpa post Baptismum fœdatos (3) mundat, & ad amissam gratiam sublevat, quod merito Sancti Patres secundam, post naufragium deperditæ gratiæ, Tabulam appellarunt, sæpe sæpius frequentari a Christifidelibus omnibus enixissime cupimus, & in Domino hortamur. Idipsum Populum sæpe Parochi adhortentur, docendo etiam tempora, quibus cuncti ad hujusmodi salutare animæ lavacrum confugere debent, utpote si vitæ periculum immineat, si morbus mortalis oppresserit, si primus mulieri instet partus, vel alia hujusmodi generis contingant. Ex præcepto autem Ecclesiæ (4) omnis utriusque sexus Fidelis post quam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua peccata confiteatur fideliter, saltem semel in anno; & qui neglexerit privandus est ingressu Ecclesiæ, & Ec-

(1) *S. Rit. cong. 15. Maii 1745.*

(2) *Ritual. Romani de Commun. Infirm. Decret. de Commub. quotid. Sacr. Congr. Concil. 12. Februarii 1679.*

(3) *Conc. Lateran. 4. cap. 1. Conc. Florent. in Litt. unionis. Conc. Trid. Sess. 6. cap. 14. de Justific. et Sess. 14. cap. 1.*

(4) *Concil. Later. 5. sub Innoc. III. Cap.* Omnis utriusque sexus *de Pænit. et Remiss.*

& Ecclesiastica Sepultura; Ideo ne desinant attestationem Confessionis exigere a Pueris, & Puellis doli capacibus, licet non sint admissi ad Sacram Communionem.

2. Extra Mortis Articulum nullus Sacerdos sive Sæcularis, sive Regularis, nisi ordinariam, vel delegatam a Nobis ad excipiendas Confessiones facultatem habeat, Sacramentum Pænitentiæ in Nostris Diæcesibus, utriusque sexus Fidelibus administrare audeat, sub gravibus pænis a Sacris Canonibus constitutis (1). Pro concedenda delegata facultate, examen scientiæ, & morum (si Nobis necessarium videbitur) requiremus; attestationem insuper de frequentia collationum casuum conscientiæ, & ætatis pro viris trigesimum annum, pro utroque autem sexu trigesimum tertium, dummodo rationabilis causa, vel urgens necessitas super ætate non moveat ad dispensandum. Regularibus autem Sacerdotibus facultatem hanc non tribuemus, nisi per Monasterii Superiorem testimonium detur de eorum disciplina, & moribus (2). Porro ad certum determinatum tempus, delegatam facultatem, puta ad menses vel Annum, concessam, aut prorogatam tunc expirare declaramus, cum diei ultimo in Patentalibus litteris adscriptæ terminus expiraverit, nulla habita ratione ad præcedentes adscriptiones. Facultates autem hujusmodi, eoque magis absolvendi a casibus nobis reservatis oretenus concessas, post duos Menses a præsentis Synodi publicatione omnino revocamus; & imposterum non alias quam scripto impertiemur.

3. Sacerdotes igitur tam Sæculares, quam cujuscumque Ordinis Regulares quamvis approbati in aliqua Diæcesi ad Confessiones, etiam vocati a Nostris Parochis, non possint absque Nostra approbatione Confessiones excipere (3). Curati vero etiam extra propriam Parochiam, & Diæcesim Confessiones suorum tantum Parochianorum non prohibentur audire, non vero alienorum Parochianorum absque approbatione. Nos vero ad removendas quascumque difficultates, utque Parochi sibi invicem subsidium præbeant, præsenti Synodali Decreto sancimus, omnes Parochos Nostrarum Diæcesum approbatos censeri ad utriusque Sexus Christifidelium Confessiones excipiendas, arbitrio Nostro, nostrorumque Successorum, in omnibus Civitatibus, & locis Nostrarum Diæcesum. Regulares autem ab altero Episcopo pro sua Diœcesi ad Confessiones Sæcularium ap-

(1) *Conc. Trid. Sess. 23. c. 15. de Ref. Clement. Dudum de Sepulturis.*
(2) *Concil. Rom. 1725. tit. 32. cap. 2.* (3) *Concil. Trid. cap. 15. Sess. 23.*

approbati, non præsumant in Nostra Diæcesi audire, quamvis Pœnitentes subditi sint illius Episcopi, a quo ipsi Religiosi fuerunt approbati. Nullus vero Confessarius generaliter a Nobis approbatus, censeatur approbatus pro Monialibus, sed pro his speciali Nostra approbatione indigeat, sicuti approbatus pro uno Monasterio, non censetur approbatus pro monialium Confessionibus, expleto tempore deputationis, non censeatur amplius approbatus, sed toties nostra indigeat approbatione, quoties casus deputationis contigerit.

4. Si quæ facultates ab Apostolicæ Sedis benignitate exhibeantur obtentæ, eligendi Confessarium ab Episcopo approbatum pro absolutione etiam a Criminibus, & Censuris reservatis, nullatemus executioni mandentur a Confessariis, nisi actu a Nobis approbati fuerint, alias Confessiones nullæ sint, & irritæ. Nec pro hujusmodi executione volumus sufficere licentiam audiendi Confessiones limitatam, quoad locum, vel tempus, vel genus personarum, nisi Sacramentum Pœnitentiæ ministretur intra tempus, vel locum, vel in genus personarum in approbatione præscriptum (1).

5. Confessarii Sacramentum Pœnitentiæ administraturi (2) caveant ne mortifero peccato coinquinati, aut Ecclesiastica Censura, vel alio canonico impedimento irretiti ad illud accedant; imo studeant, sic sancte vivere, ut Pœnitentes non verbis tantum (3); sed etiam exemplis in Christianarum virtutum exercitio erudire possint. Sacerdotes Sæculares sint amicti veste Talari, Superpelliceo, & Bireto, quoties in Ecclesia, vel Sacristia hoc Sacramentum administrent; Regulares vero eo utantur habitu, quo utuntur in Choro, cum Stola. Non in privatis Domibus, exceptis infirmitatis, aut necessitatis casibus, aut alibi extra locum Sacrum, exceptis Sacerdotibus, ulli ministretur hoc Sacramentum: Mulierum autem cujusvis ætatis, & Puerorum ante expletum quartum decimum eorum ætatis annum Confessiones non excipiant nisi in Sede Confessionali (in qua numquam se exponent ante ortum solis, & post occasum) & in Sedis Confessionalis crate, numquam ante ipsam, sedem facie ad faciem, alias facultate audiendi Confessiones privabuntur (4). Ægrotantium vero mulierum Confessio-

N nes

(1) *Bened. XIV. Const.* Apost. Indulta *Conc. Trid. Sess.* 14. *in decr. de Reform.*

(2) *Cap.* Qui vult *de Pœn. distinct.* 6. *Cap.* Qui sine, *et sequen.* 3. *quæst.* 7. *Concil. Mediol.* 4. *par.* 2. *tit. Quæ pertinent ad Sacram. Pœnit.*

(3) *Cap.* Sicuti *dist.* 47. §. Necesse.

(4) *Ep. Ency. Innoc. XII.* 4. *Dec.* 1694.

nes caute admodum audiant cum linteolo ante faciem, cubiculi januis semper apertis, itaut Sacerdos ab aliis adstantibus possit videri, non audiri.

6. Sedes Confessionales in conspicuo Ecclesiæ loco, non in angulis, & subobscuris locis collocentur, fenestellas habeant utroque latere cum lamine ferrea minutis foraminibus terebrata, ut Pœnitentes audiri possint, non secerni: Ex parte Confessarii ostiolo ligneo obserentur tum ad custodiam secreti, tum ut objectus Confessarii vultus Populo occultetur. Ante oculos pœnitentium pia Imago Sanctissimi Crucifixi ad cordis compunctionem excitandam sit affixa: introrsus vero Summarium Bullæ in Cœna Domini, quod damus in Appendice Num. XIX. & index Casuum Nobis reservatorum.

7. Confessarii Pœnitentes moneant, suadeant, corrigant; sunt enim Spirituales Doctores, Medici, & Judices, ut Scientiam Sanctorum in docendo, prudentiam, & charitatem in medendo, justitiam in judicando studiosissime adhibeant. Scientiam hauriant ab Apostolicis Constitutionibus, a Conciliis generalibus, a Sanctis Patribus, a probatis Canonistis, & Theologis: laxas devitent opiniones; & Propositiones ab Apostolica Sede prohibitas, & damnatas bene calleant. Prudentiam & Charitatem induant, Pœnitentes ad veram contritionem exhortando: maxima circumspectione Pœnitentes de peccatis interrogent: delicta luxuriæ studeant, ut honestis verbis explicentur, & de iis caute investigent; simulque caveant, indebitis circumstantiis impudica explorare, ne, juxta illud: (1) *qui investigator malorum est, opprimetur ab eis*, ipsimet in tentationem incidant (2), & in laqueum diaboli; seu Pœnitentes peccare addiscant, aut ad peccata provocentur. Absit ab eorum vultu severitas, & ab eorum verbis acerbitas, & in fine Confessionis zelo utantur objurgationum. Neminem absolvant nescientem quæ necessitate Medii credenda sunt; quæ autem necessitate Præcepti, vix tunc absolvant, cum non pridem monitus ea se addiscere promittat. Voluntaria, & proxima occasione, atque in consuetudine peccantes, & sufficientia emendationis signa non præferentes, repellant ad tempus emendationis: famæ, ac rei alienæ debitores ad restituendum compellant, dilata, seu denegata absolutione parere recusantibus: & in his omnibus caveant, ne a Pœnitentibus illudantur ad Sacramentalem captandam absolutionem. Justitiam tandem

(1) *Proverb.* 11. 27. (2) 1. *ad Timoth.* 6. 9.

dem bene observent in imponendis Pœnitentiis, & satisfactionibus, ut pro qualitate criminum, & Pœnitentium conditione, salutares illas, & convenientes satisfactiones injungant, quæ a peccato revocent, & quasi fræno coerceant, cautioresque faciant Pœnitentes. Sciant Confessarii Pœnitentiales Canones, quos in Appendice exhibemus Num. XX. prout monet Sanctus Carolus (1), ut saltem eos Pœnitentibus pro oppurtunitate manifestare possint, & ita Ecclesiæ Judicio peccatorum suorum gravitatem, & meritas pænas percipiant, & ad majorem contritionem, atque ad impositam Pœnitentiam facilius, & promptius exequendam excitentur. Publicam vero Pœnitentiam pro occultis criminibus non injungnat; & sæpe recolant salutifera monita D. Caroli, quæ damus in Appendice Num. XXI.

8. In alienis Ecclesiis non se exponant Confessionibus audiendis, nisi ipsarum præmonitis, & assentientibus Rectoribus. Vocati vero ad audiendas Confessiones Infirmorum, zelo charitatis accensi ministerium pium impleant: teneantur tamen Confessarii tam Sæculares, quam Regulares (2) auditæ Confessionis testimonium scripto relinquere: seu Parochum, & Medicum certiorem reddere, sub pœna suspensionis ab audiendis Confessionibus ferendæ sententiæ: & si quid falso hac in re attestati fuerint, ipso facto incurrenda, Nobis reservata.

9. Monitos opportune facimus hic Medicos, & Chirurgos, ut memores de interposita juramenti Religione emissa in susceptione gradus, ultra tertium diem (3) non visitent infirmos, qui ab ipsis admoniti de expianda per Confessionem Conscientia, obedire recusaverint (excepta levi valetudine, quæ ex se ipsa cubitum non exigeret): etenim præter perjurii reatum, & perpetuæ infamiæ notam, pœnam excommunicationis majoris, ipso facto, Nobis reservatam per hujus Synodi Sanctionem, incurret, nempe si post secundam monitionem infirmi, ejusque tertiam visitationem, de facto curam non deseruerint.

10. Confessarii quicumque tam Sæculares, quam Regulares, meminerint, eis sublatam esse, etiam in vim Jubilæi cujuslibet Indulti facultatem (4) excipiendi Confessionem Sacramentalem per-

(1) *S. Carolus Actor. part.4. Constit. S. Pii V. 8. Martii 1566.*

(2) *Conc. Rom.1725. tit.32. cap.1. et in Append. num.28.*

(3) *Concil. Roman. ibidem. Concil. Gener. Lateran. sub Innoc. III. 1216.*

(4) *Benedict. XIV. Constit.* Sacram. Pœnit. 1. *Junii* 1741. *Idem de Synod. Diœces lib.7. cap.14. §.4.*

Personæ Complicis in peccato turpi, atque inhonesto, contra Sextum Decalogi præceptum commisso, extra tamen Casum extremæ necessitatis, nimirum in ipsius mortis articulo, & deficiente tunc quocumque alio Sacerdote etiam simplici ad Confessiones audiendas non approbato (1) qui Confessarii munus obire possit: alias absolutio, si quæ impertita fuerit, nulla est, atque irrita, tamquam impertita a Sacerdote, qui Jurisdictione, ac facultate privatus existit; & nihilominus si quis Confessarius secus facere ausus fuerit, majoris quoque excommunicationis pœnam Summo Pontifici reservatam ipso facto incurreret. Porro si casus urgentis qualitas, & concurrentes circumstantiæ, quæ vitari non possint, ejusmodi fuerint, ut alius etiam simplex Sacerdos vocari, aut accedere nequeant sine gravi aliqua exoritura infamia, vel scandalo; hujusmodi pericula Sacerdos complex tenetur graviter, quantum in se est, antevertere, vel removere opportunis adhibitis mediis; unde fiat ut alteri cuivis Sacerdoti locus pateat illius Confessionis, absque ullius infamia, vel scandalo, audiendæ: Quod si quovis modo sese nulla gravi necessitate compulsus ingesserit; aut ubi infamiæ, vel scandali periculum timetur, Ipse congrua media ad periculum avertendum adhibere de industria neglexerit, atque ita personæ in dicto crimine complicis, & in articulo mortis constitutæ, Sacramentalem Confessionem excipere, ab eoque crimine absolutionem largiri præsumpserit, quamvis hujusmodi absolutio valida futura sit, dummodo ex parte Pœnitentis dispositiones necessariæ non defuerint, eo quod in hoc casu jurisdictio non sit ipsi sublata: nihilominus excommunicationis pœnam, prout præfertur, incurrit; ut in dictis Constitutionibus S. M. Benedicti XIV.

11. Meminerint etiam Confessarii tam sæculares, quam Regulares, reprobatam, & damnatam esse a S. Sede Apostolica (2) veluti scandalosam, & perniciosam famæ proximorum, Sacramento Pœnitentiæ injuriosam, & tendentem ad sacrosancti Sigilli Sacramentalis violationem, praxim illam intollerandam, exquirendi scilicet sub specie boni spiritualis, vel emendicatis Doctorum opinionibus a Pœnitentibus socium criminis habentibus, nomen, vel habitationem socii hujusmodi, seu complicis; & con-

(1) *Idem Const.* Apost.muner. 8. *Februar.* 1745. *Duæ præfatæ Constitutiones Benedicti XIV. habentur in Appendice hujus Synodi num.*XIX. *§.*2. *et* 3.

(2) *Bened. XIV. Constit.* Suprema omnium 7. *Junii* 1746. *Const.* Ubi primum 1.*Junii* 1746. *Const.* Ad eradicandum 28. *Septembr.* 1746. *Idem de Syn. Diæces. lib.*6. *cap.*11.

& contra docentes in oppositum, vel contradicentes, seu temere interpretantes, inflictam esse ipso facto excommunicationem summo Pontifici reservatam; Confessarios autem contrafacientes, ultra peccati lethalis incursum, suspensioni ab audiendis Confessionibus, aliisque etiam gravioribus pœnis fore subiiciendos: atque tam docentes, contradicentes, & male interpretantes, ut supra, quam Confessarios contrafacientes cum suspicione pravi dogmatis in Officio Sanctæ Inquisitionis fore puniendos, prout sancitum a Sanct. Mem. Bened. XIV.

12. Ne autem hoc Sacramentum, quod post amissam Baptismi innocentiam, datum est divina benignitate perfugium, per dæmonum fraudem, & Hominum malitiam, miseris peccatoribus luctuosum evadat exitium, (1) districte præcipimus omnibus, & singulis Confessariis, ut si audierint, quod Sacerdotes tam Sæculares, quam Regulares (sive absolvendi Jurisdictione polleant, sive careant) aliquem Pœnitentem, quæcumque persona illa sit, (sive masculus, sive fæmina) vel in actu Sacramentalis Confessionis, vel ante, vel immediatè post Confessionem, vel occasione, aut prætextu Confessionis, vel etiam extra occasionem Confessionis, in Confessionali, sive in alio loco ad audiendas Confessiones, destinato, aut electo, cum simulatione audiendi ibi Confessionem, ad inhonesta, & turpia solicitare, vel provocare, sive verbis, sive signis, sive nutibus, sive tactu, sive per scripturam, aut tunc, aut post legendam, tentaverint; aut cum eo illicitos, & inhonestos sermones, vel tractatus temerario ausu habuerit; sedulo, & enixe moneant Pœnitentem ipsum solicitatum, vel solicitatam de obligatione dedenunciandi Nobis, vel Sacræ Inquisitioni execrabiles hos animarum proditores intra mensem juxta edictum S. Officii, sub pœna Excommunicationis majoris ipso facto incurrendæ; etiamsi solicitatio inter Confessarium, & Pœnitentem mutua fuerit; sive solicitationi Pœnitens consenserit, sive consensum non præstiterit, vel longum tempus post ipsam solicitationem jam effluxerit; aut solicitatio a Confessario, non pro se ipso, sed pro alia persona peracta fuerit: Et caveant ne ipsi Pœnitenti solicitato sacramentalem absolutionem impertiant, nisi prius denuntiaverit, vel saltem, cum primum poterit, denuntiare spondeat, & promittat. Si vero persona aliqua innocentes Sacerdotes apud Ecclesiasticos Judices falso solicitationis crimine per se ipsam accusaverit, vel per alios procuraverit, a nullo Sacerdote absolva-

(1) *Bened. XIV. Const. Sacram. Pœn. 1. Junii 1741.*

vatur, nisi in fine vitæ, & excepto mortis articulo; cum sit Casus Summo Pontifici reservatus. Ad tollendam autem quamcumque etiam minimam suspicionem, Confessarii non audeant frequentare domos Pœnitentium mulierum, nisi urgens, vel rationabilis causa concurrat.

13 Ad tollendam omnem avaritiæ suspicionem, nullum munus, etiam sponte oblatum, causa, & intuitu Confessionis, aut satisfactionis Sacramentalis accipiatur. Non imponantur Missæ a Confessario celebrandæ, nec aliud onus ad sui, vel suæ Ecclesiæ commodum quoquo modo vergens; nihilque penitus exigatur. Quod si aliquid Confessario detur ad restituendum alicui certæ personæ, exigatur syngrapha ab eo cui facta fuerit restitutio, ac Pœnitenti postmodum exhibeatur. De incertis vero restitutionibus, non assumat Confessarius disponendi arbitrium, sed integrum relinquat Pœnitenti (1).

14. Sigillum Sacramentale religiosissime custodiant. Numquam hujusmodi facultatem a Pœnitentibus extorqueant; raro, & urgenti de Causa sponte oblatam acceptent & tunc ea utantur circumspectione, & prudentia, ut numquam suspicari quis possit, eum Sacramentale arcanum violare. Scrupulos, ineptias, & hujusmodi in Confessione auditas, numquam referant, etiam tacito, & numquam scibili nomine, ne commoveantur Pœnitentes, quominus Conscientiæ arcana promant. Contrafacientes graves pœnas subibunt.

15. Canonici Pœnitentiarii in Cathedralibus, omni charitatis officio Confessiones audiat Christifidelium, quando opus fuerit, ne dum festivis, sed & ferialibus diebus. In solemnioribus anni festis, videlicet (2) tempore jejuniorum, Adventus, & Quadragesimæ, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Corporis Christi, Assumptionis Beatæ Virginis, Omnium Sanctorum, & Nativitatis Domini teneantur mane etiam non vocati residere in Sede Confessionali, quibus diebus, si absint punientur, servata (3) forma Sacri Concilii Tridentini: sciant a casibus nobis reservatis se non posse absolvere, nisi (4) cum nostra expressa licentia. Parochi, cum Populo Dei sint necessarii, oportet, ut la-

(1) *Syn. Oldo par. 2. cap.6. §. 10. Sac. Cong. Concil. in Derthonen. 6. Julii 1647. Bened. XIV. de Synod. Diœces. lib.5. cap.5. n.8.*

(2) *Sacr. Congr. Concil. in Segobien. apud Crispin. de Visit. par.2. §.24. n.2.*

(3) *S. C. Ep. in Curien. 7.Dec. 1697.*

(4) *Sac. Congr. Concil. in Derthonen. 6. Julii 1647. Bened. XIV. de Synod. lib.5. cap.5. num. 8.*

laborem non recusent; ideoque sint diligentes, & assidui in administratione Sacramenti Pœnitentiæ. Idipsum Confessarios a Nobis approbatos peragere cupimus, & in Domino hortamur.

16. Nullus, excepto mortis articulo, sub quovis privilegiorum antiquorum prætextu Ordinibus, Congregationibus, Collegiis, vel Societatibus, aut Confraternitatibus Sæcularium, aut singularibus Personis concessorum, beneficium absolutionis impendere præsumat a Casibus, & Censuris, & clarè, vel dubie Sedi Apostolicæ reservatis in Bulla Cænæ contentis: & præterea I. Violationis Immunitatis Ecclesiasticæ in terminis Constitutionis Gregorii XIV. *Cum alias* 2. Violationis Clausuræ Monialium ad malum finem: 3. Provocantium, & pugnantium in Duello juxta Cònstitutionem Gregorii XIV. *Ad tollendum*. 4. Iniicientium violentas manus in Clericos, juxta Can. *Si quis suadente*. 5. Simoniæ realis scienter contractæ, atque etiam confidentiæ beneficialis: 6. Item a casibus, quos Ordinarii locorum sibi reservant: Etenim de speciali mandato Clementis VIII. Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium ita jussit, & præcepit omnibus Confessariis tam Sæcularibus, quam Regularibus (1) per universam Italiam extra Urbem degentibus, sub pœna ipso facto incurrenda, & Summo Pontifici reservata, Excommunicationis, privationis Officiorum, & Dignitatum, & Beneficiorum in habilitatio item audiendi Confessiones, & quæcumque Officia, Præturas, & Beneficia obtinendi. Et quoad Privilegia super Id Confratribus Societatum aggregatarum, eis communicata ab Ordinibus, Religionibus, Institutis, Archiconfraternitatibus, & Congregationibus erigentibus, seu aggregantibus, servari volumus, & mandamus Constitutionem (2) prælaudati Clementis Papæ VIII.

17. Sciant autem Confessarii tum Sæculares, tum Regulares, quibus a Sede Apostolica largita sit potestas facinora omnia remitmittendi, & in Foro Sacramentali quaslibet relaxandi Censuras quomodocumque sibi reservatas, prout in Jubileis, vel aliis similibus concessionibus; quod nunquam hujusmodi facultas extenditur ad absolvendum (3) hæresis crimen, quod sane est gravissimum, & speciali nota dignum (licet sit occultum, externe vero

(1) *Clemens VIII. Decr. 9. Jan. 1601. et 26. Novembr. 1602.*

(2) *Clem. VIII. Constit.* Quæcumque *24. Decembr. 1604.*

(3) *Alexand. VII. 23. Martii 1656. Bened. XIV. Instit. 4. §. 15.*

vero proditum) nisi expressis verbis concedatur facultas absolvendi ab hæresi.

18. Cum autem in mortis articulo (1) nulla sit reservatio, ac proinde tunc Sacerdotes omnes a quibusvis peccatis, & censuris Pœnitentes absolvere possint, sciant (2) tamen Sacerdotes præfati, se teneri, Pœnitentibus absolutis a Censuris reservatis prius injungere, & ab eis promissionem exigere, ut, si periculum evaserint, se præsentent superiori reservanti, ejusque mandatis pareant: quod si non paruerint, in easdem censuras relabentur.

19. Cum ad Christiani Populi disciplinam pertineat, graviorum criminum absolutionem reservare: Casus infrascriptos Authoritati tantum Nostræ duximus reservandos (3), ut peccatoribus horror incutiatur criminum horum, quæ per quemcumque obvium Confessarium absolvi non possint; utque gravioribus morbis Medici peritiores adhibeantur. Nullus igitur ex Confessariis tum Sæcularibus, tum Regularibus, præterquam in mortis articulo, sub quovis privilegiorum prætextu, etiam cum facultate (4) absolvendi ab omnibus Casibus Sedi Apostolicæ reservatis, audeat ab his nostris reservatis, absolvere, nisi cum expressa facultate Apostolica, vel nostra. Hæc a Nobis non delegabitur in genere, neque in specie; nisi per numerum in pagella contentum Casus indicetur, tacito nomine Pœnitentis, & quacumque peccati circumstantia, vel indicio. Si quod vero dubium de horum Casuum intelligentia suboriatur, a Nobis tantum, & Successoribus nostris interpretandos, declarandos, & explicandos esse statuimus. Caveant insuper Confessarii tam sæculares, quam Regulares, ne Pœnitentibus, qui ex propria Diœcesi, in qua peccatum reservatum perpetrarunt, ad Nostram Diæcesim, in qua reservatum non sit, in fraudem reservationis migrarunt, beneficium absolutionis impendant: Absolutionem enim indultam Pœnitentibus, qui fraudulenter, & sub eo fine in aliam Diæcesim se transtulerunt, Sacra Congregatio (5) Concilii declaravit non sustineri; eamque declarationem Clemens X. (6) sua Constitutione mox confirmavit.

20. Canonicis Pœnitentiariis nostrarum Cathedralium, & Pa-

(1) *Concil. Trid. Sess. 14. cap. 7. de Sacram. Pœnit.*

(2) *Cap.* Eos qui *de Sent. Excom. in 6.*

(3) *Conc. Trid. Sess. 14. cap. 7. de Pœn.*

(4) *Clem. X. Const.* Superna 1670. §. Et habentes *S.C. Conc. 10. Sept. 1572. S.C. Ep. 6. Jan. 1617. et 18. Nov. 1628. Alexander VII. 24. Septemb. 1765. in proscript. proposit. 12.*

(5) *Sac. Congr. Conc. in Compsana 16. Sept. 1649. lib. 17. Decr. pag. 677.*

(6) *Clem. X. Const* Superna *sup. cit.*

Parochis omnibus, arbitrio nostro revocandam facultatem concedimus, ut a Dominica quarta Adventus, usque ad Festum Epiphaniæ Domini inclusivè, & a Dominica Palmarum usque ad Dominicam in Albis inclusive, itemque ab Ascensione Domini usque ad tertiam Feriam Pentecostes pariter inclusive absolvere possint a Carnibus, quos hujus vigore Synodalis Constitutionis Nobis, & Successoribus Nostris reservamus.

21. Declaramus autem, tunc solum infrascriptorum criminum absolutionem nobis reservatam esse censendum, quando ea animi advertentia, ac deliberatione perpetrata fuerint, quæ ad gravis culpæ reatum omnino requiritur: & quando commissa fuerint a Puberibus videlicet a Fœminis, quæ duodecimum, & Masculis, qui quartumdecimum ætatis suæ annum compleverint. Si enim ab Impuberibus perpetrentur, cum rationis imbecillitatis in iis Nos misereri plurimum deceat, eorumdem Absolutionem non reservamus.



CASUS RESERVATI

Illmo, & Rmo Domino D. Episcopo

TARRACINENSI, PRIVERNENSI, ET SETINO

I. Maleficia, Incantationes, sortilegia, & quælibet superstitio, cum expressa, vel tacita Dæmonis invocatione, sive cum Sacramentorum, vel Sacramentalium abusu.

Si adsit error in intellectu, reservantur Sedi Apostolicæ.

Si vero hæc committentes, ab aliquo edocti fuerint, aut Complices adhibuerint, non sunt absolvendi ab habentibus a Nobis facultatem, nisi Magistros, aut Complices denuntient juxta Edictum Sacræ Inquisitionis.

II. Blasphemia hæreticalis advertenter prolata adversus Deum, Beatam Virginem, & Sanctos.

Hic similiter advertendum, an adsit error in intellectu; tunc enim reservatur Sedi Apostolicæ.

III. Percussio Patris, vel Matris, etiam levis; dummodo sit injuriosa.

IV. Homicidium voluntarium: item mandatum, seu auxilium, seu consilium, effectu sequuto.

Homicida non est absolvendus ab habentibus a Nobis facultatem, nisi damnum compensaverit hæredibus Occisi, aut quantocius se compensaturum promittat, cum poterit. Injungantur autem Pænitenti homicidæ Missæ, eleemosynæ, aliaque suffragia pro Anima Occisi.

V. Abortus studiose procuratus animati, vel inanimati fætus, effectu sequuto; etiam quoad mandantes, aut auxilium, vel consilium præstantes.

Adnotandum, quod Abortus fætus animati studiose procuratus, effectu sequuto, Casus est Nobis reservatus cum adnexa Excommunicatione ipso facto incurrenda, ex Constitutione Gregorii XIV. incipien. Sede Apostolica 31. *Maii* 1591. *moderantis Constitutionem Sixti V.; ideo ad hujusmodi Casum absolvendum requiritur nostra specialis licentia; & ad hunc effectum non sufficit generalis omnium Reservatorum remittendorum concessio.*

VI. Detentio Infantium in lecto ante completum annum sine repagulo, sive sine alio sufficienti instrumento pro cautela.

Ar-

Arbitrio Confessarii relinquimus decernendum, quodnam repagulum sufficiens sit ad impediendum suffocationis periculum.

VII. Impura colloquia cum Moniali, Novitia, vel Educanda in Monasterio, vel Conservatorio degente, seu coram ipsis: atque literarum, seu foliorum, aut librorum turpia vel amatoria continentium ad Easdem transmissio: & ad hæc cooperatio.

Casus hic adnexam habet Excommunicationem Nobis reservatam; ideo ad absolvendum non sufficit generalis, sed specialis requiritur nostra licentia;

VIII. Bestialitatis peccatum.

IX. Nefandum Sodomiæ tam activæ, quam passivæ crimen, consummatum inter personas, tam ejusdem sexus, quam diversi.

X. Incestus in primo, & secundo gradu consanguinitatis, tam in linea recta, quam in trasversali; & in primo Affinitatis gradu, atque inter Personas spirituali cognatione conjunctas.

Quotiescumque conceditur facultas absolvendi ab Incestu, seu copula cum Conjunctis, intelligitur, ubi opus est, etiam concessa facultas dispensandi ad Jus petendi debitum; de quo Pœnitentes Confessarius admoneat.

XI. Stuprum Virginis cum violentia, vel dolo, vel quacumque promissione.

XII. Carnalis copula inter Sponsum, & Sponsam ante contractum Matrimonium coram Parocho & Testibus; & consensus, seu permissio ad eamdem directe, vel indirecte facta a Parentibus, seu aliis, quorum curæ credita est Sponsa.

Parocho, qui Matrimonio debet assistere, facultatem concedimus absolvendi ab hoc casu Sponsum, & Sponsam tantum.

XIII. Incendiarii dolosi domorum, Mapalium, Fænilium, Messium, & Segetum, & ad id mandatum, consilium, & cooperationem præbentes.

XIV. Testes ad testimonium ferendum in judicium vocati, vel etiam extra judicium in manibus cujuscumque Notarii, juramentum præstantes, qui vel falsum enuntiant, vel veritatem occultant, aut restrictionibus mentalibus obtegunt: & id mandantes, seu consulentes.

XV. Supplices libelli, seu litteræ ad Superiores Ecclesiasticos, seu Sæculares, suppresso, vel mentito nomine datæ, vulgo *Memoriali, o lettere cieche*, falsitatem in totum, vel in partem

O 2 con-

continentes, prout & paginæ infamantes *Cartelli infamatorj* & ad hæc omnia cooperantes, vel mandatum, auxilium, seu consilium præstantes.

23 Sciant Confessarii, quod ipsis facultate a Nobis data, absolvendi a Casibus reservatis, non intelligitur data facultas absolvendi a Censuris incursis, nec dispensandi a Votis, vel Irregularitatibus, absque expressa delegatione.

24. Satagant autem Confessarii attente perlegere Constitutionem Gregorii XV. quæ incipit: *Universi Dominici gregis*, contra Solicitantes; aliamque Benedicti XIV. *Sacramentum Pœnitentiæ* contra eosdem, atque Complices in peccato turpi; una cum ejusdem Constitutionis Declaratione, quæ incipit: *Apostolici muneris*, atque alteram ejusdem Pontificis de non exquirendis Complicum nominibus a Confessariis cum Absolutionis denegatione, quæ incipit: *Apostolici ministerii* quæ habentur in hujus Synodi Appendice Num. XIX. §. 2, 3, 4, & 7.

24. Tandem ad subsidium Pœnitentium adnectimus etiam eodem Num. XIX. §. 5, & 6. duplicem Instructionem pro Parochis, & Confessariis, alteram impetrandi facultatem pro accipienda denuntiatione in materia solicitationis ad turpia in Sacramento Pænitentiæ; alteram vero pro obtinendis absolutionibus, & dispensationibus a Sacra Pœnitentiaria Apostolica.

CAPUT VI.

De Sacramento Extremæ Unctionis.

I. Extrema Unctione Fideles, qui in periculo Mortis existunt, peruncti, fiunt (1) luctatores contra diabolum, ne vel timore, vel desperatione, aut alia quavis dolosa Demonis incussione, animus in agone opprimatur, sed in miserationum Domino. qui numquam (2) deserit hominem, nisi deferatur ab ipso, respirare noscat. Hoc porro Sacramentum a Christo Domino (3) institutum, ab Apostolis insinuatum, a Sancto Jacobo commendatum, & promulgatum, quod Animæ, & Corporis medetur languoribus absque gravi culpa contemni, aut cum aliorum offensione, & scandalo negligi, & prætermitti non

(1) *Concil. Trid. de Sacram. extrem. Unctio. Sess. 15. cap. 2. et 3. et Canone 2. Eug. IV. in Litt. Unionis Ritual. Rom. de Sacr. extrem. unct.*

(2) *Concil. Trident. Sess. 6. cap. 2. de justificat.*

(3) *Marci cap. 6. 13. Concil. Trident. Sess. 14. cap. 1.*

non poteſt. Non negligant igitur Parochi, ſuaves hujus Sacramenti fructus Populum edocere, ne cum nauſea, & horrore, tamquam mortis prænuntium illud recipiant, ſed devote in Fide, Spe, & Charitate.

2. Monet Cathechiſmus Romanus (1) quod graviſſime peccant, qui illud tempus Ægroti ungendi expectant, cum omni ſalutis ſpe omiſſa, vita, & ſenſibus carere incipiat. Conſtat enim ad uberiorem Sacramenti gratiam percipiendam plurimum valere, ſi Ægrotus, cum in eo adhuc integra mens, & ratio viget, ſacro Oleo liniatur. Sedulo igitur ſolliciti ſint Parochi, ut eo potiſſimum tempore infirmo præbeant cæleſtem hanc medicinam, cum eorum etiam pietate, & Religione, qui curandi ſunt, magis profuturam intellexerint. Die noctuque juxta neceſſitatem infirmum viſitent, ne Sacræ Unctionis præſidium ipſi deficiat, poſt Confeſſionem, & receptnm Viaricum, ſi per infirmitatem licet. Summopere autem animadvertant, ne ab hac cura ſe expedire volentes, plus æquo accelerent inungere infirmum, quamvis non urgeat mortis periculum.

3. Adultis igitur ex morbo tantum in extremo conſtitutis Extrema Unctio eſt admniniſtranda; Pueris quoque uſum rationis, & diſcretionis habentibus, ac doli, & culpæ capacibus, quamvis ad alia Sacramenta recipienda nondum admiſſi fuerint, hoc Sacramentum conferatur. Amentibus, item, ſi aliquando ſui compotes fuerint in vita, ſecluſo tamen Irreverentiæ periculo: deſtitutis etiam ſenſibus in morbo, dumodo vivant, licet non petierint, conferatur; Chriſtiana enim vita ſatis teſtatur voluntatem Ægroti miſericordiam implorantis in exitu vitæ. Excommunicatis autem notoriis, atque aliis, qui impœnitentes publice decedunt, denegetur.

4. In una eademque ægrotatione (2) cum æger in eodem vitæ periculo poſitus eſt, ſemel tantum eſt ungendus; quod ſi poſt ſuſceptam hanc unctionem convaluerit, quoties poſtea in id vitæ diſcrimen inciderit, toties ejuſdem Sacramenti ſubſidium ei poterit adhiberi.

5. Sacrum Oleum Infirmorum (3) in decenti Vaſculo Argenteo, vel Stamneo cum inſculpto nomine *Oleum Infirmorum*, & de-

(1) *Cathech. Rom. par.2. cap.6. n.9. Synod. Oldo part.2. cap.9.*

(2) *Catech. Rom. loc. cit.*

(3) *Cap.* Statuimus, *et Cap.* Relinq. *de cust. Euchar. Chris. et oleor. Sac. Concil. Mediol. 4. tit.* Quæ pertinent ad extr. unct. *Rit. Rom. de Sacr. extr. unct.*

desuper erecta Cruce servandum est, pieque custodiendum, in Armario propè Altare majus ex parte Evangelii bene clauso, (1) & Clave obserato, intus panno serico coloris violacei decenter ornato, & foris inscripto in fronte his verbis *Oleum Sanctum*. In eodem Armario serventur etiam, & pie custodiantur tres Ampullæ similiter Argenteæ vel Stamneæ cum insculptis nominibus Chrismatis, & Sacrorum Oleorum, & in summitate cujuscumque defixa Cruce; quod si forte infra annum aliquo modo ita deficiat, ut sufficere non posse videatur, Parochus iterum provideri petat; quod si aliud benedictum (2) haberi non possit, modico oleo non benedicto in minori quantitate superinfuso reparari curet.

6. Sacerdos, quicumque sive Sæcularis, sive Regularis hoc Sacramentum (3) administrare non audeat absque licentia Parochi, qui dumtaxat est ordinarius Minister; si vero hic sit in mora, mortisque periculum instet (4) tunc liceat cuilibet Sacerdoti Sacramentum ministrare. Parochus igitur Sacramentum hoc administraturus talari veste, superpelliceo, & Stola violacei coloris indutus, ac Sacerdotali bireto tectus, Vasculum Sacri Olei intra bursam sericam cum suis cordulis ejusdem coloris, collo appensum reverenter. & caute deferat, uno saltem comitante Clerico superpelliceo pariter induto, qui Crucem sine hasta, Aquam benedictam cum aspersorio, & Rituale gestet, in sacculum lineum cum gossipio, seu re simili pro abstersione digitorum Sacerdotis; & partium corporis ungendarum. In administratione servet diligenter quæ præscribuntur in eodem Rituali Romano, & antequam Infirmum Sacra Unctione liniat, Sacramenti hujus præstantiam, ac utilitatem illi breviter explicet, eumque ad illud devote suscipiendum, & ad peccata toto vitæ suæ decursu commissa, detestanda hortetur, adstantesque excitet ad orandum pro infirmo, juxta formulam quam damus in Appendice num. XXII. Gossipium, seu alia res similis, qua abstersæ sunt inunctæ partes Corporis Infirmi, & digiti Sacerdotis, in sacculo deferantur ad Ecclesiam comburendæ, earumque cineres in Sacrarium mittendæ: numquam tamen in Domo ægrotantium comburantur. Extra Ecclesiam Oleum Sanctum numquam detineatur, nec in cubiculo Parochi, & multo minus in domo ægrotantium relinquatur.

7. Demum caveant Parochi, ne suos Ægrotos præsertim labo-

(1) *Concil. Raven. 2. sub Clemen. 5. cap. 7. Concil. Mediol. relat.*
(2) *Ritual. Rom. loc. cit.*
(3) *Clement. I.* de Privileg.
(4) *Concil. Mediol. 5. part. 1.*

borantes in extremis post administrata Sacramenta statim deserant, sed curent (1) vel per se, vel per alium Sacerdotem idoneum, & pium eis continuo assistere, libentissime pro viribus opitulando in agone Mortis conflictantibus, & periculo damnationis expositis: Unde non desinant sæpe sæpius excitare in illis actus Fidei, Spei, & Charitatis, resignationis in Deum, aliarumque Christianarum Virtutum, vel per modum protestationis, vel Orationis jaculatoriæ. Benedictionem Apostolicam in Articulo mortis, sibi a nobis subdelegatam illis impertiantur, juxta formam a Benedicto XIV. (2) præscriptam; quam etiam Nos si præsentes in loco aderimus, à Parochis, vel domesticis advocati, libenter parati erimus impertiri. Positis autem infirmis in agonia, mandamus, ut in Parochiali detur signum aliquibus ictibus Campanæ, ad significandum Fidelibus instantem mortem expirantis Ægroti, ut pro eo Deum rogare possint: Ipse vero Parochus ordinem Commendationis Animæ in Rituali præscriptum sedulo observet, & egressa anima de Corpore, Preces recitet pro ejus æterna requie.

CAPUT VII.

De Sacramento Ordinis.

I. Nulla major dignitas, nulla Sors felicior in terris, quam in Sortem Domini vocari: Nullus autem sibi sumere honorem debet; sed qui (3) vocatur a Deo tamquam Aaron. Illi vero a Deo vocari noscuntur, qui nec cupiditate, nec ambitione, sed purissima voluntate serviendi Deo (4) in Sanctitate, & justitia coram ipso ad Altaris ministerium perducuntur. Quamobrem Nos Apostolicis verbis moniti: *Manus citò nemini imposueris*;(5) ut circumspecte, quantum humana fragilitas nosse sinit, in ordinatissimis hujus Sacramenti ordinis gradibus procedamus, infrascripta omnia servari volumus, & stricte mandamus.

2 Primo igitur, cum Sacramento Ordinis initiari cupientes ad gratiam Spiritus Sancti recipiendam præparari debeant; mandamus, ut spiritualibus prius incumbant exercitiis, octo saltem diebus in aliqua pia, vel religiosa domo à Nobis assignanda, pro-

(1) *Conc. Mediol.4. supra relat. Rit. Rom. de Visit. et cura infirm.*

(2) *Bened. XIV. Constit. Pia Mater 5. Aprilis 1747.*

(3) *Ad Hebr. 5. 4.*

(4) *Luc. 1. 75.*

(5) *1. ad Timot. 5. 22.*

promovendi ad primam Tonfuram, & minores ordines; ad Sacros autem decem diebus continuis in Seminario noftro Diœcefano, vel aliquo ftrictioris obfervantiæ alicujus Ordinis, vel Congregationis receffu à Nobis pariter deftinando (1). Nullus autem ordinandorum per interpofitam Perfonam, aut per litteras commendatitias ad fui promotionem præfidium quærat (2).

3. Qui ad primam Tonfuram, vel ad Ordines promoveri cupiunt, coram Nobis fe fiftant cum fupplici libello, admiffionem exponentes per duos menfes ante ordinationem; ut quid de ipfis Nobis videatur, audiant, poftquam fecretis etiam informationibus eos dignos effe cognoverimus. Hinc die a Nobis statuenda ante ordinationem, requifita exhibeant in Noftra Cancelleria, quæ pro Tonfura, vel unoquoque Ordine recipiendo funt neceffaria juxta Elenchum, quem damus in Appendice num. XXIII. Porro atteftationes exhibendæ fint omnino juratæ, ut Deus in teftem interponatur veritatis in re graviffima, neque fint datæ ante menfem a die Ordinationis, excepta Fide Baptifmatis, Confirmationis, & Ordinis fufcepti. Publicationum vero, neque poft menfem a die datæ, neque ante tertium diem post ultimam publicationem, exhibeantur. Teftimoniales autem, vel dimifforiales nemini fuffragabuntur, fi duobus, vel tribus menfibus, infpecta loci diftantia, feu alia id generis rationabili caufa, ante facræ ordinationis tempus, datæ, vel confirmatæ fint, fi quod requifitum deeffe videbimus, in ea ordinatione, is, cui deerit, non promovebitur. Die autem a Nobis affignanda ad examen accedat, quod a Nobis cum Examinatoribus noftro arbitrio eligendis, explebitur, & quifque examinabitur circa ea doctrinæ capita, quæ pro unoquoque Ordine in Appendice adnotantur num. XXIV. ad examinandorum præparationem, & Examinatorum regulam. Qui reprobatus fuerit in examine, ad novum examen non admittetur, nifi poft fex menfes.

4. Nemo audeat clericalem habitum induere fine noftra licentia in fcriptis, & qui Ecclefiafticæ militiæ nomen dare cupit, non admittetur, nifi vel in noftro permaneat Seminario (3) ut ibi religiofe educatur, & ecclefiafticis difciplinis inftituatur; vel faltem clericalem habitum (4) aliquo tempore noftra facultate gratis concedenda, geftans, & in Cathedralibus in civitatibus, vel

(1) *Sac. Congr. Epis.* 8. *Octobr.* 1682. *Sac. Cong. Concil.* 1. *Febr.* 1710.

(2) *Syn. Oldo part.* 2. *cap.* 11.

(3) *Synod. Oldo loc. citat.*

(4) *Synod. Lanucci tit.* 2. *cap.* 7. §. 12.

vel in majoribus Ecclesiis, in Oppidis, divinis jugiter festivis officiis interveniens, antea probetur, quo spiritu rapiatur: etenim ad primam Tonsuram eos dumtaxat admittemus, quos probabili constet conjectura, hoc vitæ genus (1) elegisse, ut Deo fidelem cultum præstent, eos vero qui sæcularis judicii declinandi fraude, vel lucri cupiditate, aut aliis temporalibus commodis inhiantes, nullo cœlestis gratiæ instinctu, superuaque vocatione adducti, ut rapiant, & disperdant, non per ostium intrare, sed aliunde in Ecclesiam irrumpere moliuntur, constanter repellemus.

5. Qui clericali Tonsura initiati fuerint, vel ad alios ordines promoti, eodem tempore censeantur adscripti Ecclesiis Cathedralibus in Civitatibus, vel Collegiatis, seu Parochialibus in Diœcesi, nisi alteri, pro cujus servitio ordinantur, specialiter a Nobis adscribantur. Ita vero adscripti (2), & si Beneficia, vel Officia ecclesiastica non obtineant, Ecclesiæ serviant singulis festis diebus, propria ibi munia obituri, vestibus talaribus induti, cum tonsura, biretis, & superpelliceis propriis, non laceris, non sordidis; alias ad altiores gradus non promovebuntur, & promoti pro inobedientiæ gravitate mulctabuntur. Nemini tamen liceat sacra vasa tangere, nec deferre, extra necessitatis casum. Clerici etiam conjugati non bigami (3) præsertim solemnioribus Festis Ecclesiæ servitium præstent, sub pœnis a Jure statutis.

6. Tonsurati, si in lege Domini ambulaverint, & euntes de virtute in virtutem exemplares fuerint, & in scientiis profecerint, per temporum interstitia (4), nisi aliud expedire Nobis magis videatur, ad minores Ordines admittentur. Promoti vero (5) diligenter, devote, & attente in suo Ordine ministrent, ut minorum Ordinum functiones per eos exerceantur, qui in illis sunt constituti, & adscripti. Qui vero Exorcistatus Ordinem susceperint sive Sæculares, sive Regulares, etiamsi deinde ad Presbyteratus Ordinem promoti fuerint, sine Nostra speciali facultate, energumenos non audeant exorcizare, sub gravissimis pœnis.

7. Qui proprius ad sanctissima Mysteria accedere cupiunt, ad Subdiaconatum, Diaconatum, & Presbyteratum ordinandi, ea pietate, & scientia pollere debent, ut Fideles sacram Do-

 ctri-

(1) *Concil.Trid.Sess.23. cap 4.de Ref.*
(2) *Conc.Trid. Sess.23. cap.6. et 13, de Ref. Conc.Rom. tit.6. cap.2.*
(3) *Conc.Trid.Sess.23.cap.6.et cap.8.*
(4) *Conc. Trid. loc. cit. cap.11.*
(5) *Concil. Trid. loc.cit. cap.17.*

ctrinam edocere, & in via salutis verbis, & exemplis anteire valeant. Quapropter (1) omnes ad Sacros Ordines promovendos, saltem per sex menses continuos, (dummodo longius tempus arbitrio Nostro non requiratur) ante Ordinationem in Seminario Nostro Diæcesano omnino commorari debere sancimus, ut promovendorum Spiritum, indolem, mores, & disciplinam Ecclesiasticam probemus; Nisi a Nobis dispensationem obtinuerint ex rationabili, & legitima causa concedendam; alias nunc pro tunc ab Ordinibus suscipiendis se rejectos esse sciant.

8. Cum non deceat (2) eos, qui divino ministerio adscripti sunt, cum Ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere, nemo ad Sacros Ordines accedat, nisi titulum habeat Beneficii ecclesiastici, quod sibi ad victum honeste sufficiat, & pacifice possideat, aut Patrimonium, seu Patrimonii supplementum, si tenues sint Beneficii redditus, & ad congruam substentationem non sufficiant; vel Pensionem, sive quodcumque aliud præstimonium perpetuum obtineat, concurrente tamen necessitate, vel commoditate Ecclesiæ. Patrimonium in re stabili, & natura sua fructifera constituatur, quæ sit libera, hypothecis non affecta, nec ullo ære alieno gravata, annui redditus saltem scutatorum triginta sex monetæ Romanæ, quam summam pro Taxa, etiam pro Beneficii titulo statuimus, & ordinamus. Ut autem quoad fieri potest, omnem fraudibus aditum præcludamus, hac perpetua Synodali Constitutione præcipimus, & mandamus, ut Patrimonii constitutio omnino conficiatur ad formam Instructionis a Nobis editæ, quam damus in Appendice Num. XXV., & affixam perpetuo detineri mandamus in Nostra Episcopali Cancellaria. Si quis autem falsum, fictum, aut fiduciarium Patrimonium supposuerit, sciat, se ipso jure in suspensionem incidere (3), a cujus vinculo relaxari, non poterit, nisi vero, reali, & legitimo Patrimonio constituto. Omnes autem, qui vel in constituendo, vel in æstimando ejusdem pretio, & annuis redditibus, fraudolenter se gesserint, supplere ex ære proprio teneantur, ultra gravissimas pœnas, quibus mulctabuntur.

9. Cum in promovendis ad Ordines Sacros, nihil ex secretis informationibus habitis, penes Nos fuerit, quod obstet, eo-

(1) *Concil. Rom. tit. 30. cap. 2.*
(2) *Conc. Trid. loc. cit. cap. 2.*
(3) *Can. Sanctorum dist. 70. Cap. Cum secund. de Prabend.*

eorum Parochis facultatem faciemus (1) denunciandi de more diebus festivis inter Missarum solemnia eorum nomen, & desiderium, nec non & Titulum legitimum ordinationis; quapropter omnes, & singulos monemus, eisque districte praecipimus, ut si in Ordinandis aliquod noverint impedimentum omnino revelent, & Parochi de hujusmodi peractis denunciationibus, & de revelationibus habitis fidem faciant. Sed praeter hanc publicam denunciationem eisdem Parochis praecipimus, ut secreto Nos moneant, quid ex praehabitis notitiis ipsi sentiant de vita, de moribus, de scientia Ordinandorum, quidque de Titulo.

10. Subdiaconi non ordinabuntur (2) nisi post annum a susceptione Acolytatus, dummodo Ecclesiae necessitas, aut utilitas Judicio nostro, aliud non exposcat. Per annum saltem (3) in eo ordine versentur, Ecclesiae inservientes, & Altari ministrantes. Diaconi (4) item ad minus annum integrum in eorum Ordine ministrent, ut ad Presbyteratus ordinem assumantur, nisi ob Ecclesiae utilitatem, aut necessitatem aliud nobis videatur. Non audeant tamen baptizare solemniter, nisi cum Episcopi expressa licentia, nec ullo modo sanctissimam Eucharistiam Populo, & Infirmis ministrare: Volumus enim, & mandamus vetustissimam consuetudinem a Sacro Concilio Tridentino (5) confirmatam, omnino servari; ut Laici à Sacerdotibus Communionem accipiant; Sacerdotes autem celebrantes seipsos communicent.

11. Ordinatus in Presbyterum primam Missam non celebret, nisi de nostra expressa licentia, eaque omnia servet, quae statuimus in hac nostra Synodo par. 1. cap. 5. Quoniam autem, a pluribus factum cognovimus, quod post Sacerdotalem Ordinationem, omne studium Ecclesiasticarum scientiarum derelinquunt, licet cuicumque ad Sacra Mysteria jam admoto comminetur Deus (6) *Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi*: ne aliqui necessitatem vacandi à studiis ad defectum referat librorum, sed saltem necessarios habeant ad Ecclesiasticae vitae institutum: Statuimus ut ordinati ad Presbyteratum habeant sequentes libros, quos ad nostram requisitionem, cum juramento se comparasse testentur, nempe Scripturam utriusque Testamenti, Concilium Tridentinum, Catechismum Romanum, Synodum hanc Diaecesanam, aliquem probatum auctorem Theo-

(1) *Conc. Trid. loc. cit. cap.5.*
(2) *Conc. Trid. loc. citat. cap.11.*
(3) *Conc. Trid. loc. citat. cap.13.*
(4) *Concil. Trid. loc. citat. cap.14.*
(5) *Concil. Trident. de Euch. Sess. 13. cap. 8.*
(6) *Osee 4.*

logiæ moralis probabilioris sententiæ, & aliquem librum ascericum pii, & docti scriptoris.

12. Promoti ab alieno Episcopo vigore Nostrarum dimissorialium, si quando ex rationabili causa concesserimus, Testimoniales Litteras suæ Ordinationis in Cancellaria nostra, ut ibi diligenter adnotentur, infra mensem omnino exhibeant, sub pœnis arbitrio.

13 Regulares de familia commorantes in Monasterio, vel Conventu in Nostris Diæcesibus existenti ad ordines promovendi exhibeant Litteras dimissoriales proprii Superioris Nobis directas, juxta Decretum (1) San. Mem. Clementis VIII. At si nos abesse contingerit, vel Ordinationes non habere, recepto hoc in scriptis documento, possunt Superiores ad quemcumque Catholicum Antistitem Ordinandum Regularem mittere, qui ab ipso Ordinante, quoad scientiam examinabitur. Meminerint Superiores apponere in litteris dimissorialibus Ordinandi Nomen, quo vocabatur in Sæculo. Exhibeant item Testimoniales litteras Ordinum susceptorum, præcipue ultimi suscepti, ut de lapsu Interstitiorum constet; fidem de peractis Exercitiis Spiritualibus in propria Religiosa domo (2) per decem dies continuos ante susceptionem cujuslibet Ordinis Sacri, & fidem Baptismi, ut constet de legitima ætate (3) præcipue si non fuerit expressa ætas in dimissorialibus. Si dispensatione ab Interstitiis indigeant, habeatur in Litteris dimissorialibus suorum Superiorum testimonium (4) de legitima causa dispensandi, juxta quam Nos judicium formare possimus.

14. Regulares, qui ad ordinem Subdiaconatus promoveri cupiunt, testimonium Superioris authenticum de solemni emissa Professione Regulari exhibeant, (5) ut exploratius de requisito valeat ordinationis titulo constare: juratique ipsi promovendi affirment (6) scripto manu sua subsignato, & in Cancellaria nostra asservando, se hujusmodi suam Professionem liberè, nullaque vi interveniente emisisse, eamque sic emissam nunc ratam habere.

(1) *Clem VIII. decr. 15. Mart. 1596.*

(2) *Litt. Ency. Innoc. XI. et Clem. XI. 1. Febr. 1610. per org. S. C. Concil.*

(3) *S. Cong. Conc. in Brixien. 12. Decembr. 1733. ad 2. dubium.*

(4) *S. C. Conc. 7. Septembr. 1594:*

(5) *Conc. Rom. tit. 21. cap. 1.*

(6) *S. Carol. in Conc. Provin. 2. tit. 1. decr. 23. Syn. Oldo par. 2. cap. 11.*

CA-

CAPUT VIII.

De Sacramento Matrimonij .

I. Christifideles ad Matrimonium contrahendum dispositi , sciant magnum esse Sacramentum (1) Siquidem illud unionem Christi Domini (2) cum Ecclesia Sponsa sua designat , Conjugibus gratiam confert, (3) & igne charitatis inflammat , quo se invicem in Domino , & propter Dominum diligant . Ut igitur in tanti Sacramenti celebratione , necessariæ pro indissolubili vinculo præcautiones habeantur , & sacri Ritus ad mentem sacri Concilii Tridentini religiose serventur , sequentia pro Episcopali sollicitudine , & Diæcesis disciplina statuimus , & ordinamus .

2. Cum sponsalia dispositiones sint ad futurum Matrimonium contrahendum , monemus , & hortamur in Domino Sponsos , eorumque parentes , ne sponsalia de futuro contrahant nisi dote , aliisque conditionibus prius in expeditam executionem deductis: ita enim jurgia , & lites evitabuntur , obloquentium linguæ tacebunt , & ipsi Sponsi periculum evitabunt incontinentiæ . Prohibemus igitur secreta sponsorum colloquia , nocturnas visitationes , & diurnas ipsas , si frequentes sint ; multoque magis eorum cohabitationem sub pœna pecuniaria , prout in edicto, quod evulgamus, & damus in Appendice num. XXVI , atque etiam sub pœna carceris , aliisque gravibus pro modo culpæ , tum adversus Sponsos , præcipue si christianæ modestiæ fines excesserint , tum adversus parentes , & quoscumque alios , quibus sponsarum custodia commissa fuerit , si sponsi in domo sponsæ frequentiam , semotis arbitris , connivendo permiserint , arbitrio nostro infligendis . Parochorum autem conscientiam hac in re onerantes , iisdem præcipimus ; ut hujus legis violatores serio prius moneant , & si ad emendationem non profecerint, Nobis , aut Vicariis nostris denuntient : secus in ipsos severe animadvertemus . Si vero eo temeritatis , & impudentiæ Sponsi devenerint ; ut ante Matrimonii celebrationem simul rem habeant , non modo criminis absolutionem Nobis reservamus , verum etiam reos gravibus pœnis corporalibus puniemus .

(1) *Ad Ephes.* 5. 32.

(2) *Cap.* Cum societas . *Cap.* Institutum est 27. *qu.*2. *Conc.Trid. Sess.* 24. *in doct. de Sacram. Matrim.*

(3) *Conc.Trid.Sess.* 7. *de Sacr. Can.*6. *et Sess.*24. *sup. relat. et can.*1.

3. Contractis Sponsalibus, priusquam Matrimonium celebretur, Parochus, utriusque Sponsi habendarum denuntiationum assensum excipiat, & ab eis sedulo sciscitetur, seorsim remotis arbitris, an sponte, & libere, vel minis, aut dolo ad nuptias contrahendas inducantur. Si expresse alteruter renuat, ulterius non progrediatur: Si vero aliqua suboriatur probabilis conjectura vel suspicio de minus libera voluntate, Nos consulat. Qui vero Matrimonii libertatem violant, vel deterrendo, vel cogendo directe, aut indirecte, eo ipso (1) in excommunicationem incidunt. Hortamur autem filios familias, & puellas ne inconsulti, nedum invitis Parentibus, seu propinquioribus, sub quorum sunt potestate, nuptialem fidem alicui pacifcantur; quamvis enim sine illorum consensu valeant filii libere Matrimonium contrahere; numquam tamen magis derogare videntur Parentibus debitæ obedientiæ, quam, si ipsis inconsultis, nuptias petant, vel levi animo contrahant cum eorum displicentia; honestissimum est enim, & humanæ rationi consentaneum, ut in re tam gravi, consilio, ac voluntati deferant parentum, cum ab hujusmodi incautis promissionibus sæpe lites, & jurgia, atque infausti exitus exoriantur. Parentes autem pensare non desinant, quod invita, & exosa connubia malos semper habuerint exitus; propterea vim non inferant filiis in negotio, quod maxime liberum esse convenit. Nos igitur Parochis mandamus, ut in Matrimoniis contrahendis a filiis familias, Parentum intentionem exquirant: Si contradicant, ad denunciationes, vel ad matrimoni celebrationem non procedant; sed Nobis rem deferant, ut libertati matrimonii, adolescentium utilitati, & reverentiæ parentibus debitæ consulere possimus.

4. Inquirant quoque Parochi, an Sponsi legitimæ sint ætatis, an Sacramentum receperint Confirmationis, an inter eos aliquod intercedat Canonicum impedimentum; & an necessaria Fidei mysteria callant (2). Si quos autem experiundo viderint Doctrinæ Christianæ rudimenta plane ignorare, Matrimonium differant, & interim illos instruant, donec ea cognoverint didicisse, quæ eo de genere illos plane scire oportet: vel si tanti sint hebetis ingenii, & exilis memoriæ, ut post omnem adhibitam diligentiam, illa memoria retinere, & recitare non valeant, & necessitas urgeat, Nos consulant.

5. Por-

(1) *Concil. Trid. Sess. 24. cap. 9. de Ref. Matrimonii.*

(2) *Bened. XIV. de Synod. Diœces. lib. 8. cap. 14.*

5. Porro in Nostris Diœcesibus immemorabilis consuetudo inolevit, jungendi absque ulla liberi Status probatione Matrimonio indigenas, aut cives, qui post nubilem ætatem, alio non commigrarant. Cum autem hæc praxis ubique locorum non servetur; imo per Sacræ Romanæ, & Universalis Inquisitionis Congregationem non semel improbata fuerit: Nos eamdem Supremam Sacram Congregationem supplici libello monendam, & consulendam duximus, postulantes, ut quid hac in re decernamus Nobis imperare dignaretur: Cumque responsum acceperimus Literis ad Nos datis Romæ die 29. labentis Mensis Maii, cum inclusis Decretis alias ab eadem Suprema Congregatione prolatis, quorum exemplar damus in Appendice Numer. XXVII. §. 1. & in quibus statuitur, probationem Status liberi indiscriminatim pro omnibus, etiam indigenis, seu civibus Matrimonio cuicumque præmittendam esse: ideo Parochis injungimus, & mandamus, ut numquam Matrimonium contrahendum denuntient, aut eidem assistant; nisi Sponsi, sive sibi noti sint, sive ignoti; sive Cives, & indigenæ, sive exteri, prius in nostra Generali Ecclesiastica Curia certo, ac rite se ab omni canonico impedimento liberos esse probaverint, & expressa in scriptis facultas proclamandi a prædicta Nostra Curia data, iisdem Parochis tradita fuerit. Si secus egerint gravibus pœnis arbitrio nostro infligendis punientur. Tertium examen super libero cujuslibet statu recipi mandamus juxta instructionem a prælaudata suprema Congregatione præscriptam, quam damus pariter in Appendice eodem Num. XVVII. §. 3. Ne pauperes autem expensis graventur (1), eorum liberum statum etiam Vicariis specialibus, & foraneis conficiendum committemus, in acta tamen matrimonialia nostræ Curiæ Generalis mittendum, & ea semper instructione servata; præcipientes, ut tam ipsi, quam eorum Cancellarii, sub pœna remotionis ab officio, aliisque arbitrariis, nihil omnino exigant a pauperibus, etiam pro scriptura. Quoad non pauperum Matrimonia, permittimus solis Cancellariis exigere decimam dumtaxat unius aurei partem pro quolibet teste; quos testes, si poterunt de utriusque Sponsi statu testimonium ferre, nolumus multiplicandos, ad evitandas expensas. Sin autem testis interrogatus dicat, se nihil scire quoad alterum, tunc solum assumantur alii testes pro altero sponso, servata semper taxa supradicta julii unius in quemlibet testem; alias Cancellarius pœnam præ-

(1) *Encycl. S.Officii 3 1.Octob.1691. in Appendice, num.27. §.5.*

præfatam remotionis ab officio, aliasque arbitrio nostro infligendas non declinabit. Ubi agatur de Conjugiis cum viduis contrahendis, licentia proclamandi non detur; nisi prius juxta præfatam instructionem per legitimas, & perspicuas probationes de obitu certo constiterit prioris conjugis; adeo ut, nulla quantumvis longa absentia, neque alia probabilis conjectura ad hunc effectum suffragetur. Si autem sponsorum alteruter(1)per sex continuos menses a nostra abfuerit Diæcæsi nedum illi Matrimonium contrahere non licet, sed nec proclamationes fiant,nisi prius legitimè probaverit testimonio Episcopalis Cancellariæ loci illius, quem incoluit, liberi status conditionem. Quo vero ad exterorum Matrimonia, servari exactè jubemus Decreta, & epistolas præfatæ supremæ Congregationis, quæ in Appendice dantur eodem num.XXVII. § 3. & 4.

6. Obtenta a Generali nostra Cancellaria licentia, ad denuntiationes procedatur, quæ ter a proprio contrahentium Parocho tribus continuis, interpolatis tamen diebus festis inter Missarum solemnia (8) habeantur; & si contrahentes incolant diversas nostræ Diæcesis Parochias, in utraque trinæ fiant denuntiationes, ac neuter Parochus Matrimonio assistere audeat, nisi habita alterius Parochi attestatione de tribus proclamationibus in sua Parochia factis, & nullo inde legitimo impedimento detecto. Quod si alteruter contrahens alienæ sit Diæcesis, quamvis Parochi sui similem adducat attestationem, non admittatur, nisi Ordinarii proprii legalitate munita, & a Nobis, seu Vicario nostro Generali recognita, & approbata. Si autem Parocho Matrimonium promulganti aliquod deferatur impedimentum, (9) quamvis vel falsum, vel malitiosum, vel nullius momenti illi videatur, statim quiescat a denuntiationibus, & rem totam Nobis, aut Vicario nostro Generali significet; ut id consilii capiamus, quod in Domino expedire judicabimus. Quod si aliquod obstet impedimentum, & sponsi per Apostolicas dispensationes Matrimonium inire voluerint, Parochus caveat denuntiationes prosequi, nisi dispensatione obtenta, & in nostra Curia Generali exhibita, atque, juris ordine servato, necessaria habita licentia. Eadem vero die, qua ultima facta est denuntiatio, Matrimonium non celebretur; ne adimatur tempus denuntiandi si quod sit impedimentum; sed in proximam saltem diem protrahatur. Numquam autem denuntia-

(1) *Syn. Tuscul. 1762. p.3. c.16. ar.3.*

(8 *Concil. Trident. Sess. 23. cap. 1. de Reform. Matrim.*

(9) *Concil. Mediol. 7. apud Gavant.* Matrimonii denuntiat.

tiationes emittantur, vel minuantur absque nostra dispensatione in scriptis obtenta; alias præter reatum peccati mortalis, quod Parochus incurret, severe arbitrio nostro punietur. Et si tribus rite factis denuntiationibus, nulloque detecto impedimento, infra duos menses nuptiæ non celebrentur, denuntiationes repetantur, nisi aliter nobis videatur.

7. Cum denuntiationes matrimoniales in furtivarum nuptiarum remedium sint institutæ; ut si quod sit inter contrahentes impedimentum canonicum a scientibus reveletur; ideo Parochus in Catechismo aliquoties in anno doceat Populum, eique explicet impedimenta tum prohibentia, tum irritantia Matrimonium; & præcipue moneat illos, qui impedimentum certum, vel dubium, sive etiam quod probari non possit, revelare prætermittunt, reos fieri gravissimi peccati, & complices malorum omnium ex damnato illo connubio exorientium; & gravissimi item peccati reos fieri, atque ad restitutionem damnorum obligari eos, qui malitiose ad matrimonium impediendum, vel protrahendum, Nobis, vel parocho falsum deferunt testimonium.

8. Omne studium, & zelum adhibeant Parochi, ut Sponsi se disponant ad Divinam gratiam in hoc Sacramento consequendam: ut confiteantur peccata sua, & sacram Eucharistiam percipiant ipsa die celebrationis matrimonii. Celebretur autem Matrimonium mane, non vespere, in ecclesia Parochiali coram proprio Parocho (1), vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, seu nostra licentia, & duobus, vel tribus testibus præsentibus, & audientibus, atque servatis consuetis ritibus in Rituali præscriptis (2); eodemqne tempore Missa celebretur pro sponso & sponsa, prout constituitur in Missali Romano. Benedictio Sacerdotalis infra Missam, a Sanctis Patribus maxime commendata, atque a sacris Canonibus, & Conciliis decreta non omittatur; per ipsam enim Dei auxilia implorantur ad fidem thori servandam, ad onera conjugii patienter, & cum merito sustinenda, ad prolem religiose educandam, ad reverentiam circa Sacramentum in sponsis inducendam, & ad inordinatæ concupiscentiæ stimulos ab eisdem effugandos. Si quis eam benedictionem neglexerit, a Parocho nobis denuntietur, ut contra ipsum pro modo culpæ procedamus; et si Parochus negligenter benedicere omiserit, aut malitiose distulerit, graviter punietur, Ab hujusmodi autem benedictione abstinendum est si Sponsa fuerit

Q Vi-

(1) *Concil. Trid. Sess. 24. cap. 1. de Refor. Matrim.*

(2) *Ritual. Rom. de Sacr. Matrim.*

vidua, & temporibus, quibus nuptiæ sunt interdictæ. Tandem Parochus brevi sermone Sponsos admoneat de triplici bono conjugii, a Sanctis Patribus commemorato, nempe de Fide, Prole, & Sacramento (1) ut sic in sancto mutuæ charitatis fœdere usque ad obitum perseverantes sibi invicem sint adjutorium, non vero scandalum, & fastidium in cohabitatione, molestias, si quæ occurrant, fortiter, & pacifice sustinendo.

9. Matrimonium per Procuratorem legitime celebrari potest, sed Parochus tunc non assistat, antequam Mandatum Procuræ in nostra Curia sit recognitum, & admissum cum necessariis requisitis.

10. Tempora quibus a Sacro Concilio Tridentino Nuptiarum solemnitates interdicuntur, observari omnino jubemus (2) videlicet ab Adventu Domini usque ad Epiphaniam, & Feria 4. Cinerum, usque ad Dominicam in Albis inclusive, sub gravioribus pœnis. Matrimonium vero, quod veluti Sacramentum, omni tempore est permissum, sine solemnitatibus prædictis temporibus celebrari prorsus prohibemus, nisi nostra, vel Vicarii Generalis licentia, cum debitis expedienda cautelis, intercesserit.

11. Qui Matrimonium celebrare præsumpserit sine debitis legitimis denunciationibus, ceterisque solemnitatibus á sacro Concilio Tridentino ordinatis, accersito Parocho clandestine, vel dolose, seu fraudulenter, vel simulate, aut violenter adducti, tam Viri, quam Mulieres, nec non testes scienter præsentes, omnesque alii auxilium, vel consilium quovis modo præstantes, pœnam luent scutatorum quinquaginta, & carceris arbitrio nostro. Præterea Parochus, qui hujusmodi Matrimonio malitiose, vel supina negligentia adstiterit, multam solvet arbitrio nostro.

12. Post celebratum matrimonium illico quidem, si fieri potest, sin minus eadem die Parochi, quamvis alii Sacerdoti licentiam concesserint suo nomine celebrandi, in libro ad hoc destinato, & bene compacto describant matrimonium juxta formulam Ritualis Romani, specialiter caventes, ne diem, vel annum notis aritmethicis, sed verbis expressis extendant, sub pœnis arbitrio nostro luendis.

13. Matrimonia secreta, quæ conscientiæ appellantur, non cele-

(1) *Canon.* Omnes 27. *quæst.* 2. *S. August.* de Virg. *cap.* 5. *et* 7. *libr.* de Bon. Conjug.

(2) *Conc. Trid. Sess.* 24. *cap.* 10. *de Refor. Matrim. Can.* Non oportet *cum sequentibus* 33. *quæst.* 4.

celebrantur sine nostra expressa licentia, quam, concurrente tantum gravissima, & urgentissima causa, & docto de Sponsorum libero statu, concedemus (1), & non aliter. Qui vero cum nostra opportuna facultate assistentiam præstabit volumus, ut contrahentes moneat, quod sobolem procreandam veluti legitimam agnoscant, baptizari curent, in Christiana Fide diligenter instruant, & bonis temporalibus, provida legum authoritate ipsis filiis debitis, eos non fraudari patiantur. Subinde de matrimonio celebrato statim in libro secreto, & sigillato fidem scribant, cujus documentum in nostra Curia Episcopali exhibeat in libro secreto, & sigillato, non aperiendo absque nostra licentia, quando necessitas exposcat, ut fides extrahatur, petentibus illis, ad quos vere pertineat, Nobis tandem denuntiet Parochus ex iis matrimoniis ortam prolem in eodem libro secreto describendam. Instruantur etiam conjuges, ne de secreti violatione conquerantur, quod, nisi de nata prole, ejusque Baptismo intra triginta dies notitiam detulerint, matrimonium evulgabitur.

14. Nullus audeat libertatem, & sanctitatem nuptialem in viduis, vel in senibus infestare, & irridere strepitu, fragore, seu immoderatis clamoribus, quibus ipsæ viduæ, vel senes in derisum veniant (2) sub pœnis gravibus, etiam carceris pro modo culpæ.

15. Mandamus conjugibus, ne a cohabitatione divertant, quamvis justæ sibi ipsis videantur causæ divortii. Hoc enim, nisi legitima causa juxta sacros Canones, & Ecclesiæ Judicio probatum, tolerari non debet (3). Parochi igitur, & Vicarii curent in pace componere conjuges, qui se ab invicem separaverint; & si hortationes non proficiant, Nos quamprimum reddant certiores, ut opportunis remediis vel inter se conjuges uniantur, vel servatis servandis causa divortii probetur.

19. Si in nostra curia disceptari contingat de validitate, vel nullitate matrimonii, semper assistat matrimonii defensor a Nobis & Officiali nostro deputandus, qui partes omnes officii sui diligenter adimpleat, (4) omniaque alia sedulo serventur, quæ mandavit in sua Constitutione de hujusmodi causis Benedictus XIV: Q 2 CA-

(1) *Bened. XIV. Constit.* Satis vobis, 17. *Novembris* 1741.

(2) *Sacr. Congr. Epis. apud Nicolion. in Flosc. Conc. Provinc. Mediol. instruct. de Matrim.*

(3) *Cap.* Maritis, *& cap.* Quæsivit *de Adulter.*, *& Cap.* Litteras *de restit. Spoliat.*

(4) *Bened. XIV. Constit.* Dei miseratione 3. *Novembr.* 1741.

CAPUT IX.

De Indulgentiis.

1. Indulgentiarum usum Christiano Populo maxime salutarem, quem Ecclesia retinuit, ac retinet, retinendum semper esse Tridentina Synodus (1) docet, eosque anathemate damnat, qui aut inutiles esse asserunt Indulgentias, vel eas concedendi in Ecclesia potestatem esse negant. Doceant igitur Parochi, & Concionatores frequenter Indulgentiarum vim, & efficaciam in immensis Passionis Christi, Beatissimæ Virginis, aliorumque Sanctorum meritis stare, quæ merito thesaurus Ecclesiæ appellatur, & insuper ea, quæ ad dignam earum consecutionem, & ad singula opera pie, & fideliter adimplenda necessaria sunt, ut populus tanta cordis contritione, quanta animi alacritate, & aviditate ad eas consequendas efficaciter disponatur.

2. Novas Indulgentias nemo Clericus Sæcularis, vel Regularis, aut laicus cujusvis gradus, & conditionis audeat promulgare, aut valvis Ecclesiarum affigere, nisi nostra, vel Vicarii nostri Generalis licentia in scriptis obtenta (2). Si quis autem Indulgentias falsas publicaverit punietur a S. Officio, ut ex mente Urbani VIII. (3). Sed & litteræ Indulgentiarum eo loco non apponantur, quo eleemosynæ colliguntur; quas omnino sponte offerre conveniens est, importune autem exigi die Indulgentiarum accerrime prohibemus. Si quis vero quocumque prætextu Indulgentias ob quæstum publicaverit, seu prædicaverit, ut ad eas acquirendas solvenda sit aliqua eleemosyna alicui personæ, vel loco, sciat, se pœnas, & censuras Summo Pontifici reservatas in Constitutione (4) S. Pii V. statim incursurum.

3. Quo vero ad Indulgentias Confraternitatibus per aggregationem concessas, serventur omnimode præscripta in Constitutione (5) fel. rec. Clementis VIII. Cum autem aliquibus ea-

(1) *Sess. 25. Decret. de Indulgentis.*

(2) *Concil. Trid. Sess. 21. Cap.9. de Reformat. Sac. Congr. Concil in Tornacen. 6. Iulii 1608. lib. 11. Decretor. p.39. Item in Civitatis Plebis 10. Novembris 1650. libr. Decretor. 16. ad 2.*

(3) *Sac. Congr. Concil. in Militen. 16. Mar. 1630. lib. 14. Decr. p.26. Vide Giraldi Exposit. jur. Pont. par. 2. Sect. 62.*

(4) *S. Pius V. Const.* Et si Dominicæ 8. *Februarii* 1567. et quam plenum 2. *Ianuarii* 1570.

(5) *Const.* Quæcumque 24. *Decembris* 1604.

earumdem Confraternitatum per aggregationes præfatas communicatæ sint pro diebus tantum Stationum Urbis, in Missali Romano descriptis, Indulgentiæ stationales; cumque hujusmodi Indulgentiarum, ob diversam earumdem interpretationem, varii editi fuerint elenchi mire inter se discrepantes & inde originem duxerint plurima inter Fideles dissidio, abusus, & scandala: ut ista penitus amoveantur, utque Christifideles scire possint, quid sibi Indulgentiarum in hujusmodi stationibus obeundis concessum sit, Sanctissimus D. N. Pius PP. VI. (1) revocatis aliis Indulgentiis, concessit Indulgentiam Plenariam in aliquibus festis solemnibus, partialem vero in reliquis ad normam earum, quæ conceduntur in Cappellis Pontificiis, prout ex Decreto, quod damus in Appendice num. XXVIII. Proinde inhibemus quibuscumque omnibus, ne Indulgentias stationales alias evulgent, nisi ad formam nuperæ concessionis; sub pœnis contra eos statutis, qui falsas publicant Indulgentias.

4. Mandamus omnibus Ecclesiarum Rectoribus, ac Parochis, ut in Festo S. Titularis propriæ Ecclesiæ Indulgentiam Plenariam a S. Sede implorare non omittant, vel ejus renovationem cum opus fuerit; eaque impetrata, a primis Vesperis diei præcedentis, usque ad horam vigesimam quartam Festivitatis, ante ejusdem Ecclesiæ fores pendere tabellam curent cum hac inscriptione = *Indulgentia Plenaria* = ut tali pacto de Indulgentia Fideles admoneantur: illud tamen sciant, quod si Officium Festi, cujus gratia concessa est Indulgentia, transferatur, (2) non proinde transfertur Indulgentia, nisi in Pontificio diplomate expressè concedatur: dempto Annuntiationis Beatissimæ Virginis Mariæ Festo, cujus indulgentia, ubi concessa est, cum ejus Officio, & feriatione transfertur (3), cum incidit in feria Sexta Parasceves, vel in Sabbato Sancto, ad fer. 2. post Dominicam in Albis.

5. At quoniam Apostolicæ Sedis laudabilis mos est, tam plenarias, quam particulares Indulgentias elargiendi cum alicujus pii operis conditione: Monemus Diæcesanos Nostros, ne quid præscriptorum operum omittant, sed cuncta fideliter, & devote persolvant. Attamen dum confessis, & Sacra Communione refectis, & Ecclesiam certa die visitantibus Indulgentia conceditur,

(1) *SS. D. N. Pius VI. Decret. Sac. Congregat. Indulgent 9. Julii 1777.*

(2) *Sac. Rit. Congr. 30. Sept. 1679. et 10. Junii 1690.*

(3) *Sacr. Congr. Indulgent. 2. Julii 1641.*

tur, liberum quidem eſt Confeſſionem (1) in vigilia præmittere, atque incipientem a primis Veſperis Indulgentiam, niſi aliud deſit, lucrari: Fideles autem illi qui frequenti peccatorum Confeſſione, animam student expiare, & ſemel ſaltem in hebdomada ad Penitentiæ Sacramentum accedere, niſi legitimè impediantur, conſueverunt, & nullius læthalis culpæ a ſe poſt peractam ultimam Confeſſionem commiſſæ ſibi conſcii ſint, ex conceſſione glor. mem. Clementis XIII.. (2) omnes, & quaſcumque Indulgentias conſequi poſſunt, etiam ſine actuali Confeſſione, quæ cæteroquin juxta conceſſionis Indulgentiarum Decreta ad eas lucrandas neceſſaria eſſet: exceptis tamen Indulgentiis Jubilei tam Ordinarii, quam extraordinarii, aliiſque inſtar Iubilæi conceſſis, pro quibus aſſequendis Sacramentalis Confeſſio tempore in earum conceſſione præſcripto peragi debet. Monemus autem Confeſſarios quoſque, ne Jubilæi, atque Indulgentiæ cujuſvis obtentu leviſſimas pro graviſſimis criminibus ſatisfactiones peccatoribus injungant, neque ſalutares alias, ad veram pœnitentiam illos adducendos, vel in ea conſervandos omittant: ſed congruas ſemper criminibus curationes, & caſtigationes adhibeant: Indulgentias enim pia Mater Eccleſia vere pœnitentibus, ut in ipſis exprimitur Brevibus concedit, & elargitur.

6. Quoniam in Brevibus Indulgentiarum apponi ſolet clauſula illa; *ut ſi alias Chriſtifidelibus dictam Eccleſiam qualibet anni die viſitantibus aliqua alia Indulgentia perpetua, vel ad tempus nondum elapſum duratura, conceſſa fuerit, præſentes Litteræ nullæ ſint*; ſciant omnes per Sacram Congregationem Indulgentiarum decretum fuiſſe (3) prædictam clauſulam non comprehendere Altaria privilegiata pro Defunctis, neque Indulgentias aut certo generi perſonarum conceſſas, aut Confraternitati, Regularibus, & Capitulo, aut certum pium opus in ipſa Eccleſia peragentibus, ut litanias, aliaſve hujuſmodi preces recitantibus; ac iis, qui Chriſtiana Doctrina erudiuntur, vel alios erudiunt, & qui Sanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti expoſitioni cum oratione XL. horarum interſunt, neque Indulgentias Stationum Urbis, & ſeptem Altarium inſtar ſeptem Altarium Baſilicæ Vaticanæ conceſſas, neque demum quæ pro unica vice conceduntur.


7. Hortamur denique toto animi affectu ſubjectos Nobis populos

(1) *Sacr. Cong. Indulg. 31. Martii 1759. approbat. a Clement. XIII. 19. Martii 1759. ex consilio, & voto Sac. Congr. Indulgent.*

(2) *Clement. XIII. 9. Decemb. 1763.*

(3) *Sac. Congr. Indulgentiarum 23. Junii 1676.*

pulos, ut cæleſtes Indulgentiarum theſauros lucrari curent, & opera injuncta pie exequantur, ut bonis ſpiritualibus cumulentur, & ab acerbiſſimis, ac diuturnis Purgatorii pænis ope ſatisfactionum Jeſu Chriſti Domini Noſtri, Beatiſſimæ Virginis Mariæ ſanctorumque omnium per Indulgentias ſibi applicatarum, eximantur. Ut facilius autem Indulgentiæ innoteſcant, quas in hac Synodo ſparſim commendavimus, & quas quotidie lucrari poſſunt Chriſtifideles, earum ſeriem damus in Appendice numero XXIX. Cum vero aliquæ Indulgentiæ circumferantur, vel confictæ, & omnino falſæ, ſeu revocatæ, vel nullæ, quod datum eis tempus præteriverit, ne chriſtifideles ſpe Indulgentiæ & remiſſionis peccatorum ſuorum conſequendæ fruſtrentur, Decretum de Apochrifis Indulgentiis pariter damus in Appendice Numero XXX.



PARS

PARS TERTIA

DE PERSONIS, ET REBUS ECCLESIASTICIS, ET MORIBUS CHRISTIANIS

CAPUT I.

De Vita, & honestate Clericorum.

I.  Lericos, qui in sortem Domini vocati sunt, serio cogitare volumus qualiter ipsos decet vitam, moresque suos omnes componere, nempe, ut habitu (1) gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus, nil, nisi grave moderatum, ac religione plenum, præseferant; levia etiam delicta, quæ in ipsis maxima essent, effugiant; ut eorum actiones cunctis afferant venerationem, & ubique irreprehensibiles inveniantur: quocirca Clericis quibuscumque præcipimus, ut, quæ per sacros Canones Concilia, & Constitutiones Pontificias de vita, & honestate Clericorum sancita sunt, sedulo observent. Volumus itidem, inviolabiliter observari omnia præscripta in Edicto promulgato 29. Augusti 1777., in Appendice apponendo numero XXXI., quæ omnia præsenti Synodali constitutione confirmamus, sub pœnis ibidem statutis, & infra impositis, aliisque arbitrio nostro.

2. Quoniam Clericalis modestia non minus honesto habitu, quam honestis moribus ostenditur, & talis quis esse præsumitur, qualis ex habitu indicatur, mandamus ut Dignitates, & Canonici, ac Beneficiati vestes deferant talares (2) nigri coloris, manicatas, undique clausas, non autem a parte anteriori indecenter apertas, cum ad Ecclesiam pergunt vel Missam celebraturi, vel Choro interfuturi: quod quidem etiam præcipimus ut a Presbyteris, & Clericis reliquis fiat, quando templum adeunt, ut Sacris operentur, vel ut Choro statutis diebus intersint; vel etiam, ut aliis ecclesiasticis Functionibus, etiam funeralibus in Cho-

(1) *Conc. Trid. Ses.22. Cap. 1. de Reform.*

(2) *Cap.* Episcopi: *Cap. Sine 21. quæst.4. Cap.* Clerici *de vita, & honestate Cleric. Conc. Trid. Sess.23. cap.6., et Sess.24. cap.12.*

Choro vel extra Chorum affiftant, fub pænis, quas arbitrio noftro refervamus. Extra Miffæ celebrationem, & Chorum, atque ecclefiafticas| functiones, iifdem breves, & modeftas, nigri tamen coloris, permittimus veftes cum brevi pallio in Civitatibus, & in oppidis geftandas: alterius autem coloris omnino vetamus, fub pœna fcutatorum trium, aliifque arbitrio noftro infligendis. Verum dum iter faciunt, vel extra Civitates, & oppida, petunt Campeftria, breviores veftes alterius modefti coloris tolerabimus, dummodo collare numquam deponant. Venatoriam vero veftem per Civitates, & Oppida non circumferant, neque comam nutriant, neque fictitiam, nifi cum debita licentia, adhibeant; fed omnes Tonfuram (1), & coronam confpicuam Ordini fuo congruentem ferant (2) Non calamiftrati, neque longiores fint crines, fed ita tonfi, ut aures pateant. Nihil in iis fit, quod fæcularem pompam, & Mundi vanitatem redoleat: at neque laceræ, neque fordidæ fint veftes, ne exinde apud laicos Clericalis dignitas vilefcat. Veftes pulchras fcripfit D. Hieronymus ad Nepotianum Ep. 1., *æque devita, ac candidas: ornatus, ut fordes, pari modo fugiendi funt, quia alterum delicias, alterum gloriam redolet*. Annulos item ne deferant, nifi dignitatis fint infignia competentia.

3. Obfecramus, & hortamur in Domino omnes Ecclefiafticos, ut vivendi regulas a B. Gregorio Barbadico fuis Clericis propofitas, quas damus in Appendice Num. XXXI. §. 2. adamuffim obfervent!; & præcipuè fingulis diebus aliquod temporis fpatium orationi mentali impendant, aliquod lectioni vacent fpirituali, & femel in anno in aliqua pia Domo Spiritualibus Exercitiis incumbant: in optimis ftudiis, facrifque Litteris diligenter se exerceant: Sacros Ritus, Rubricas, & Cæremonias Ecclefiafticas calleant, & cantum Gregorianum addifcant: In Doctrina Chriftiana edocenda Feftis diebus Parochos coadjuvent; & in Cathechifmis, Inftructionibns, & prædicatione Populum docere afsuefcant. Adventus autem, & Quadragefimæ tempore concionibus intereffe non omittant (3) fub pœna arbitrio Noftro exfolvenda, fi per vias, & plateas tunc vagari videantur. Sacerdotes Mifsæ Sacrificium piè, & devotè Deo offerant; Diaconi, & Subdiaconi fingulis Dominicis & folemnioribus Feftis; Minores autem Clerici faltem quolibet menfe in Dominica tertia

R omnes

(1) Concil. Trid. loc. cit. *Cap.* Prohibet. *dist. 23. Concil. Ravennat. 2. sub Henrici I. cap. 3. S. Anicetus PP.*

(2) *Edict. Clement. XI. 1706.*

(3) *Milevitana Synodi 9. Aprilis 1707. ad 1.*

omnes ſimul in Miſſa ſolemni ad exemplum Populi Sacram percipiant Communionem.

4. Quoniam autem Eccleſiaſtici muneri ſuo non ſatisfaciunt, cuſtodiendo poſitivas regulas a Sacris Canonibus præſcriptas, niſi etiam ab iis abſtineant, quæ vitæ ſanctitatem obnubilant; ideo omnibus Eccleſiaſticis vetamus, in Officinis, & Apothecis publicis moram facere, in Cauponas, & Tabernas publicas, ubi vinum venditur, ingredi, (niſi neceſſitas cogat in itinere, & extra patriam) & in ipſis, vicinis domibus converſari ibique edere, & bibere (6), & commeſſationibus, & convivis publicis, etiam nuptialibus intereſſe, ſub pœnis in Edicto contentis; & ſi quis ex Clericis ebrietatibus indulgeat, in publicis viis, & plateis manifeſtus ebrius apparens, carceribus etiam mancipari decernimus (7); neque enim Ordinis decori proſpiciemus, quem ipſemet graviter læſerit; & ſi monitus non reſipuerit, ad ſuſpenſionem a Divinis procedemus:

5. Expreſſe item Sacerdotibus, & Clericis prohibemus ludum alearum, & taxillorum, aliorumque ſimilium (præſertim palam, & publice, quod culpam auget) quibus a fortuna potius, quam ab arte, & induſtria pendet victoria; Publicus autem cenſebitur locus, officina quælibet etiam ad uſum potionis fabulæ Arabicæ, Aromataria, Tonſtrina, & quævis alia apotheca, etiam clauſis foribus, ſi ſeptem ibi erunt adſtante. Ludentibus etiam laicis inſpectores non ſint Clerici: alios, etiam laicos, ſuo nomine ludere non faciant, nec domi ludendi commoditatem præbeant. Ludum quoque follis, pilæ, vel rotularum, in locis habitatis, vel ubi Populi concurſus intervenire ſolet: Quæ omnia, alioſque ludos in noſtro Edicto enumeratos, ſub pœnis ibi contentis, aliiſque gravioribus, præcipue ſi ſacri temporis addatur violatio, prohibemus. Qui vero ludus ex virtute Eutrapelie habetur permiſſus Clericis; in eo ſervari modum volumus in tempore, in loco, in pecunia, & in aliis debitis circumſtantiis; (3) ita ut honeſtæ recreationis fines non excedantur.

6. Choreis, aliiſque ſpectaculis profanis, non audeant intervenire, nec quocumque in loco, & quomodolibet, tam publice, quam privatim, cum mulieribus ſaltare, ſeu chorei-
za-

(1) *Cap.* Non oportet. *et Cap.* Nulli Clerico *dist.*44. *C onc. Later.*4. *c.* 15.

(2) *Conc. Trid. Seſs.* 24. *Cap.*12. *de Reformat. Cap.* A Crapula, & *Cap.* *Clerici de Vita,& honest. Cleric. Synod. Lanucci tit.*4. *Cap.*1. §.17.

(3) *D. Thom.*22. *quæst.* 168. *art.* 2.

zare, & eas manibus circumducere, vel aliquod instrumentum ibi pulsare; nec Comedias agere, ducere, vel dirigere, aut cum sonitu in ipsis cooperatores fieri, vel in privatis, vel publicis Theatris interesse: neque in Ædibus Ecclesiasticis, Canonicalibus, Parochialibus, seu aliter Beneficialibus deputatis pro Domicilio Beneficiati, & hoc etiamsi talia fierent nomine consanguineorum ibidem secum cohabitantium, fieri permittere (1): Neque larvas agere, cum larvatis incedere, tam die quam nocte; neque tandem audeant in plateis, vel circumeundo vias, cytharas, vel alia id generis instrumenta pulsare, profana cantica modulari, vel aliis canentibus, & sonantibus se comites inserere, sub pœnis contentis in præfato Nostro Edicto, carceris quoque pro modo transgressionum, & circumstantiarum, atque gravioribus, etiam suspensionis a Divinis arbitrio nostro.

7. Cum autem nihil turpius, & horribilius in Clericis, quippe qui cælestem vitam profitentur, libidinis vitio sit, ad quod evellendum omnia jura clamant: ut huic malo occurramus, districte præcipimus sub pœnis in eodem Edicto contentis, Parochis, Sacerdotibus, Diaconis, & Subdiaconis, aliisque Clericalem vitam agentibus, & statum Ecclesiasticum profitentibus, ne audeant in eadem Domo cohabitare, cum mulieribus, etiam honestis, absque nostra expressa, & in scriptis licentia, nisi cum consanguineis (2), usque ad secundum gradum inclusive, & cum affinibus usque ad primum, in quibus sanguinis fœdera non permittunt sævi criminis suspicionem. Licentiam autem non petant pro mulieribus extraneis, etiam pro famulatus, vel charitatis motivo, nisi ipsæ mulieres quadraginta excedant annorum ætatem. Si tamen aliqua suspicio inhonestæ conversationis, etiam in anteacta vita, vel si contubernium apud probos, & prudentes viros male oleat, nec cum mulieribus provectæ ætatis, nec cum mulieribus arctiori sanguinis vinculo conjunctis cohabitationem tolerabimus. Nullus item Ecclesiasticorum doceat Puellas, & mulieres legere, scribere, canere, Instrumenta pulsare, & pingere: Officium etiam Patrini in sacramentis Baptismatis, & Confirmationis eisdem interdicimus, absque nostra expressa licentia in scriptis concedenda, quatenus omne absit periculum malæ suspicionis; idipsum monialibus inhibemus, nisi veniam a nobis im-

(1) *Bened. XIV. Notific. 76.* (2) *Bened. XIV. de Synod. Diæces. lib. 11. Cap. 4. §. 4. et seq. Idem Instit. 82., et 83.*

petrata. Regulares autem meminerint, id illis a jure prohiberi; Si quos tandem clericos concubinarios reperiemus, pœnis, & censuris a jure latis, & a Concilio Tridentino (1) innovatis, perquam rigorose puniemus.

8. Quoniam nemo militans Deo (2) implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat, cui se probavit, prohibemus, sub pœnis a jure statutis, aliisque arbitrio clericis mercaturam omnem, & negotiationem lucri causa tam per se, quam per interpositam etiam fratris, alteriusque consanguinei laicam Personam (3) imo etiam ex charitatis officio ad suorum substentationem absque Sedis Apostolicæ dispensatione nobis exhibenda: Prædia aliena nec directe, nec indirecte conducant ad fructuum mercimonium: In vectigalibus, & quibuslibet negotiis, seu frumenti, seu vini, seu serici, cæterisque hujusmodi se non ingerant; neque Exactoris seu Procuratoris munus in hisce negotiis suscipiant: nundinis, & mercatibus, ac similibus, ad emptiones, & venditiones agendas ne se tradant: Contractibus inter alios ineundis non se immisceant, neque Proxenetæ fungantur officio. Animalia non emant (4) ut societatis titulo conductori, vel socio tradant ad lucrum. Cambia etiam licita, quæ sint activa, non celebrent (5). Si vero cambia, aliaque negotia, & negotiationes prohibitæ a laica Persona inchoata, & instituta, ad clericos, sive ad Ecclesias hæreditatis, vel alio titulo deferantur, statim dimitti jubemus (6). Quodsi nequeant absque præjudicio temporali dimitti, recursum haberi mandamus ad Sacram Congregationem Concilii pro implorando congruo termino, & interim per Laicos administrari.

9. Ab omni sordido quæstu, aut vili artificio abstineant, quamvis enim opificium, & artificium, nempe quo manuum labore aliquid fit, vel forma rei mutatur, clericis permitti possit ad propriæ vitæ sustentationem, vel ad otium declinandum (7): illisque non sit prohibitum, agros, & vineas Patrimoniales, & Beneficiorum suorum, opera laicorum colere, A-

ni

(1) *C. Trid. Sess.25. cap.14. de Ref.*

(2) *2. ad Timoth. 2.4.*

(3) *Cap.* Ne Clerici, vel Monachi. *Bened. XIV. de Synod. Diæces. lib. 10. Cap.4. §.3. et cap. 6. per totum Idem Const.13. Tom. 1. 25. Februarii 1741. Clem. XIII. ditt. Encycl. cum primum 17. Sept. 1759.*

(4) *Sac. Congr. Conc. 1662., apud Monacell. formular. Tom.3. tit.2. for.8. num. 13.*

(5) *Bened. XIV. in cit. Constit. 13. Tom.1. quæ incip. Apostolicæ.*

(6) *In cit. Const. Apostolicæ.*

(7) *S. Cong. Conc. In Nuliius, seu Squillacens. 14. Novemb. 1626. apud Monacell. Tom.3. tit. 2. form. 8. num. 13.*

nimalia pro cultura necessaria emere, vel pro suis herbis pascendis, eorumque foetus vendere: Servatis tamen moderationibus contentis in Decretis Sacrae Congregationis Concilii, quae damus in Appendice num. XXXII. Ipsis tamen prohibemus ligones, aliaque ruralia instrumenta manibus propriis tractare, ne Deo dicati enormiter sordescant in agrorum, & vinearum cultura; & ne quid indecorum, seu vile exercitium assumant, arbitrio nostro decernendam reservamus permissionem, Fructus autem recollectos minutatim in Tabernis, & Apothecis per se ipsos vendere prorsus interdicimus, ne vituperetur ministerium nostrum.

10 A vili item servitio Laicorum, Clerici in Sacris ordinibus constitui abstineant, rei familiaris Curatoris, Ministri, Dispensatoris, Famuli, aut Villici Personam gerentes, neque alienam curam aut tutelam (1) testamentariam, aut dativam, vel etiam legitimam, & quae est a Jure administrationem, Nobis inconsultis, non suscipiant. Nos autem licentiam non concedemus, nisi urgenti de necessitate, vel nisi de viduarum, ac miserabilium Pupillarum pia Causa agatur; & adjecta conditione, ne negotiis & muneribus, quae Clericis interdicuntur, sese immisceant. Officia non obeant Advocati, Procuratoris, & Judicis in Tribunali Laico tam in Criminali, quam in Civili Judicio, exceptis casibus Jure permissis, aliisque, in quibus Nostra facultas accedat. In profanis rebus Tabellionem non agant, neque Testimonium dicant coram Judice Laico, in Causis quidem Criminalibus sine Sedis Apostolicae licentia; in Civilibus vere sine nostra, vel Vicarii nostri Generalis in scriptis danda, & praestito prius in nostra Curia de veritate dicenda, juramento. Medici, seu Chirurgi munus non exerceant, & si hujusmodi artes exercendi licentiam a Sede Apostolica obtinuerint (2) eamdem Nobis, antequam mederi incipiant, exhiberi, & conditiones in eadem licentia appositas observari volumus.

11. Clerici foeneratores ad formam sacrorum Canonum (3) non modo à Sacris Ordinibus suscipiendis verum etiam ab officiis & beneficiis obtinendis arcebuntur: promoti verò à susceptis

(1) *Can.* Cyprianus, *Caus.21. q.3. Can. fin. dist.88. Can.* Pervenit *dist. 86. Sacr. Congreg. Episcop. in Verulana 15. Februarii 1647.*

(2) *Cap.* Sententiam. *Ne Clerici, vel Mona chi. Cap.* Adamus *de aetate, et qualitate etc. Sac. Congr. Episcop. in Eerracinen. 6. Septembr. 1697.*

(3) *Cap.1. de Usuris, Cap. Interdictos de excessib. Praelat. Can. Maritum dist.33.Can.si quis Can.de Petro dist.47.*

ptis Ordinibus suspendentur, & ab officio, ac beneficio deponentur. Ut autem per quæ quis peccat, per hæc & puniatur (1), omnes singulos fœneratores huiusmodi pecuniaria pœna piis locis applicanda mulctabimus.

12 Venationem clamorosam clericis prohibemus (2) sub pœnis a Sacris Canonibus costitutis. Venationi etiam toleratæ, licitæ, & quietæ ad quam necessarius est sclopus, nullus clericus incumbere audeat, nisi a nostra curia licentiam ferendi sclopum in scriptis obtinuerit, & sequentes exacte servet conditiones: ut non nimis frequenter, sed moderati ad relazandum animum: ut diebus festis, ac jejuniorum abstineat: ut clericalia insignia numquam dimittat: ut tandem venaticis armis munitus in locis frequentibus non versetur. Arma ferre (3) quocumque alio prætextu, vel causa ipsis interdicimus sine nostra in scriptis licentia, sub pœna scutatorum vigintiquinque, & amissionis armorum, ultra pœnas a Sacris Canonibus statutas (4). Arma vero detestabilia, & proditoria Laicis etiam interdicta, omnino, & in quolibet casu cuilibet Clero cujuscumque sit gradus, & conditionis, districtè prohibemus, sub pænis præscriptis in Constitutionibus Apostolicis. Sua tamen Clericis arma non desunt, quibus instructus semper illis licet incedere. Induant ergo se (ut scribit Apostolus (5) Armaturam Fidei, ut possint stare adversus insidias Diaboli. Stent succinti lumbos in veritate, & induti loricam justitiæ: In omnibus sumentes scutum Fidei, & galeam salutis, & gaudium Spiritus, quod est Verbum Dei.

13. Curent igitur Clerici ab iis omnibus, quæ vitæ sanctitatem eorum statui congruentem obscurare possunt, prorsus abstinere, & abiicientes (6) impietatem, & sæcularia desideria sobrie, & juste, & piè vivere: mores sui propriæ dignitati correspondeant: in Ecclesia frequentes suis ministeriis, & divino cultui devotè intenti, nihil nisi Sanctum agant, & cogitent: modestiam ubique, reverentiam, & obedientiam in Superiores benignitatem, & charitatem in omnes præseferant: Et cum omni humilitate, & patientia supportantes invicem, tamquam lucernæ super candelabrum positæ omnibus, qui in Domo Dei sunt,

(1) *Synod. Tuscul.* 1763.

(2) *Cap. Clerici tit. de Cleric. relat., et toto hoc tit.*

(3) *Conc. Mediol.* 1. *par.* 1. de Armis.

(4) *Cap.* Clerici Arma 2. *de Vita, et honestate Cleric.* ibi, *Clerici arma portantes excommunicentur.*

(5) *Ad Ephesios* 6. 11. *et* 13.

(6) *Ad Titum* 2. 12.

sunt, lumen præbeant. Sciant autem contumaces, & diſcoli, ſive in minoribus ſive in Sacris Ordinibus conſtituti, nulla ſe exemptione juvari in his, quæ ad correctionem morum, & Eccleſiaſticam diſciplinam pertinent (1), nullis Privilegiis, officiis, & litteris patentibus contra ſuffragantibus.

14. Immunitatem Eccleſiaſticam ſervari volumus, & mandamus non tantum in locis Deo ſacris, prout in cap. X. §. 18. primæ Partis hujus noſtræ Synodi ediximus; ſed etiam in perſonis, & rebus juxta præſcripta in ſacris canonibus, & Pontificiis Conſtitutionibus; ideo laicalis curiæ Miniſtros in Domino monemus, ut fines poteſtatis a Deo ſibi tributæ non excedant, clericos, aliaſque Eccleſiaſticas Perſonas ad forum laicale non trahant; neque ſacros Eccleſiæ Miniſtros in ſua jurisdictione perturbent (2), ſub pœnis contentis in jure canonica, & Conſtitutionibus Apoſtolicis. Gaudent hoc privilegio Clerici omnes etiam tantum prima tonſura inſigniti, dummodo Beneficium eccleſiaſticum habeant (3), aut clericalem habitum, & tonſuram deferentes: alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi inſerviant, vel in ſeminario ſeu aliqua ſchola, vel univerſitate de illius licentia verſentur. Tale privilegium non amittunt (4) etiamſi alteri Eccleſiæ, quam cui fuerunt adſcripti inſerviant, & ea de re mandatum Epiſcopi non habuerint: neque ſi ad tempus (5) habitum, & tonſuram dimittant, illum tamen reſumpturi: Imo, neque ſi, dimiſſo habitu, & tonſura, delinquant, & reſumentes poſtmodum, Eccleſiæ inſerviant (6); niſi tamen habitum reſumpſerint in fraudem, ut infra.

15. Sciant autem clerici conſtituti in minoribus (7), nullum poſſidentes Eccleſiaſticum beneficium, quod, niſi clericalem habitum, & tonſuram deferant, ſimulque Eccleſiæ, ut ſupra inserviant, fori privilegio (8) ipſo jure, & nulla intercedente declaratione, ſunt ſpoliat: cæteris privilegiis clericalibus firmis remanentibus, ſub diſpoſitione juris, donec fuerint expreſſe pri-

(1) *Conc.Trid. Sess.14. cap.4.Sess.22. cap.1. Sess.24. cap.7. Sess.25. cap.14. de Reform.*

(2) *Lit. Processus in Cœna Domini §. 15. et 16.*

(3) *Concil. Trid. Sess.23. de Reform. cap.6. Sac.Cong.Concil. apud Fagnan. in cap.* Inter cætera, *de Rescriptis, n.3.*

(4) *Sacr. Congr. Concil. in Valentina 29.Jun.1628.et in Roman. 30.Jun.1609.*

(5) *Argum.Cap.*Ad Nostram *de Reg.*

(6) *Sac. Congr. Conc. 1. Februarii, et 26.April.* 1607.

(7) *Bened. XIV. de Synod. Diœces. lib.5. cap.12. num.1.*

(8) *Conc.Trid.Sess.23. cap.6., et 16. de Refor. cap.unico de Cler.conjug.126.*

privati. Quam legem sæpe, & constanter Sacra Congregatio (1) Concilii, & immunitatis Ecclesiasticæ declaravit ita intelligendam, ut clerici ipsi allegare nequeant privilegium ad se eximendum a foro sæculari; nostram tamen remanere integram jurisdictionem ordinariam, pro arbitrio, clericos eosdem a Judice sæculari repetendi, & ad forum Ecclesiasticum revocandi, etiam causis, in quibus ipse judex laicus prævenerit; nisi privilegiis clericalibus denudati, seu privati fuerint per declaratoriam sententiam cum Processu contra singulos contumaces instructo, trinaque monitione distincta (2), ita ut una pro trina adhibita non fuerit. Qua sententia prolata, nemo vestes clericales inducere præsumat (3), neque reassumptis ad fori privilegium restituatur. Sicut vero clerici prædicti pro eorum arbitrio habitum, Tonsuram, & servitium Ecclesiæ dimittere valent: ita pro eorum pariter arbitrio, ante prolatam ut supra sententiam, reassumere posse declaramus; ut ad pristina restituantur clericalia privilegia; dummodo reassumptio dolose non fiat in fraudem fori sæcularis, de qua judicare ad Judicem pertinet Ecclesiasticum. Clerici autem Beneficiati fori privilegio gaudent, licet neque clericalem deferant tonsuram (4), nec habitum, neque Ecclesiæ inserviant. Videant tamen, quod Constitutionem (5) Sixti V. nisi in habitu, & tonsura incedant, ipso facto Beneficiis ipsis privati existunt; & quamvis nulla præcesserit monitio, vel sententia declaratoria, ex mero incessu in habitu laicali, ipso jure fructus beneficiales, nec recipere, nec retinere possunt (6), sed ipsos fabricæ Ecclesiarum, in quibus sunt beneficia, illico sub lethali culpa restituere tenentur.

16. Clerici quoque conjugati (7) hujusmodi gaudent privilegio, si cum unica, & virgine matrimonium contraxerint, & tonsuram, & vestes clericales deferant, atque alicujus Ecclesiæ servitio, vel ministerio ab Episcopo deputati, eidem Ecclesiæ inserviant, vel administrent. Gaudent autem fori privilegio (8) in causis tum mere civilibus, tum mixtis, ideoque

(9) *Sac. Cong. Conc. in Alatrina Jurisdict. 27. Martii 1623., et in Neapolitana 1. Augu. 1634. Raynaldus observ. Crimin. ad c. 2. suppelt. 10. n. 16., et seq.*

(2) *Glossa in Clement. Verbo.* Tertio *Ben. XIV. de Syn. Diœc. lib. 5. c. 12. n. 3.*

(3) *Sac. Cong. Conc. in Meliten. Fori 7. Maii 1672., et in aliis.*

(4) *S. C. Conc. relat. a Fagnan. in cap.* Inter cetera *de Rescrip. n. 3. sup. citat.*

(5) *Sixtus V. Const.* Cum Sacrosantam, *& in Declaratoria* Pastoralis *p. 2.*

(6) *Bened. XIII. Const.* Catholicæ Ecclesiæ, *prout in Appendice Conc. Rom. n. 5.*

(7) *Conc. Trid. Ses. 23. sup. citat.*

(8) *Sac. Congr. Immunit. in Caputaquen. 21. Junii 1644., et 14. Novembris 1649. in Bononien. 2. Julii 1730.*

que (1) non possunt conveniri coram Judice laico; sed debent cogi coram Judice Ecclesiastico ad solutiones, ad quas de jure tenentur: Exercentes artem merciariam, si mensuras adhibeant fraudolentas, ab Ordinario sunt puniendi: Sæculares illum in carcerem detrudentes excommunicantur: & quatenus a Curia laica vexentur, eosdem Episcopus tueri debet, invocato etiam, si opus sit, brachii sæcularis auxilio.

17. Caveant insuper laicalis curiæ ministri, ne mandata contra bona Ecclesiastica lata exequi præsumant, etiamsi manu regia procedatur (2) nisi ea fuerint prius munita consueto *Exequatur*, manu nostra, vel nostri Vicarii, seu alterius competentis Judicis Ecclesiastici firmando sub pœnis contra violantes Ecclesiasticam immunitatem statutas.

18. Ad removendas controversias sæpe emergentes, statuimus (3) ut in domibus Ecclesiasticorum communiter cum laicis cohabitantium, perquisitiones, seu executiones, vigore cujuscumque mandati realis laicalium Judicum, quamvis contra laicos inhabitantes expediti, nullatenus fiant, absque nostra licentia gratis danda, sub pœna Censurarum. Si vero Clerici cum Laicis in communi vivant, vel pro indiviso possideant bona (4), perquisitiones, & exequutiones, ut supra, nullo modo fiant, nisi prævia divisione ad hunc effectum facienda.

(1) *Sac. Congr. Immunit. in Montis Cassini 22. Decemb. 1694. In Rossanen. 23. Martii 1638. In Hydruntina 27. Novemb., & 28. Decemb. 1694. In Bingnanen. 15. Novemb. 1604. In Nucerina 9. Febr. 1694. In Fulginaten. 18. Octob. 1679. & in Firm. 17. Dec. 1695. Vide Synod. Tuscul. 1764. fol. 246.*

(2) *Sac. Congr. Immunit. apud Riccium synops. Verbo* Executio *num. 48., et sequen. et Verbo* Mandatum *num. 2., et in Senogallien. 26. Februar. 1708. Sac. Congr. Boniregiminis in Anagnina 5. Iulii 1710., & in Fulginaten. 1721.*

(3) *Riccius in Synops.* Verbo Episcopus quoad Clericos *num. 13., et Verbo* Executio *num. 3. Synod. Lanucci Civitatis Castell. 1756. tit. 3. cap. 5. nu. 9.*

(4) *Idem Riccius Verbo* Exemptio.

CAPUT II.

De Capitulis, Dignitatibus, & Canonicis.

1. De Cathedralium Nostrarum Dignitatibus, & Canonicis praesenti capite acturi, non tantum Filios, sed & Fratres vocamus, tamquam ad maximum, & perpetuum Ministerii Nostri, & Pastoralis folicitudinis adjumentum adscitos, a quibus, ut qui observantia, pietate, & zelo Clericis omnibus praelucere debent, adjutrices manus consilio, opera, officio Episcopale nostrum Ministerium praestolatur; ut meritò gaudium, & corona nostra appellari mereantur. Cupimus autem in Domino, ut quoties memoria complectuntur, se ob gradus dignitatem splendidiora munera in Cathedrali sortitos esse, fixam pariter in animo teneant recordationem, quod doctrinae soliditate in rebus agendis solertia, morum integritate, pietatis cultu, Sacrorum Canonum observantia, & Dei, atque Ecclesiae servitii diligentia, & assiduitate, caeteris antecellere debent; & ita honorificam (1) Ecclesiastici Senatus appellationem promereri.

2. Ipsum Canonicorum nomen, eos, qui hoc titulo decorantur, admonet ad observandas Ecclesiasticae disciplinae regulas, se prae ceteris arctiori vinculo devovisse; Ut igitur Nostrarum Cathedralium, & Collegiatarum Canonici suo nomini, suaeque dignitati regulari vita respondeant canonicè, nempe & regulariter viventes, volumus, & mandamus, ut dispositiones, & regulas omnes in limine fundationis cujuscumque Capitulo impositas, atque etiam statuta, & constitutiones singularum Ecclesiarum legitime approbatas diligentissime observent; sub poenis in illis praescriptis, aliisque arbitrio nostro decernendis. Consuetudines vero particularium Ecclesiarum, nisi rationabiles sint, non admittimus: Caeteras omnes abusivas, praecipue contra Breviarii, Missalis, Pontificalis, Caeremonialis Episcoporum, & Ritualis Romani Rubricas omnino abrogatas decernimus, non obstante quocumque temporis lapsu, quo indebitam legis speciem usurpasse videantur. Sicubi vero constitutiones, & statuta Capitularia non sint in viridi observantia, vel approbatione legitima sint destituta, vel penitus non habeantur, sex infra saltem menses, post hujus Synodi publicationem (2) sub Ecclesiastici In-

(1) *Conc. Trid. Sess. 24. Cap. 12. de Reformat.*

(2) *Conc. Rom. 1725. tit. 2. cap. 4.*

interdicti pœna confici mandamus, nobisque exhiberi, accurate examinanda, corrigenda, & approbanda. Contineant autem Ecclesiarum, & Capitulorum origines, fundationes, insignia, jura, consuetudines, redditus, onera, & munera; & suis sub capitibus exprimantur nihilque in eis sit, quod a Juris dispositione, & sacrarum Congregationum decretis, usuque recepto, & approbato exorbitet.

3. Ubi aliquis Dignitatem, & Canonicatum obtinuerit in Cathedralibus, & Collegiatis, seu residentiale Beneficium in Beneficialibus, seu Conventualibus Ecclesiis (1), antequam illius possessionem capiat, in manibus Nostris, vel Vicarii nostri Generalis juramentum præstabit, se strenue, & viriliter bona, & jura Ecclesiæ, & Capituli defensurum, atque ejusdem Capituli constitutiones, & statuta servaturum, & infra duos menses Inventarium Præbendæ confecturum. Idipsum a provisis de simplicibus Beneficiis, quoad defensionem Bonorum, & Inventarium, juxta formulam, quam damus in Appendice num. II., præstari volumus.

ARTICULUS I.

De Chori disciplina.

4. Cum autem illud sit Canonicorum præcipuum, ac nobilissimum munus publico totius Ecclesiæ nomine Supremo Domino bonorum omnium largitori Sacrificium laudis offerre, culparum veniam implorare, pro cunctis necessitatibus preces effundere, & pro acceptis beneficiis gratias rependere; ideo omni animi pietate, ac diligenti attentione istud adimpleant non tamquam mercenarii propter temporales distributiones, quasi Deo propter illas serviant; sed ex Divinæ bonitatis amore, eternæque retributionis desiderio: scientes negligentiam in Choro culpæ reatu non vocare, quamvis ipsis distributionibus ultro renuntiarent; neque se proprium onus adimplere (2), si cum aliis non cantent simul, vel recitent; nec satis esse Choro adesse audientes, & silentes, vel submissa voce divinas laudes legentes.

5. Ad persolvenda autem divina officia, sublimior pars Ecclesiæ, quam chorum dicimus (3) destinatur, quovis anni tem-

(1) *Synod. Oldo 1728. p.2. cap.13.*

(2) *S. Cong. Con. 12. Decembris 1619. Bened. XIV. Notif. 107. §.3. Idem Constit.* cum semper oblatas 19. *Aug.* 1744.

(3) *Cap. 1. de Celebr. Miss. Clement. 1. eod. tit.*

tempore, excepto hyemali, juxta probatam cujusque Ecclesiæ consuetudinem, quo cappella choralis ubi adest vitreis cancellis munita, (præter quam in Missa, & Vesperis diebus festivis substituitur. Capitulum ergo pro arbitrio suo non audeat locum mutare, nisi legitima urgenti causa, (1) & nostra intercedente licentia. Quoniam autem alicubi improbandus inolevit abusus, ut hyemali tempore officium divinum recitetur in sacristia: Nos quoadusque locus in Ecclesia opportunior aptetur (2); tempore hyemali diebus tantum ferialibus ibi recitari permittimus, (excepto tempore Missæ conventualis in Choro expendendo) servato temper ritu chorali, quoad habitum, situm, recitationem, & cæremonias; in diebus vero festivis omnino recitandum esse in choro decernimus. Statuta tempora divina officia in Choro celebrandi serventur, & tabella horaria pro diversis anni temporibus in conspicuo sacristiæ loco semper affixa permaneat, juxta formam, quam damus in Appendice num. XXXIII. Nemini autem, ne omnibus quidem Canonicis capitulariter congregatis, horas liceat invertere, nobis inconsultis (3) sub pœna arbitrio nostro. Tempus recitationis matutini, & laudum in choro sero prohibemus anticipari (4), excepta octava Corporis Christi, & tribus ultimis diebus majoris hebdomadæ. Et si aliquando ex urgenti, & rationabili causa, nostra concurrat dispensatio, omnino servari volumus tempus præscriptum in Tabella Kalendarii nostri Diœcesani.

6. Elapsa semihora post ultimum datum signum campanarum pro Divinis Officiis, omnes qui choro interesse debent, adorato jam (5) a singulis ad ingressum Templi, flexis genibus, sanctissimo Sacramento in ejus altari; debitoque silentio in Sacristia servato (6) Chorali habitu induti nulla interposita mora ad aliud signum campanulæ bini (7) ad chorum procedant vul-

(1) *Conc. Prov. Mediol. 1. par. 2. §. 4.*

(2) *C. C. Epis. in Segnin. 12. Januarii 1604., & in alia S. Severini 17. Septembris 1641. apud Nicorium in Flosc. verb. officium num. 19. Sac. Cong. Conc. in Lunen. Sarzanen. 5. Martii 1633. Syn. Odoar. 1764. sess. 1. tit. 4. cap. 10.*

(3) *Syn. Montis Falisci 1710. lib. 3. cap. 5. num. 9. Synod. Civitatis Castellanæ 1766. tit. 4. cap. 3. num. 7. Synod. Oldo 1728. part. 2. cap. 13. num. 5.*

(4) *4. Cap.* Decet *de Immun. Eccl. S. Pius V. constit. 5. cum primum.*

(5) *Conc. Ravenn. 1. sub Honorio IV. cap. 5. conc. Mediol. 1. par. 2. tit. Communia de ratione off.*

(6) *Sacr. Cong. Rit. 12. Junii 1628. juxta præscriptum Cerem. Epis. præsertim in solemnit. refert. Gavan. in Manual. Ep. num. 24.*

(7) *Synod. Oldo loco citat. Cærem. Epis. lib. 1. cap. 18. num. 6.*

vultu, incessuque gravi, ac modesto, sine chirotecis, neque flabellis, & cum silentio ad sedes suas accedant, facta tamen altari debita reverentia, & mutua salutatione, & ibi brevi oratione intentionem renovantes, divinas laudes aggrediantur. Qui almutium deferunt, procedentes non in humero, sed in brachio gestent; hi quidem qui a dextris in dextro, qui vero a sinistris incedunt in sinistro: in choro autem permanentes, dum assurgunt, a scapulis, ad brachia dimittant a festo omnium Sanctorum ad vigiliam usque Pentecostes; reliquo vero tempore deponant illud in anteriori parte stalli. Nullus, nisi divino officio completo, exeat a Choro, ne causa quidem de communi re agenda, si necessitas non coegerit: tumque a Chori Præfecto petita venia. Si quis, in-choato officio, ad chorum superveniat, facta ad altare brevi Oratione, & cæteris de more salutatis, suam adeat sedem; absolutis officiis, modo, & ordine, quo processerant, redeant ad sacristiam:

7. Præfectum chori declaramus, & constituimus, ubi particularia statuta, constitutiones, & consuetudines aliter non disponant, primam dignitatem, eaque absente, qui primum obtinet locum in choro. Hujus partes erunt, disciplinam chori exacte tueri, collapsam restituere, desides, & errantes in spiritu lenitatis, modeste monere: contumaces & inobedientes ad nos deferre; ante omnia autem aliis exemplo suo prælucere. Si officium suum negligat, ejus conscientiam oneramus. Annuente igitur chori præfecto (1) omnes simul surgant, & hebdomadarius divinas laudes incipiat, ac alii (2) alternative prosequentes, eas cum pausa in medio versiculi, integre, & recte, ac sine errore cantent, & recitent. Non currant uno veluti impetu linguæ, verba non glomerent, non syncopent, & præcipue caveant, ne alternis choris recitantibus, vel cancantantibus, pars una proprium versum incipiat, nisi altera usque ad ultimam syllabam suum explerit; ut obligationi satisfaciant (3): sed devote, & attente curent unisone laudare, & benedicere dominum, & cum etiam psalmodiæ suavitas non parum devotionis adstantibus suggerat; idcirco psallendo clare, & distincte concordiam summopore curent, cantum Grego-

(1) *S. Cong. Epis.* 18. *Aprilis* 1617. *apud Gavan. in manual. num.* 25. *Conc. mediol.* 1. *part* 2. *tit. de offic. ejus qui choro præsidet.*

(2) *Conc. Mediol. relat. tit. quomodo versandum in Choro.*

(3) *Innoc. III. in Cap.* dolentes *de celebrat. Miss. Clement.* 1. *eodem tit.*

gorianum bene addiscant. Exteriores etiam corporis actus, & statum componant, crura non protendant, nec unum supra aliud ponant, non dormitent prætedio non oscitent, colloquia non misceant, risus non effundant, epistolas, vel alia scripta non legant, a proprio locò non divertant, nec strepitus ullos faciant. Si quis (4) hæc, vel grave aliquid aliud contra decocoris, & modestiæ leges, committant, tamquam absens punctetur (5), severioribus etiam a nobis juxta circumstantias pœnis subiiciendus. Cum summa igitur animi pietate (7) in rem divinam incumbant, caput inclinent, simul surgant, sedeant, genuflectant, pro verborum, ac temporum exigentia, juxta chori cærimoniale.

8. Officium parvum Beatissimæ Virginis Mariæ, Officium Defunctorum, Psalmos Graduales, septemque Pœnitentiales, diebus in Rubrica præscriptis, ubi laudabilis viget consuetudo, vel a Constitutionibus præscribitur, sub pœna punctaturæ, in choro sunt recitanda pro consecutionem etiam Indulgentiarum, quas S. Pius V. (1) elargitus est.

9. In nocte Nativitatis Domini, in ultimis tribus diebus majoris hebdomadæ, & in commemoratione omnium Fidelium Defunctorum horæ matutinæ cum cantu integre celebrentur. Cæteris diebus festis officium divinum, juxta cujusque Ecclesiæ consuetudinem cantus adhibeatur: Numquam tamen intermittatur in Vesperis; & in solemnioribus diebus etiam in primis Vesperis præcedentis diei. Si hebdomadarii, aliique, quibus de more incumbit, Missam, & Vesperas celebrare, aut munus Diaconi, & Subdiaconi obire, nullo detenti legitimo impedimento, negligant, vel recusent, præter punctaturam, duos julios in diebus festivis, unum in ferialibus solvant illis, qui eorum vices suppleverint. Eamdem pœnam subibunt, qui, primis legitime impeditis, juxta solitum supplere tenentur.

10 Missa Conventualis, quæ est pars substantialis divini Officii (2) de festo, vel feria, semper cum cantu celebretur, diebus autem festis solemniori Ritu, neque propter Missam Defunctorum, vel Anniversarium occurrens prætermittatur; (3) & si plu-

(1) *Sac. Congr. Concilii in Terracin. Setin.* 14. *Dec.* 1771. *Benedict. XIV. notific.* 107.

(2) *Crispinus de Visitat. par.* 2. §.20.

(3) *Cap.* Cantantes *distinct.* 92. *c.*8. Quando autem *de consecrat. distinct.* 1. *Cap.* Decet *de Immunit. Eccl.*

(1) *S. Pius V. constit.* Quod a nobis 9. *Julii* 1568.

(2) *Can.* de iis *distinct.* 21.

(3) *Cap.* Cum Creatura *de celebrat. Missæ.*

plures, juxta Rubricas, celebrandæ ſint Miſſæ Conventuales (4) omnes cantari debent in ſuis horis. Hujuſmodi Miſſa Conventualis cantata in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis applicari quotidie debent (5) non pro uno, vel alio, ſed pro omnibus Benefactoribus in genere, non obſtante quacumque etiam immemorabili conſuetudine, nec aliqua excuſatione, etiam oneris applicandi miſſam pro Præbenda, vel Beneficio, quod obtinetur, vel pro Populo, ſi animarum cura exerceatur; Miſſa enim Conventualis applicari nihilominus debet pro Benefactoribus in genere; alteri vero oneri miſſæ Parochialis, ſeu Præbendalis, ſeu Beneficialis ſatisfieri debet per ſubſtitutum Sacerdotem. Pro applicatione autem ſecundæ, vel tertiæ Miſſæ Conventualis, quæ juxta Rubricas celebrandæ occurrunt, hæc ſervari mandamus;(6) Quod ſi applicatio hujuſmodi ex legittima conſuetudine habeatur inducta, omnino eſt ſervanda: ubi verò uſus non habetur, laudari debent, qui ſponte ſua ſecundam, vel tertiam Miſſam conventualem applicant, ſed non obligantur, dummodo in commemoratione pro Defunctis, Eccleſiæ Benefactorum in genere non obliviſcantur. Ab hujuſmodi onere cantandi, & applicandi quotidie pro Benefactoribus Miſſam Conventualem excipi intendimus Eccleſias illas Collegiatas, quæ legitimo Indulto diſpenſatæ ſunt, in quibus tamen omnino cantari, & applicari volumus diebus omnibus in Indulto præſcriptis. Aliæ vero Collegiatæ, que paupertatem exhibent Præbendarum, vel Maſſæ Capitularis, ne obligentur ad quotidianam Miſſæ Conventualis celebrationem, & applicationem, decernimus, ut ad Sacram Congregationem Concilii recurſum habeant, pro obtinenda legitima reductione.

11. Capitularibus functionibus, Proceſſionibus de jure, vel conſuetudine firmatis, Concionibus quoque tempore Adventus, & quadrageſimæ, Dignitates, & Canonici interſint, ſub pœna punctaturæ. Lectionibus item Sacræ Scripturæ à Canonico Theologo ſtatutis temporibus, exponendis, & Congregationibus caſuum moralium, & ſacrorum Rituum aſſiſtere non prætermittant, ſub pœnis ſtatutis.

(1) *Bened. VIV. notif.* 107. §.2.n.13.

(2) *Benedict.XIV. Const it.*Cum ſemper oblatas 19.*Augusti* 1744.

(3) *Constit.Benedict.XIV. citat.*

AR-

ARTICULUS II.

De Residentia, & Ecclesiæ servitio.

12. Absentiam prohibuit ab Ecclesiis Synodus Tridentina (1) ultra tres menses quolibet anno; salvis nihilominus earum Ecclesiarum constitutionibus, quæ longius servitii tempus requirunt. Sciant ergo Dignitates, & Canonici, qui Indulto absentiæ tribus anni mensibus frui possunt & longius servitii tempus eorum Capitulares constitutiones non requirunt, satis non esse, eos in Civitate, vel loco residere, (2) nisi sint in Choro præsentes, ideoque eos qui non absunt ab Ecclesia, vel a Civitate, sed ab Ecclesiæ servitio tot vicibus, ut trium mensium præscripta quantitas annuo spatio superetur, haberi pro absentibus, & ad mentem Concilii ob tales habendos esse; quamvis intermissis,& interpolatis diebus absfuerint. Ne verò Ecclesia debito fraudetur officio, ultra tertiam partem uno, eodemque tempore non absint à choro, (3) sub pœnis contra non residentes inflictis, adversus illos, qui vacationem sumunt jam tertia parte Canonicorum absente. Nemo item absit tempore Adventus, & Quadragesimæ, aut diebus Dominicis (4) & Festis totius anni, multoque minus solemnioribus diebus, Nativitatis videlicet, & Resurrectionis Domini, Pentecostes, & Corporis Christi cum sua Octava. Ad ineundam autem rationem servitii novem mensium, illorum, qui trium mensium vacatione, uti possunt, ipsi dies residentiæ, & servitii, (5) sive continui fuerint, sive interpolati numerandi sunt, ut numerum compleant novem mensium, nulla habita ratione punctaturarum, quasi ii, qui novem partes punctaturarum ex duodecim, quæ ex servitio totius anni conflantur, deserviendo tulerint, servitio novem Mensium debito satisfecerint.

13. Quamvis Canonicus jubilatus, qui post laudabile Ecclesiæ servitium quadraginta annos præstitum, a Sacra Congregatione Concilii jubilationis Indultum obtinuit, non teneatur

(1) *Conc. Trid. Sess.24. Cap. 12. de Reform.*

(2) *Bened.XIV. Notif.107. §.6.n.32. Sac. Cong. Conc. ibi citat. libr.1. decret. pag.3. & pag.178. et seq.*

(3) *Sac. Congr. Conc. in Auximana 12. Jul.1631. Bened.XIV. loc.cit. n.34.*

(4) *Sac. Cong. Conc. in Interamnen. 21.Julii 1640. Bened.XIV. Notificat.16. num.98. Ferraris verb.* Canonicus *art. 5. num.4.*

(5) *Sacr. Congr. Concil. in Aquilana 17. Junii 1594. Benedict. XIV. loc. cit. num.34.*

tur (1) ad interessendum divinis officiis ; nec ad residendum in civitate , vel loco : Nihilominus sciat , se (2) cogi posse ad inserviendum , si divinus cultus detrimentum patiatur . Canonicus vero . qui habet coadjutorem sciat , se teneri ad residendum in civitate , vel loco (3) , quamvis ad interessendum non teneatur .

14. Quando Dignitates , & Canonici , tempore ipsis permisso , abesse volunt (4) , licentiam nostram non requiri declaramus; non tamen omnes simul abesse posse volumus , ne Ecclesia suo debito servitio destituatur , arbitrio nostro relinquentes quota pars simul possit abesse . Sciant tamen discedere se non posse (5) a Diæcesi tempore etiam legitimæ vacationis absque nostra obtenta licentia , quam certe absque rationabili causa negaturi non sumus .

15. Adversus non residentes procedendi ordinem a sacro Concilio Tridentino (6) præscriptum ; sub pœnis ibi impositis usque ad privationem , servabimus : reservata tamen , arbitrio nostro , alia via procedendi etiam ad suspensionem a Divinis (7) , juxta sacros Canones ; nihil obstante , quod cursum a præfato Sacro Concilio præscriptum instituissemus ad privationem .

ARTICULUS III.

De Distributionibus quotidianis , & Punctatoribus .

16. Salubrem dispositionem a sacro Concilio Tridentino demandatam (8) quod tertia pars fructuum quorumcumque Dignitatum , & Canonicatuum separetur , & in distributiones quotidianas convertatur inter præsentes dividendas , si alicubi de-

T

(1) *S. Congr. Conc. in una S. Angeli in Vado 15. Aprilis 1690. et in Patavina 9. Junii 1714.*

(2) *S. Cong. Conc. 24. Septembris , et 17. Decembr. , 1718. super dubiis , ut in Thesauro resolut. tom. 1. par. 3.*

(3) *Gregor. IX. decretal. in Cap.* Cum ad hoc *de Cler. non resident; Bened. XIV. de Synod. Diæces. lib. 13. Cap. 9. num. 15.*

(4) *Sacr. Cong. Conc. in Abulen. anno 1581. lib. 3. Decretor. pag. 79. Bened. XIV. notific. 107. §. 6. num. 35.*

(5) *Sac. Congr. Concilii in Jadren. 9. Maii 1626. lib. 12. decret. pag. 253. item in Terracinen. 22. Januarii 1628. lib. 13. Decret. pag. 380. , et in Castri Maris , 4. Maii 1737. Bened. XIV. notif. citat. num. 36.*

(6) *Conc. Trid. Ses. 24. cap. 12. de Reform.*

(7) *Cap. Tux de Cleric. non resid-n. Sac. Cong. Conc. in Parentin. 18. Nov. 1673. Bened. XIV. loc. cit. n. 37. et 38.*

(8) *Concil. Trid. Sess. 21. cap. 3. de reform. Sess. 22. cap. 3. de Reform. Sess. 24. cap. 15. de Reform.*

deficit, ad usum deduci volumus, & mandamus: arbitrio nostro reservantes, ubi distributionum massa deest, vel distributiones fiunt ita tenues, ut contemnantur, & faciliter modus non suppetit vel constituendi, vel augendi massam, pœnas, vel mulctas statuere contra negligentes servitium (1) ad instar distributionum quotidianarum.

17. Legitimas absentiæ causas pro lucrandis distributionibus quotidianis, sive pro exemptione a solvendis punctaturis, declaramus eas tantum haberi, & esse, quæ a sacris Canonibus (2) admittuntur, videlicet vel infirmitatem, vel justam, & rationabilem corporalem necessitatem, vel evidentem Ecclesiæ utilitatem. Ut autem infirmitas eximat a servitio chori (3) probanda est per juratam medici attestationem, & si brevis illa sit, jurejurando ejusdem infirmi, quod si domo sua aliquando exeat, de consilio medici id egisse probetur. Evidentis vero Ecclesiæ utilitatis gratia, eos exemptos esse declamus, qui pro negociis gravibus (4) Ecclesiæ, vel Capituli absunt; reservato nobis examine, an hujusmodi negotiorum causæ vere subsint tempore Divinorum officiorum: item Canonicum Theologum (5), pro tota die qua legit; Canonicum Pœnitentiarium, vel alterum a Nobis deputatum (6) ad Confessiones audiendas, pro tempore dumtaxat; quo Confessiones actu audit, non tamen pro tempore, quo residet in confessionali, & Pœnitentes non audit: Dignitatem, vel Canonicum cui animarum cura incumbit (7), tempore tantum, quo in actuali curæ exercitio occupatur, vel Sacramenta ministrat. Canonicos Episcopo assistentes, qui divina officia (8) solemniter celebrat extra Cathedralem Ecclesiam: Tandem illos, qui pro exercitiis spiritualibus (9) cum Episcopi licentia in aliquam Reli-

(1) *Sacr. Congr. Concil. in Zaren.* 17. *Decemb.* 1650. *In Castellaneten.* 7. *Jun.* 1659. *Bened. XIV. Notif.* 107. §.7.*n.*44.

(2) *Canon.* Consuetudinem *de Cler. non resid, in 6.*

(3) *Congr. part. in Fulginaten. Synodi* 28. *Iunii* 1723.

(4) *Sacr. Congr. in Andrien.* 14. *Martii* 1620. *apud Crisp. de Visit. par.*2. §. 19. *num.*12. *Bened. XIV. notif.* 107. *num.*54. *et seq.*

(5) *S.Cong. Conc. in Oriolen.* 5. *Aug.* 1624. *Bened. XIV. Notif.* 107. §.9.*n.*55.

(6) *Sacr. Congr. Concil. in Lucensi* 10. *Martii* 1635. *lib.*15. *Decret. p.*175. *Bened. XIV. loc. cit. num.*55.

(7) *S.C.Concil. in Mediolan.* 13. *Februarii* 1639. *lib.*16. *Decret. et in Dethornen.* 19. *Septembr.* 1643. *lib.*17. *Decret. pag.* 230. *Bened. XIV. loc. cit. num.*60.

(8) *S.Congr. Conc. in Foro Cornelien.* 30. *Martii, et* 17. *Aprilis* 1749. *lib.* 18. *Dec. pag.*603. *et* 614.] *Bened. XIV. loc. cit. num.*60.

(9) *Clemens XI. litt. Encyclic. Sacr. Cong. Conc.* 1. *Februarii* 1710. *Ben. XIV. loc. cit. n.* 63.

ligiosam domum secedunt extra Adventus, Quadragesimæ, & solemniorum festivitatum tempus.

18. Singulis annis punctator unus eligatur, atque etiam duo, si ita Episcopus censuerit, & post electionem, juramentum præstet, sub formula, quæ habetur in Appendice numer. II., quod si hoc onus suscipere, vel juramentum præstare recusaverit, a nobis cogetur (1). Punctator studiose exploret (2), & in libro bene compacto notet omnes, quicumque ii fuerint, qui sacras horas, & divina officia non obierint quique contra quam his, aliisque constitutionibus præscriptum est, in choro quidquam fecerint: Qua in re ullius non odio, non amore, non spe, non metu moveatur: Si aliquem injuria notarit, de suo ei satisfaciat; si vero notandum prætermiserit, de suo item tantum rem det, quod ad præsentium commodum convertatur. Liber punctaturarum in sacrario clausus conservetur; sed singulis petentibus ostendatur, & nobis requirentibus exhibeatur. Punctaturæ scribantur statim post discessum a choro in sacrario, non vero domi; punctentur autem non solum qui vel integro die, vel singulis horis adsunt, sed etiam qui in choro habitum canonicalem non deferunt, qui extra proprium stallum resident: qui cum aliis non recitant, vel canunt: Qui habitualiter non stant, non sedent, non genuflectunt, non inclinantur juxta regulas chori: Qui officium, vel alias preces privatim tunc persolvunt: Qui litteras, vel aliud scriptum legunt: Qui colloquuntur, aut risum commovent, minus modeste gestu, vel actu adstantes: Qui hac, vel illac concursaverint, vel acedia abrepti discesserint, & in sacrario, vel alibi moram notabilem fecerint: Qui Missas privatas celebrant, dum in choro officium, vel Missa Conventualis peragitur, nisi petita venia a præfecto chori pro Ecclesiæ, & populi servitio. Notentur autem pro absentibus quicumque in matutinis, & in horis minoribus in choro non adsint post finem hymni, in vesperis post primum psalmum, in completorio post utramque confessionem, in Missa post ultimum Kirie, in litaniis, & processionibus post invocationem Sanctissimæ Trinitatis, & in concione post absolutum proemium.

19. Meminerint absentes, punctaturas esse omnino solvendas illis, quibus competunt; neque suas in foro conscientiæ

 pos-

(1) *Sac. Cong. Conc. 17. Martii 1619. Decret. 60. pag. 249. Congr. partic. in Casalen. 22. Apr. 1708. In Alben. 18. Julii 1710. ad 25. libr.*

(2) *Conc. Mediol. 1. par. 2. cap. 42.*

posse distributiones facere, etiam ut in opera pietatis, & eleemosynas convertantur: nec juvari quavis collusione, condonatione, vel remissione, etiam de totius Capituli consensu: (1) non obstantibus quibuscumque statutis, & consuetudinibus.

ARTICULUS IV.

De Congregationibus Capitularibus.

20. Capitulum quacumque die in constitutionibus præscripta ad pertractanda ea, quæ Dei cultum, & res Ecclesiæ concernunt habeatur; & si necessitas cogat ad aliquod negotium proponendum vel determinandum, extra dictum tempus convocari potest, & debet per Primam Dignitatem, & ea absente, per aliam, vel per antiquiorem Canonicum, præcedente tamen pridiana indicatione, nisi subitus casus præsens consilium postularet; tunc enim statim post intimationem, Canonici in Capitulum convenire tenentur: Et si quis Canonicus instet, ut Capitulum congregetur pro rationabili, vel necessaria, quæ sibi videtur, causa, istam non, nisi in Capitulo congregato exprimere teneatur. Numquam autem eo tempore quo Divina Officia celebrari debent, convocetur Capitulum, (2) nisi gravissima, & urgentissima causa in aliam horam differri non patiatur. Tunc vero Capitulum intelligatur sufficienter congregatum; cum in prima convocatione, omnibus ut supra intimatis, (3) duæ ex tribus partibus vocalium intersint. Si deficiant, convocetur iterum, & quinque (4) saltem vocalibus sit compositum. Si pauciores sint, tertio intimetur, & tres sufficiant. Post tertiam vero convocationem ob defectum numeri inanem (5) Nos providebimus: salvis tamen statutis, & probatis consuetudinibus singularum Ecclesiarum circa numerum Canonicorum, qui requiritur, ut legitimum sit Capitulum. Et quia à Deo recta consilia, & justa sunt Opera, ideo à Præfecto cum invocatione Spiritus Sancti flexis genibus præmittantur preces, & agantur gratiæ in fine de more.

De-

(1) *Concil. Trid. Sess.24. cap.12. de Reform. cap.* Consuetudinem *de Clericis non resid. in 6. Bened.XIV.Notific.107. §.7. num.42., et seq.*

(2) *Sacr. Congr. Concil. in Turritana 2. Julii* 1733. *lib.14. Decr. pag.*751.

(3) *Syn. Ventimilia* 1640.*tit.* 23. *c.*3.

(4) *Synod.Oldo* 1728. *par.*3. *cap.* 13. *num.* 18.

(5) *Synod. Lanucci Civitatis Castellana tit.*4. *cap.*3. *num.*36.

21. Decentissimum esset, quod Capitulares cum habitu Canonicali in Capitulo convenirent, ut proprii status insignia, mores suggerant in ecclesiastico comitio vestiendos; cæterum non abrogantes contrariam consuetudinem statuimus, (1) ut singulis in suo loco modeste sedentibus, & Secretario scribente, propositiones fiant, incipiendo à senioribus, & dignioribus; illiusque alta voce per Secretarium lectis, quisque secundum ordinem, ab ultimo incipiendo, suam proferat sententiam: modesta tamen voce, omnique tumultu, & altercatione remota. Si variæ fuerint mentes, & sententiæ, uniformia semper sint corda: omnia in mutua charitate, & studio veritatis, & justitiæ examinentur; memores jurisjurandi in actu possessionis præbendæ Canonicalis exhibiti, ut de juribus Ecclesiæ sint omnes solliciti: Et ne aliquid in præceps agatur, ubi de rebus arduis agitur, vel in diversa abeant consilia, in uno Capitulo proponantur negocia, & ad aliud remittatur resolutio, ut re pensata, prudenter, & provide terminetur, nisi periculum sit in mora. Absint ergo a Canonicis privati commodi studia: metu offensionis, profutura non taceantur: ad captandam auram, seu gratiam placitura non proferantur; sed Dei gloria, & Ecclesiæ utilitas præoculis habeatur. Tandem unaquæque propositio per secreta suffragia expendatur; recognitisque suffragiis (quorum justitiam Deus requiret in die justi Judicii cum præsumptio sit, quod meliora pluribus placeant, statuimus (2), ut resolutio illa effectum consequatur, quæ a majori parte Canonicorum præsentium cum secretis suffragiis fuerit constituta. Suffragia autem semper secreta exhibeantur, vel per pallulas nigras, & albas in urna positas vel per schedulas (3), sub pœna irritæ resolutionis ipso facto, si viva voce, & alio modo manifesto succedat, sive in alterius manu suffragia ponantur. Acta autem Capitularia statim per Secretarium in libro registrentur. Abstineant omnes in Capitulo a jurgiis, contentionibus, conviciis, injuriis, contumeliis, & hujusmodi, sub pœna scutatorum quinque, aliisque arbitrio nostro pro rerum circumstantia. Si quis tedio, vel mœrore affectus, quod quæ succedunt non sibi placeant; nondum Capitulo dimisso, vel absoluto discedat, in scutato uno mulctabitur. Qui autem (4) absque legitima causa non interfuerit, vel ante finem, non impetrata facultate Capituli Præsidis, discesserit,

(1) *Synod. Oldo loc.cit. num.*19.

(2) *Cap.* cum in cunctis *de his quæ sunt a maj. par. cap.fin. de Cap. et Can.*

(3) *Syn. Ventimilia Tit.*23. *cap.*4.

(4) *Synod. Oldo loc. cit. num.*20.

rit, folvat tres julios. Litteræ ad quofcumque nomine Capituli non fcribantur, nec figillo muniantur Capitulari, nifi præcedente Capitulari deliberatione in actis Capitularibus defcribenda, fub pœna fcutatorum viginti quinque. Litteræ vero ad Capitulum miffæ extra Capitulum de more congregatum non aperiantur, fub eadem pœna. Atteftationes autem Capitulares, pro, feu contra quamcumque perfonam, non fiant omnino, nifi ftante Capitulari refolutione fuffragiis fecretis facta, & in actibus Capitularibus regiftrata, sub pœna fufpenfionis a Divinis ftatim incurrenda per fingulos Capitulares contrafacientes, nobifque refervata.

22. Capituli Officiales, juxta regulas in Statutis Capitularibus præfcriptas, & exacte fervandas, fingulis annis eligantur, & five per turnum, five propofitionem fiant electiones, femper fecreta fuffragia interveniant, & is electus, & approbatus habeatur, qui majorem partem fuffragiorum reportaverit. Inter alios Officiales eligantur Præfectus Sacrarii, Magifter Cæremoniarum, Punctator, Procuratores, feu Camerarii, Archivifta, Syndici, Secretarius, & ante poffeffionem officiorum juramentum præftent (1) finguli de fuo munere fideliter, & diligenter implendo, quantum patitur humana conditio. Qui vero peractæ adminiftrationis rationem infra terminum unius menfis, vel a propriis conftitutionibus præfcriptum, non reddiderit, nullatenus in eo munere confirmetur, neque ad aliud admittatur, nifi reddita ratione, & liberatione reportata. Quemcumque alium Capituli debitorem a munere pariter Adminiftrationis excludimus, quoufque debitum folverit, fub pœna nullitatis. Nemini autem liceat Officium fibi a Capitulo legitime delatum recufare, aut illius exercitium differre, abfque legitimo impedimento ab eodem Capitulo per vota fecreta probando, fub pœna fcutatorum trium Sacriftiæ applicandorum; refervato etiam Nobis arbitrio coactionis, fi quando opportunam, vel neceffariam reputabimus acceptationem. Dignitates autem, feu Canonici curam habentes animarum, & canonici pœnitentiarii (2) ab officiis capitularibus femper excufantur: canonici vero theologi eo tempore, quo tenentur legere.

23. Qui in facris ordinibus non funt conftituti (3) vocem in

(1) *Sacr.Congr.Ep. die 3.Maii 1741. Tonen. Emo Rezzonico post Clem.XIII.*

(2) *Sac. Congr. Conc. 3.Octob. 1671. lib.7. decr. pag.211. Item in Anagnina 12.Sept.1676. et in Conversana 19. Novembr. 1729.*

(3) *Conc.Trid. Sess.22. cap.4. de Ref. Clementina*. Ut ii *de ætate, et qualit.*

in capitulo non habeant, non tantum in Cathedralibus, sed etiam in collegiatis. Si in capitulo de re agatur, quæ ad aliquem canonicum, vel ejus consanguineos, & affines intra secundum gradum, quomodocumque pertingat (1) mandamus, ut a Capitulo recedere debeat, & non, nisi eadem re peracta, reverti possit; alias resolutio sit eo ipso irrita.

24. Capitularibus vetamus, & prohibemus (1) propalare, sive manifestare consultationes, & suffragia singulorum de capitulo, aliis canonicis, qui in ipso non interfuerunt: neque quid actum, vel resolutum fuerit, illis, ad quos non pertinet resolutio, sub pœnis, arbitrio nostro infligendis. Si in casibus particularibus de hujusmodi servando secreto major pars capituli juramentum requirat super sacrosancta dei Evangelia; tunc ab omnibus exhiberi volumus, perjurii absolutionem nobis reservantes: Et si forte id juramentum præstare recusaverit, sub pœna nullitatis capituli illum de aula capitulari exire præcipimus. Declaramus tamen, quod juramentum non afficiat, si qui nobis, nostrisque Successoribus, & Vicario Generali, quidquid acciderit in capitulo, manifestaverint, dummodo ce juribus non agatur inter Episcopum, & Capitulum controversiis.

25. Habeant Capitula archivium duabus seris, totidemque clavibus munitum, quarum altera a prima Dignitate, altera ab officiali per capitulum deputato, retineatur. Ibi scripturæ ad capitulum, & Ecclesiam spectantes diligenter conserventur, & nemini liceat absque præfecti licentia, & adnotatione facta in actorum destinato codice quidquam ex archivio extrahere, sub pœna excommunicationis contra alienantes bona Ecclesiæ inflicta; quam etiam incurrent qui Capitulorum, & Ecclesiarum scripturas apud se retinent, & intra mensem a præsentis Synodi publicatione non restituent: vel sciunt ab aliis detineri, & intra prædictum tempus Nobis, vel nostro Vicario Generali non revelabunt.

(3) *Sacr. Congr. apud Gavan. Verbo Capitulum num.7., et 18. Synod. Lannuci 1756. tit.4. cap.3.n.46. Syn. Oldo loc. cit. num.21.*

(3) *Sac. Congr. Episc. 3. Maij 1751.*

CAPUT

CAPUT III.

De Parochis.

1. Quam grave onus (1) sustineant Parochi, de animabus (2) sibi commissis, Deo rationem exactissimam redituri, continuo perpendant, & memores verborum Christi Domini: *Bonus Pastor* (3) *animam suam dat pro ovibus suis. Si perdiderit unam ex illis* (4) *vadit ad illam, quæ perierat, donec inveniat eam, & cum invenerit eam, imponit in humeros suos gaudens: caveant, ne aliquam ex illis culpa sua pereuntem* (5) *de manu eorum dominus requirat.* Ideo harum summa Synodalium Constitutionum fere tota in eo posita est, ut boni Pastores informentur. Quare qua sparsim tradita sunt de Verbi Dei prædicatione, de Doctrina Christiana, de sacramentis, aliisque ad Parochorum ministerium pertinentibus, repetita sanctione, servari volumus, & mandamus.

2. In collationibus parochialium Ecclesiarum, servari volumus Decreta sacrosanctæ Synodi (6) Tridentinæ, & Constitutionem glor. mem. Benedicti XIV., & ut dignioribus fiat collatio, methodum, & formam concursus exhibemus in Appendice num. XXXIV. Noviter autem electus Parochus, antequam possessionem capiat parochiæ, spiritualibus exercitiis decem continuos dies in aliqua religiosa domo ab omni terrenarum rerum aspectu, & cognitione segregatum se committat; ut præsertim, qua sollecitudine, qua charitate, qua diligentia gregem sibi creditum dirigere oporteat, mente recolat, & divinam opem, atque ea charismatum dona sibi conciliet, quæ necessaria sunt tam grandi ferendo oneri, ipsis angelicis humeris formidando.

3. Resideant Parochi etiamsi coadiutorem habeant, apud Ecclesiam (7) in domo parochiali, si habeatur, nisi per Nos ex urgenti., & rationabili causa, vel deficientia domus parochialis,

(1) *Cap.14. de ætat., qualit. et ord. præficien.*

(2) *Cap.1. et cap.* Ad Hæc *de Offic. Archid. D. Bonaventura de sex alis Seraphim.* (3) *Joannis* 10.11,

(4) *Lucæ* 15. 4.

(5) *Ezechielis* 33. 6. *Conc. Triden. Sess.24. de Reform. cap.1.*

(6) *Conc. Trid. Sess.24. Cap. 18. de Reform. Bened.XIV. Constit. Cum illud 14: Decemb.* 1742.

(7) *Concil.Trid.Sess.23. deRef.Cap.1. S. Pius V. Const.* In Supremo. *Sacr. Congr. Conc. pluribus relat. a Girald. in Exposit. Juris Pontif. part.2. Sess.87. tom.3.*

lis, ſit eis facta facultas commorandi in alia domo intra parochiæ fines, ſub multa ſcutatorum decem. A domo parochiali alearum ludi, choreæ, nocturnæ vigiliæ, aliaque profana ſpectacula arceantur: Ibi fœminæ (1), quamvis conſanguinitatis gradu conjunctæ non habitent; multo minus ancillæ, abſque noſtra in ſcriptis licentia. Continuam autem Parochi reſidentiam habeant in parochia, & extra pernoctare, vel abeſſe (2) ex quacumque urgenti cauſa, non audeant ultra biduum, de licentia tamen Vicarii, & ſuffecto ſacerdote confeſſario apto, & idoneo, qui tunc ſuas gerat vices. Longioris moræ extra parochiam Nobis, vel Vicario noſtro Generali in ſcriptis licentiam reſervamus (3), ex juſta, & rationabili cauſa pro bimeſtri tantum concedendam ſubſtituto Œconomo, vel Vicario approbato cum debita mercedis aſſignatione. Contumaces per cenſuras eccleſiaſticas, ſequeſtrationem, & ſubtractionem fructuum, aliaque juris remedia, etiam uſque ad privationem compellentur. Nemo autem abſque noſtra facultate, & approbatione in ſcriptis coadjutorem, ſeu Vicarium Curatum audeat ſibi aſſumere, ne mercenariorum incuria oves diſpendia patiantur; & ſi qui jus, vel neceſſitatem habeant detinendi Cappellanos, vel coadjutores, & vice Curatos ad curam animarum exercendam approbatos, ſciant iis uti debere in ſuplementum, tunc quando paſtoralia munera per ſe ipſos exercere non poſſunt (4): Parochos enim, quorum perſonalis induſtria electa eſt, oportet eſſe primos in opere.

4. Diebus Dominicis, & feſtis de præcepto, mandamus Parochis, ſub gravibus pœnis arbitrio noſtro reſervatis, ut in propria eccleſia parochiali, & non alibi, miſſam celebrent (5) hora populi commoditati congruentiori, quacumque conſuetudine in contrarium non obſtante. Illam prædictis diebus applicent pro populo (6), nulla recepta eleemoſyna, ſive congruam habeant, ſive non habeant; ad hanc enim applicationem ita arctantur, ut, neque, præſente cadavere, in Dominicis, & fe-

V

(1) *Conc. Rom. ad Tit. 16. cap. 3. Edict. Romæ evulgat. 1724. §. 10. in Append. relat.*

(2) *Idem Concil. Tit. 17. cap. 6.*

(3) *Conc. Trid. Seſs. 6. cap. 2., et Seſs. 23. cap. 1. de Reform. Conc. Rom. tit. 17. cap. 6.*

(4) *Cap.* Extirpandæ §. qui vero *de Præbendis Nicolion. verbo Cura num. 5. Sac. Cong. Conc. in Groſsetana 16. Septembris 1645. lib. 17. Decret. pag. 514.*

(5) *Sac. Congr. Conc. in Lucana 15. Septemb. 1625., et 17. Novemb. 1629.*

(6) *Bened. XIV. Conſtit.* Cum ſemper oblatas *19. Auguſti 1744.*

festis de precepto applicare possint Missam pro defuncto (1) & ad alium diem transmittere Missam pro populo applicandam; neque huic applicationi pro populo suppleri possit per alium sacerdotem. Si vero parochi sint de gremio capituli, adstricti ad Missam conventualem applicandam pro benefactoribus, tunc diebus prædictis (2) per alium applicare tenentur pro populo.

5. Festos dies, & sacra Jejunia de præcepto, ut suis in locis ediximus, inter Missarum solemnia in præcedenti festivitate populo denuntiet. Edicta, & ordinationes nostras, quæ rectum Diæcesis regimen concernunt, Apostolicas item constitutiones juxta præceptum nostrum populo annuntient; & indulgentias à sede Apostolica concessas, & a Nobis recognitas publicent, sermonem brevem habentes de operibus injunctis, & valore pro eorum acquisitione. Diebus Dominicis in Missa Parochiali, aspersionem aquæ benedictæ super populum, juxta ritum Missalis faciant, quatenus ecclesia non sit collegiata, in qua hujusmodi aspersio fiat in Missa conventuali. Candelas in Purificatione B.M.V. cineres feria IV. in capite Jejunii, palmas in Dominica majoris Hebdomadæ juxta Rubricas Missalis benedicant, & populo distribuant, curando ejus petulantiam, & insolentiam compescere, ut devolute & modeste ad sacras actiones procedant; caveant candelas, & Palmas ad ædes sæcularium transmittere, nisi aliquo legitimo sint impedimento detenti accedendi ad ecclesiam (3), non obstante quacumque consuetudine. Functiones ultimi tridui majoris Hebdomadæ, & benedictionem domorum in Sabbato Sancto agere non pretermittant. In commemoratione omnium fidelium defunctorum post celebratam Missam, absolutionem faciant pro Animabus, quarum corpora in sepulchris, & cœmeterio Parochiæ tumulata sunt. In præcipuis anni solemnitatibus earum Mysteria populo explicent; devotionem, pietatem, & religionem erga Deum, Beatissimam Virginem Mariam, & Sanctos promovere studeant, consuetas devotiones, & particulares Processiones non negligant, & præcipue ter in Hebdomada in ecclesia, ubi sodalitas sanctissimi Rosarii erecta est, idem Rosarium publicè recitent. In aurora, me-

(1) *Sac. Congr. Conc. in Fesulana Miss. Paroch. 26. Jannarii 1771.*

(2) *S. Cong. Conc. in Viterbien. 31. Martii 1708. In Sutrina 12. Januar. 1709. In Tusculana 13. Aprilis 1709. In Calneoregen. 19. Augusti 1713. et in Amalphitana 13. Aprilis 1715.*

(3) *Conc, Mediol. III. part. 3. tit. 1. Sacr. Congr. Ep. in Triventin. 31. Januarii 1581. et 26. Martii 1585. et in Spoletana 14. Januarii 1633. apud Barbos. de Offic. et Potest. Parochi part. 1. cap. 12. num. 5. et in seq. Addit.*

meridie, & vespere pro salutatione B. M. V., & circa horam primam noctis pro præcibus erga defunctos, omnino curent signum dare sonitu campanæ sub pœnis arbitrio. Ecclesiarum & altarium cultum, sacrarumque supellectilium nitorem sedulo conservent, & nimium affectum (1) erga conjunctos, (qui charitatem in Deum, & proximum infirmat) deponentes, soliciti sint ecclesiæ suæ, (2) invigilare, decorem ejus augere, nitorem conservare, ac bona contueri; & præcipue sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum omni decore, & ornatu asservari curent.

6. In Sacramentorum administratione sint solliciti, eaque reverenter, & prompte populo suo cum debita charitate (3) administrent, ne de ipsis verificetur, quod *Parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis*. Ad requisitionem Parochianorum confessiones audiant; diebus vero festis diluculo ad Ecclesiam se conferant, & se exponant in sede Confessionali. Adolescentes autem, qui per ætatem, ac maturiorem judicii usum, Sacramenti Penitentiæ, atque etiam Eucharistiæ capaces videntur, ad se advocent, sedulo instruant, & curent, ne diutius his cælestibus donis privati remaneant. Præcipue diligenter invigilent (4) ne aliquis discedat e vita, quin prius omnia Ecclesiastica Sacramenta receperit; Ægrotos igitur, etiam non vocati, visitent sæpe, piis exhortationibus consolentur: Benedictiones infirmorum in Rituali præscriptas non negligant: atque eorum necessitatibus corporalibus piorum eleemosynis subvenire satagant. Si quis absque sacramentis culpa Parochi ex hac vita migraverit, ultra Divinam ultionem, à nobis severe punietur, & si iteratis vicibus in eamdem culpam inciderit, contra eum usque ad privationem Beneficii, vel ad tempus, vel in perpetuum procedetur: Quapropter cuncti ad quorum notitiam talis culpa pervenerit (5) Nobis, aut Vicario Nostro Generali denuntient, ne exemplo impunitatis hæc negligentia in perniciem transeat animarum.

7. Paterno affectu, opportunis cohortationibus, ac monitis, suorum parochianorum dissidia, & contentiones, jurgia item, & familiares lites componere studeant, paterne primum admonendo, constantia deinde sacerdotali arguendo, & incre-

(1) *Conc.Trid. Sess.25. cap.1. de Ref.*

(2) *Cap.*Pulchra *distinct.* 86. *Concil. Mediol. III. tit. de Parochis.* *capit.* Officium. *de Offic. Archipresbyt.* *cap.* Ministerium *eodem titulo* §. Si Episcopus.

(3) *Conc.Trid. Sess.23. cap.1. de Ref.*

(4) *Cap.* Presbyt. *de consecr. dist.* 2.

(5) *Conc. Mediol.IV. part.2. tit. Quæ pert. ad Extrem. Unction.*

pando; cum zelo tandem nobis denuntiando, pariformiter ſtuſteant, ne in ſuis parochiis verſentur publici crimінoſi, blaſphemi, uſurarii, utriuſque ſexus concubinarii, seu de incontinentia ſuſpecti, & cum ſcandalo conviventes; advenæ quoque, & exteri diverſi ſexus ſimul cohabitantes, niſi ipſis per legitimas probationes conſtiterit, vel de illorum arcto ſanguinis vinculo, vel matrimonii fodere contracto: Conjuges item a communi toro ſeparati; & qui in paschate ad ſacram Communionem non acceſſerunt. Hos omnes, & ſimiles admoneant, & arguant, &, ſi nihil proficiant, ad nos deferant, ne de eorum animabus rationem ſupremo, & æterno paſtori, ipſi ſint reddituri.

8. Habeant Parochi libros neceſſarios pro animarum directione, & proprio muneri debite adimplendo; præſertim Sacram Bibliam, Concilium Tridentinum, Catechiſmum Romanum, noſtram hanc Synodum, Doctrinam majorem Cardinalis Bellarmini, atque homiliarum ſaltem unum, Theologiæ moralis alterum, rei aſceticæ tertium probatum auctorem. Pro uſu eccleſiæ Miſſale, Breviarium, & Rituale Romanum: Pro Parochia vero quinque libros parochiales, ut ſuis in locis notatum eſt; & inſuper ſecretum librum monitionum, in quo trinæ adnotentur monitiones ab iiſdem parochis paterne factæ iis, qui carnis vitio dediti ſcandalum afferunt populo. Præfati libri Parochiales una cum Codicibus, Inventariis, & ſcripturis ad jura parochiæ pertinentibus, diligenter ſub clave conſerventur; copiam autem ſtatus animarum ſingulis annis parochi ut ediximus parte 2. cap. 4. §. 14. hujus Synodi nobis exhibeant. De hiſce libris in ſacra Viſitatione rationem exigemus ſub gravioribus pœnis.

9. Parocho graviter infirmo (1) tam ipſi, quam populo eidem commiſſo, vicinior Curatus ſacramentra miniſtret, eique defuncto juxta perſolvat, niſi parochia ſit de coadjutore ex noſtra permiſſione proviſa. Vacante autem parochia (2) idoneum in ea vicarium nos conſtituemus, qui onera ipſius ſuſtitueat, donec ei de Rectore provideatur.

10. Hæredes Parochi defuncti, conſanguinei. & affines, ac quicumque alii non audeant aliquod ad eccleſiam pertinens, e domo ab eo inhabitata, vel ab eccleſia amovere, vel alio aſportare, ſive per ſe, ſive per alios, ſub pœna excomunicatio-

(1) *Conc. Mediol.II. tit.2. Decret.15.* (2) *Conc.Trid. Seſs.24. cap.18.de Ref.*

tionis, latæ sententiæ, contra alienantes bona Ecclesiæ, inflictæ, & incumbat Vicario Inventarium facere, ne bona, libri, & Scripturæ, aliaque ad Ecclesiam spectantia occupentur vel occultentur. Successor autem Parochi prædefuncti Anniversarium cum missa quotannis pro ejus anima celebrare non prætermittat.

CAPUT IV.

De Examinatoribus Synodalibus.

I. Cum maximè expediat Animarum saluti (1) a dignis, atque idoneis Parochis gubernari; multumque conferat Examinaminatorum Synodalium judicium in eligendis ab Episcopo, quos cæteris magis idoneos ipse judicaverit: ideo ipsos in Domino monemus, quod memores juramenti (2), quo se obstrinxerunt, quacumque humana affectione postposita, fideliter munus executuros; juxta formulam quam damus in Appendice num. 11. §. III. mature, & prudenter Officii sibi commissi partes expleant ne quod sancte, & religiose spoponderint, perjurii rei violent, & conculcent.

2. Diligenter inquirant in examinandis ad Curam Animarum, de eorum (3) ætate, institutione, gravitate, & honestate morum, prudentia, muniis antea exercitis, & an tales demum sint, qui oves suas verbo, & exemplo juvare possint: deessent enim muneri suo (4) si doctrinæ tantum Judices essent; nec inquirerent, qui præ aliis, probitate morum, laboribus, præstito antea Ecclesiæ obsequio, cæterisque dotibus ad officium Parochi cumulate obeundum necessariis, essent idonei, & commendabiles. In proponendis casibus, ea secernant, quæ ad munus pertinent Parochiale, & exercitium concernunt curæ animarum: Casus non proponant problematicos: ab inutilibus, & implicatis quæstionibus abstineant, & nec nutibus, neque verbis examinandos deterreat; sed benignitatem eis demonstrent, cavendo tamen, ne verbis, aut signis aliquod illis indicent.

3. Caveant ulterius Examinatores Synodales, (5) ne causa, vel

(1) *Conc. Trid. Sess. 24. cap. 18. de Reformat.* (2) *Idem loc. cit.*

(3) *Bened. XIV. Constit. Cum illud 14. Decembr. 1742.*

(4) *Sac. Congr. Conc. apud Garziam de Benef. part. 1. cap. 7. num. 11.*

(5) *Conc. Trid. loc. cit.*

vel occasione examinis quid prorsus etiam minimum , neque exculentum , neque poculentum , etiam gratis , & sponte oblatum , nec ante , nec post examen accipiant , alioquin in Simoniæ labe tam ipsi , quam alii dantes incurrunt , a qua absolvi nequeunt , nisi dimissis beneficiis , quæ quomodocumque etiam antea obtinebant, & ad alia imposterum inhabiles redduntur . Ulterius quempiam non commendent , ut cæterorum vota possint acquirere in aliorum præjudicium , neque privatim aliquem instruant , alias a munere examinandi arcebuntur , aliisque pœnis arbitrio nostro afficientur.

CAPUT V.

De Clericis Seminarii , & Scholis Puerorum .

I. Cum adolescentium ætas (1) nisi recte instituatur , prona sit ad mundi voluptates sequendas , & nisi a teneris annis ad pietatem & Religionem informetur , antequam vitiorum habitus totos homines possideat , numquam perfecte , ac sine maximo , & singulari propemodum Dei omnipotentis auxilio , in Ecclesiastica disciplina sit perseveratura ; præcipua proinde Nostra cura debet ea esse , ut in Nostris Civitatibus , & Diecesibus præstanti ingenio habeantur adolescentes , qui ad pietatem , & studia informati , vineam Domini aliquando excolere possint , & animarum salutem procurare . Sicuti ergo in seminario Nostro Diœcesano in quo adolescentes , aluntur , prima pietatis , & doctrine semina jaciuntur , ex quibus temporum progressu fructus amplissimus oriatur; ideo pro ejusdem Seminarii recto gubernio , sequentes ordinationes observandas proponimus , & præcipimus , ut qui ibi educantur , tamquam ad Sacerdotale munus vocati , probitate morum , & doctrinæ integritate præfulgeant , ut pietate , & litteris diligenter exculti , universam mox Diœcesim Evangelicis valeant ministeriis excolere . In præfato igitur Seminario recipiantur , qui ad minimum (2) duodecim annos , & ex legitimo matrimonio nati sint , ac legere , & scribere competenter noverint , & quorum indoles , & voluntas spem afferat , eos Ecclesiasticis ministeriis perpetuo inservituros ; quapropter nulli scripto dabitur facultas ingrediendi , nisi prius exhibitis documentis , & peracto examine .

2. Alu-

(1) *Conc.Trid. Sess.23. c.18. de Ref.* (2) *Idem loc. citat.*

2. Alumnorum undecim numerus absq. alimentorum solutione pro sexennio jam præscriptus fuerat, ut duo videlicet ex qualibet trium nostrarum Civitatum, unus autem ex locis Diœcesis assumerentur, exceptis locis Arcis Siccæ, & Arcis Gurgæ, quorum singuli Alumni medietatem alimentorum, nempe scutata quindecim solvere tenebantur pro anno scholastico & dempto item loco Sancti Felicis, qui jure caret retentionis Alumni; sed quoniam morem a pluribus annis postea introductum comperimus viginti duos retinendi Alumnos, duplicato respectivo numero in Civitatibus, & Locis prædictis, soluta tamen alimentorum congrua portione: Nos attendentes, hujusmodi Alumnorum incrementum in majorem utilitatem, & spirituale beneficium Cleri, & Populi vergere, ut plures bonæ indolis, & optimæ spei adolescentes in pietate, & scientiis instituantur, hujusmodi morem approbamus, & præsenti synodali constitutione in posterum observari sancimus. Cum igitur aliquem locum Alumni vacare contigerit, publicari mandamus in Civitate, vel Loco, ex quo novus est assumendus Edictum, quo ad examen coram nobis, vel Vicario Nostro Generali, aliisque Deputatis habendum, invitentur ex ea Civitate, vel Loco, qui periculum subire velint, Adolescentes præstantioris ingenii: Peracto autem examine, qui reliquis, ingenio, studio, scientiaque præstiterit, hic cæteris paribus, in locum vacantem admittetur, antehabitis tamen (1) (cæteris item paribus) pauperum filiis. Non ideo a Seminario nostro divitum, & exterorum liberos excludimus, modo suo sumptu alantur, & studium præseferant Deo, & Ecclesiæ inserviendi. Si Convictores recipiantur ad statum Ecclesiasticum non vocati, ut bonos mores, & scientias addiscant; caveatur, ut potius Spiritum induant Ecclesiasticum, non autem ex eorum contubernio Clerici mores discant sæculares.

3. Statuimus insuper (2), quod Alumni, prius quam recipiantur, obligent se in forma valida, cum idonea fideiussione parentum, vel consanguineorum, vel aliorum; qui idonei sint, ad sacros ordines in sæculo, vel in Religione ascendere, vel de sibi præstitis alimentis seminarium reintegrare, specificata summa pro singulis annis solvenda, quatenus volubilitate animi, & quadam mentis inconstantia conjugium fuerint præelecturi, vel si culpa sua Ordinibus efficiantur indigni, vel a Seminario expellantur, vel si ad nudum, & simplicem statum laicalem redierint, & ad Sacros Ordines post completum vigesimum quintum ætatis an-

(1) *Concil. Trid. loc. cit.*

(2) *Syn. Oldo 1728. par. 3. c. 3. n. 5.*

annum non afcenderint (1) . Reintegrare pariter Seminarium , de præftitis alimentis teneantur , etiamsì ab ipfis Alumnis nulla fuerit facta obligatio ; cum omnes hac lege Synodali in Seminario cenfeantur admiffi .

4. Ut Alumni juxta Apoftoli (2) monitum in difciplina , & correptione Domini educentur , Regulas , & leges fideliter fervent , quas , pro eorumdem inftitutione in prima noftra Vifitatione ftatutas , præfenti Synodali Decreto denuo approbamus , & confirmamus . Moderatores autem Seminarii enixe rogamus in Domino , ut exacte earumdem legum obfervantiæ diligenter invigilent , congruam à Domino retributionem accepturi . Sex annos Alumni in Seminario permanebunt . Cupimus autem , ut longiori tempore propriis impenfis ibi fiftant , donec pro uniufcujufque indole , ftudiorum omnium curfum abfolvant . Dividantur omnes in varias claffes , juxta eorum numerum , ætatem , & in difciplina Ecclefiaftica progreffum . Tonfura , atque habitu clericali femper utantur , talari fcilicet Alumni vefte violacea , Convictores nigra , non lacera , non fordida , non pulverulenta , fed gravi , & compofita , qualis decet Clericos . Inftituantur fedulo in Grammatica , in Rethorica , in Philófophia , & in facra Theologia . Incumbant quoque ftudio facræ Scripturæ , Concilii Tridentini , Cathechifmi Romani , aliorumque Ecclefiafticorum librorum : Sacramentorum Ritus , & Ecclefiafticas cæremonias , cantum Gregorianum , & computum Ecclefiafticum addifcant . Nemini autem liceat ftudiorum ordinem pervertere , neque ab una Claffe ad aliam , aut ab una ad aliam facultatem tranfire , nifi in examine coram Nobis , aut Vicario Noftro Generali , aliifque ad id Deputatis habendo , fuerit repertus idoneus .

5. In primis vero in Deum pietas , & religio teneræ Juvenum menti alte à Magiftris imprimatur . Inftruantur potiffimum recta methodo orandi , & meditandi , atque devoto modo Sacramenta fufpiciendi . Afficiantur amore devotionis , præcipue . Paffionis Jefu Chrifti Domini Noftri , Sanctiffimæ Euchariftiæ Sacramenti , & Beatiffimæ Mariæ Virginis Immaculatæ ; propterea fingulis diebus Miffæ Sacrificio interfint , fingulis quindenis confiteantur peccata fua , & juxta Confeffarii judicium facram percipiant Communionem , quam in facris ordinibus confti-

(1) *Sac. Cong. Conc. in Civitatis ducalis 7 Augusti 1683. In Verulan. 20. Martii.1686., et in Cesenaten. 26. Februarii 1695. Rota decis.295. part. 19. tom. 1. recent.*

(2) *Ad Ephes. 6. 4.*

ftituti fingulis Dominicis, & Feftis folemnioribus, univerfi autem fingulis menfibus in Dominica fecunda fimul in Miffa folemni, etiam ad exemplum Populi percipiant. Singulis annis fub initium Novembris octo dies Spiritualibus vacent exercitiis. Ecclefiæ Cathedrali diebus, & modo in Regulis præfcriptis inferviant, Angelicam modeftiam præfeferentes, divinasque laudes compofitis vocibus ritè, & graviter modulantes.

6. Extra Seminarium Alumni, & Convictores clericalem modeftiam oftendant; bini incedant; extraneum neminem ad confortium, vel ad colludendum admittant, fine ejufdem Præfecti licentia, in cafibus tantum permiffis concedenda juxta regulas. Rarò admodum infra annum domum propriam, rarius confanguineorum, rariffimè autem, & ex urgertiffima tantum caufa extraneorum adeant: Et fi alicui facultas fuerit conceffa, affociatus procedat, & ante noctem revertatur ad Seminarium, & caveat pro arbitrio fuo alio divertere, fub gravibus pœnis. In Bacchanalibus tamen, iifdem inhibemus ad proprias, vel confanguineorum domos redire, ne commixti inter fæculares difcant opera eorum, & fiant ipfis in fcandalum. Feriis Autumnalibus, fi licentia ad proprias ædes redeundi concedatur, revertantur tempore præfcripto, cum litteris teftimonialibus proprii Parochi, in cujus Parochia morati fuerint, quibus doceant de eorum honefta converfatione, de Sacramentorum participatione, de doctrinæ Chriftianæ frequentia, & de Ecclefiæ fervitio. Nulli pateat ingreffus ad officinas inferiores, & fuperiores ædes feminarii, nec cum Alumnis, & Convictoribus colloqui liceat, nifi cum licentia Rectoris, mulieribus autem (exceptis Matribus, & confanguineis) non indulgeatur hæc conniventia, fub gravi pœna imponenda contra eafdem mulieres.

7. Si quis in progreffu permanentiæ in Seminario, rudiori effe Minerva cognofcatur, five ad vitia proclivis Ecclefiafticæ difciplinæ defertor, five in quo virtutum profectus, & morum emendatio defperetur ad nos deferatur; ut, illo remoto, alius fervatis fervandis fubftituatur.

8. Seminarii Rector, præceptores, præfecti, aliique miniftri adolefcentibus morum innocentia, & optimo exemplo præluceant, illofque pietate, litteris, & humanis officiis diligentiffime inftituant, diftrictam pro illis Deo rationem redditiri. Seminariftæ vero illis honorem, & obfervantiam præftent, Rectori autem omnimodam reverentiam, & obedientiam; aliter pro modo culpæ punientur, ufque ad expulfionem. Nullum

 au-

autem Seminarii Officiales, quovis prætextu, fine Noſtra ſpeciali in ſcriptis licentia in eodem ſeminario hoſpitio recipiant, vel admittant, neque ad menſam, neque ad pernoctandum; & cætera omnia, quæ in regulis, Statutis, & conſtitutionibus Seminarii præſcripta ſunt ſedulo obſervent, & obſervari faciant.

9. Seminarii œconomus, ſive Adminiſtrator infra ſex Menſes Inventarium conficiat omnium bonorum, Jurium, & ſcripturarum, & in Archivio reponant. Habeat penes ſe librum, in quo Adoleſcentium nomina ſint deſcripta, cum die, menſe, & anno eorum receptionis, nec non librum obligationum, quæ ab unoquoque Alumno modo ſupra indicato fieri debent.

10. Enixe in Domino obteſtamur, & hortamur Magiſtratus, omneſque alios ad quos in noſtra Diæceſi ſpectat; ut in electione Ludi magiſtrorum, optimos perquirant, qui Adoleſcentes ſcientia, & Chriſtianis moribus imbuant. Electi autem, requiſiti coram nobis compareant; ut diſcuſſi (7) approbationem Noſtram ſuper moribus, & Doctrina Chriſtiana reportent; prætereaque Fidei Profeſſionem emittant, prout ediximus part. 1. cap. 1. § 3. Cæteris Magiſtris, mandamus, ne (8) ſine noſtra ſcripta approbatione Scholas, etiam Grammaticæ aperiant ſub pœnis arbitrio. Studii exercitationes Magiſtri ſemper inchoent, & concludant pia aliqua oratione, & ſæpe in docendo incitamenta inferant ad timorem Domini, & peccati fugam: invigilent, ut ſecum quotidie pueros ducant Miſſæ ſacrificium audiendum: Curent, ut ſaltem ſingulis quindenis, & ſolemnioribus Feſtis Sacramento Pœnitentiæ animam expient, & qui ad debitam ætatem pervenerint ſacram recipiant Euchariſtiam. Uno die cujuslibet hebdomadæ Doctrinam chriſtianam (9) eos ex propoſito doceant, & diebus feſtis ad Eccleſias ducant, vel mittant, ut decrevimus part. 1, cap. 2. § 5. Diebus feſtivis nihil aliud eos docere poſſint, quamquod ad Religionem, & bonos mores pertinet; & ab eis exigant, ut diebus feſtivis nedum ad Miſſas, ſed etiam ad Veſperas, divinaque officia audienda, ad Eccleſias accedant, & ſimiliter ad prædicationes, & ſermones audiendos impellant. Nihil unquam contra bonos mores, aut quod ad impietatem inducat, eos

(1) *Syn. Civit. Castellanæ Lanucci. Sac. Congr. Conc. in Asculana* 28. *Junii* 1691. *apud Monacell. formular. tom.* 1. *tit.* 3. *formul.* 12.

(2) *Cap.* 1. *cum sequent. de Magistris, ubi Glossa verbo Idonei Conc. Lateranense V. Sess.* 9. *Conc. Trid. Sess.* 5. *cap.* 1. *de Ref. Gavant. Verbo Ludi Magist. n.* 5.

(3) *Sac. Cong. Conc. in Spalaten. Doctrinæ christianæ* 17. *Julii* 1688. *lib.* 38. *Decret. pag.* 336. *Conc. Lateran. V. Cap.* Statuimus *de Magis. Schol.*

eos docere præsumant. In Gymnasio adsit semper sacra imago Domini Nostri Jesu Christi, vel Beatæ Virginis Mariæ, coram qua discipuli devote Orationes effundant, & præcipua cura sit Præceptorum tenellis illis animis religionem, & pietatem inferere. Quicumque in iis, quæ ediximus deliquerit, congruis pœnis in jure statutis, aliisque arbitrio nostro punientur.

11. Vicariis Nostris imponimus, ut puerorum quascumque scholas sæpe invisant, & si quid Nostra indigeat providentia, nobis referant.

CAPUT VI.

De Regularibus, aliisque exemptis.

I. Regulares omnes in Vinea Domini positos, ut operentur, & custodiant illam, paterna charitate complexi per amanter hortamur, atque enixe in Domino rogamus, ut quilibet pro instituti sui ratione, facultatibus uti, quas illis dedimus, nostrique adjutores esse velint in hac excolenda Dominicæ vineæ parte cujus culturæ & custodiæ, summa pro viribus vigilantia excubare Nos oportet. Eorum Privilegia Apostolica illibata volumus, & vigilantiæ, ac providentiæ remittimus suorum Superiorum, ut juxta regulam, quam professi sunt, vitam ipsi componant, & instituant. Meminerint autem, aliqua esse Capita, in quibus á sacris Canonibus, Concilio Tridentino, & constitutionibus Apostolicis delegata Jurisdictio (1) Nobis est commissa, coercendi scilicet, ubi opus fuerit, Regulares, & alios exemptos.

2. Conventus omnes Regularium non suppressi (2) in quibus non aluntur saltem sex Religiosi, quorum ad minus quatuor sint Sacerdotes maturæ ætatis, annorum nempe Quadraginta completorum, Visitationi, correctioni, & omnimodæ nostræ jurisdictioni delegatæ subduntur. Conventus cum pauciori numero quam duodecim Religiosorum (3) erecti post diem 21. Junii 1625. eidem nostræ jurisdictioni subiiciuntur. Conventus autem in Constitutione (4) Innocentii X. suppressi, ac deinde ex rationabilibus causis restituti jurisdictioni nostræ locum ha-

X 2 bent

(1) *Vide Fagnan. in cap. Grave de Offic. Ordin. n.37. et seqpent.*

(2) *Decret. Sacr. Congr. super statu Regul. 10. Februarii 1654. incip.* Ut in paucis *et 17. Julii 1655. ad Dub.21.*

(3) *Decret.* Ut in paucis, *mox citat.*

(4) *Innocent. X. Constit.* Instaurandæ *15. Octobris 1652.*

bent (1) donec ipsorum redditus adaucti ita fuerint, ut in eis commode duodecim Religiosi sustententur. Interea vero nisi alantur sex saltem Religiosi probatæ vitæ, ex quibus quatuor adminus sint Sacerdotes, gratia restitutionis nulla est, & invalida, ut nostrum sit semper jus, & facultas in illis Conventibus exequendi ea omnia, quæ in suppressis demandantur, perinde, ac si gratia restitutionis non emanasset; declarationes vero super his jussu Alexandri VII. (2) editas servari mandamus.

3. Religiosi degentes extra claustra etiam cum Superiorum obedientia, vel licentia, nullius Privilegii prætextu tuti censeatur, (3) quominus si deliquerint, a Nobis tamquam super hoc a Sede Apostolica delegatis, secundum canonicas sanctiones visitari, puniri, & corrigi valeant. Degentes vero in claustris, (4) si extra illa, vel (5) in Ecclesia publica notoriè cum scandalo deliquerint, a suis superioribus intra tempus a Nobis præfigendum severe puniantur, ac superiores ipsi de punitione Nos certiores faciant; neque antea impunitos ad alium suæ Religionis Conventum extra nostram Diæcesim transmittant; alias nos in delinquentes, prout juris est, animadvertemus:

4. Cuicumque Regulari cujusvis gradus, & dignitatis, cum monialibus, aut aliis intra claustra degentibus, colloqui vetitum est, etiam ad modicum tempus, sub quavis causa, & quæsito colore, etiam concionandi, spirituales sermones habendi, vel Missam in eorum Ecclesiis celebrandi (6) sub pœna privationis officiorum, ac vocis activæ, & passivæ ipso facto incurrenda, atque etiam excommunicationis in subsidium. Nullus autem audeat cum iisdem Monialibus, cæterisque fœminis in Monasteriis degentibus, per litteras tractare etiam pro spiritualibus instructionibus, & consiliis, absque nostra in scriptis obtenta facultate. Verùm facultate nobis tributa, (7) arbitrio nostro reservamus licentias concedere Regularibus alloquendi Moniales in primo, & secundo tantum consanguinitatis gradu conjunctis, per quatuor tantum vices, exceptis diebus festivis, Adventus, & Qua-

 dra-

(5) *Decr.* Ut in paucis *sup.citat.*

(1) *Sacr. Congr. super statu Religios. 17.Julii 1655. ab Alexand. VII. approb.*

(2) *Concil.Trident. Sess.III. cap.6. de Refor., et Sess.25. cap.14. de Regular. cap. final. §. Si vero de statu Monachor.*

(1) *Conc.Trid. Sess.25. loc.cit., Clemens VIII. constit. Suscepti muneris 23. Februarii 1596.*

(2) *S. C. Conc. relat. a Sperello Decis.38.num.15. Girald. tom.3. Sect.169.* §. Quod si quæras.

(3) *Sacr.Congr. Epis. in Decret. jussu Urbani VIII. 19. Novembr. 1633., et dubb. declarat. 7. Iunii 1669., et 12. Maii 1678. approbat. a Clement. VIII. Bened. XIV. de Synod.*

(4) *Urb. VIII. Decr. 19. Nov. 1623*

dragesimæ temporibus, aliisque in licentia exprimendis, pro die, & hora certa, & cum præsentia auscultatricum.

5. Regulares paramenta, & ornamenta Ecclesiastica (1) pro usu tantummodo suarum Ecclesiarum, non autem alienarum benedicere possunt: Sacerdotes sæculares exteros ad sacrum peragendum in suis Ecclesiis non admittant, nisi prius horum litteræ testimoniales (2) per Nos, aut Vicarium nostrum recognitæ, & approbatæ fuerint. Cætera item omnia, quæ ad custodiam attinent Sanctissimi Sacramenti Eucharistiæ, ejusque expositionem, vel prohibitam administrationem in Dominica Resurrectionis Domini; & quæ de aliorum sacramentorum, ac præsertim Pœnitentiæ administratione, de Ordinum receptione, de Verbi Dei prædicatione, de casuum moralium congregatione, sacræ Scripturæ lectione, de Indulgentiis Reliquiarum expositione, de Sacramentalibus, Processionibus, & hujusmodi, suis quæque capitibus in hac Synodo a Nobis sancita sunt, probè calleant, & quantum ad ipsos pertinet, exequantur.

6. Feminæ cujusque conditionis, & gradus (3) sedulo caveant, ne ingrediantur Claustra, Septa, Cænacula, Cubicula, aliasque officinas Monasteriorum quorumcumque virorum Regularium, etiam sub pietatis, ac religionis prætextu, cum supplicationes, & processiones a Regularibus fiunt per Clausuræ loca, cum sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, sacris Reliquiis, Statuis, & Imaginibus, etiam ut Indulgentias lucrari valeant; sub pœna excommunicationis majoris ipso facto incurrenda.

7. Nemo septennio major laicorum hominum extra clausuram degens (4) cujusvis Ordinis Religiosum habitum induere præsumat, qui secus fecerit, punietur.

(1) *Leo X. const. Religionis. Sacr. Congr. 24. Augusti 1609., 18. Augusti 1629., 14. Martii 1642. relat. a Ferrar. verbo Benedictio. Alexand. VII. Decret. Sac. Cong. 27. Septembr. 1659.*

(2) *S.C.Conc. 17. Nov. 1594. lib. 8. Decret. pag. 78.*

(3) *Bened. XIV. Const.* Regularis disciplinæ 3. *Februarii 1742.*

(4) *Litt. S. C. jussu Urb. VIII. 1627.*

CAPUT

CAPUT VII

De Monialibus .

I. Virgines Deo dicatæ , a Mundi periculis ereptæ , & a sæculi consortio segregatæ , cum (1) optimam partem elegerint , beneficium agnoscant , Deoque optimo maximo acceptum referant , ac spiritualibus deliciis prægustatis , despiciant vana Mundi oblectamenta , & suo Sponso Christo intus (2) placere omni conatu studentes in charitate , in patientia , in puritate , in reliquis virtutibus ad cælestes , & æternas delicias aspirent ; ut ita sollicite (3) semper quæ Domini sunt , quomodo placeant Deo , Sanctæ Corpore , & Spiritu , bonorum operum oleum secum habentes (4) , cum venerit Sponsus , paratæ intrent cum eo ad cælestes nuptias . Nostra igitur præcipuæ solicitudinis cura in hac Gregis Christi illustriori portione versatur , ut magis magisque Sanctimoniales Virgines , quæ habitant (5) in Domo Domini ascensiones in corde suo disponant , & euntes de virtute in virtutem , perfectam sanctitatem consequantur ; Ideoque ad ipsas conversi , infrascriptas ordinationes observandas proponimus , & jubemus .

2. Moniales igitur omnes , quæ in solemni Professione sese voverunt Deo , habitum proprium Regularem , qui modestiam , humilitatem , & paupertatem præferat , semper gestent : Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum singulis saltem Dominicis , & solemnioribus festis , sæpius vero ad Confessarii arbitrium , & prudentiam , devote suscipiant : Horas Canonicas alternatim in Choro cum pausa , attentione , & devotione recitent ; nec ulla audeat absque licentia Abbatissæ , & rationabili causa a Choro vertere : Orationibus communibus , & etiam privatis sedulo incumbant ; & præcipue orationem mentalem quotidie colant per horam , vel semihoram : Solitudinem colant , Capitulum culparum statutis temporibus præcipuo fervoris , & humilitatis sensu , non prætermittant : exercitiis spiritualibus per decem dies singulis saltem annis incumbant ; & Regulas , & Constitutiones Monasterii , quorum aliquod caput in Refectorio perlegi mandamus , optime calleant , & sedulo observent : libros autem , qui pietatem , & Religionem non redoleant , penes se non retineant,

(1) *Lucæ* 10. 42. (2) *ad Corint.* 5. (3) 1. *ad Corint.* 7. 34. (4) *Matthæi* 25. 4. *et* 10. (5) *Psal.* 83. 5.

neant, & ne ex aliquibus illorum pro antidoto venenum imbibant, mandamus Abbatissæ, ut in Sacra Visitatione Indicem nobis exhibeat omnium librorum in Monasterio existentium, ad effectum eos recognoscendi, & approbandi.

3. Ne paupertatis votum moniales in discrimen adducat salutis æternæ, mandamus, ut vitalitia, seu livella, & alia quæcumque peculia, quæ ipsis in subsidium religiosæ indigentiæ permittuntur, reponi debeant in communi ærario Monasterii, sub dispositione Abbatissæ. Hujusmodi deposita nominatim describantur in libello claudendo in dicto ærario; & ex ipsis depositis, illarum necessitatibus religiosis, prout opus fuerit, Abbatissa succurrat; quod vero superfluum fuerit in beneficium Monasterii subvertere possint. Causa cujuscumque officii ineundi, vel gerendi, aut expleti, Moniales particulares expensas quascumque facere in virtute, S. obedientiæ (6) & sub pœna privationis ab Officio, & voce activa, et passiva, Nobis reservata districte prohibemus. Quod autem in nostris Monasteriis exacta vita communis ob pauperem censum servari nequit, indulgemus, ut Abbatissa pro minutis quotidianis necessitatibus, permittere possit monialibus parvam pecuniæ summam ad liberam dispositionem in manibus retinere. Caveant autem moniales, ne extra Monasterium pecunias, vel aliud quidquam retineant, inscia Abbatissa. Caveant item, ne lucri aviditate in labore manuum effervescant, neque negociationem quamcumque Regularibus personis prohibitam exerceant. Circa munerum largitiones, sanctiones (7) Clementis VIII., & Urbani VIII. Religiosæ servent, sub pœnis fulminatis, neque ipsis liceat quidquam donare, commodare, aut in eleemosynam elargiri, neque ex pane, aliisque eduliis, qua ex communi mensa supersint, vel quomodocumque disponere, sine opportuna licentia.

4. Caveant moniales a quibuscumque deliciis, a molli, vanoque corporis cultu, & ornatu: Tonsuram (8) singulis mensibus renovent: non habeant quid auri, vel serici, vel quod sæcularem vanitatem, & fastum redoleat: Annulum non deferant, nisi juxta morem Monasterii in Professione cum benedictione assumatur: Telescopia, specula, & similia non habeant: Canes,(9) ca-

(1) *Litt.Encycl. de mandato Clem.XI.* 28. *Julii* 1708. *Sac. Congr. Episcop. in Olysipp.* 5. *Novembr.* 1616.

(2) *Clem.VIII Constit.* Religiosæ 18. *Urban.VIII. Constit.* Nuper 267.

(1) *Edict. Urbis* 19. *Septemb.* 1676.

(2) *Sacr. Cong. in Auximana* 1. *Octobris* 1627. *Apud Crispinum. Sac. Cong. Part. in Fulginat. Synod.* 25. *Julii* 1723.

catellos, ſues, aliaque id genus animalia in Monaſterio, & clauſura non retineant: Scenicas fabulas, vel etiam pias repræſentationes sub habitibus mentitis virorum non habeant: vana, & inutilia colloquia de ſæculi vanitatibus, & potiſſimum de iis, quæ candorem virginalem obnubilare, vel minimum poſſunt, omnino devitent, ſub pœnis arbitrio Noſtro. In collocutoriis prohibemus commeſſationes quaſcumque, & refectiones exterorum, etiam conſanguineorum abſque noſtra, vel Vicarii licentia: cantus, ſonos, homines, vel mulieres perſonatas, ludiones, & joculatores; & in vicinia Monaſterii ad decem menſuras vulgo *Canne* per circuitum, verba proferre minus honeſta, cantilenas, ſonitus, clamores facere, nec non aperiri vinarias tabernas; (1) ſub pœna carceris, & ſcutatorum decem, aliiſque arbitrio, pro qualibet earumdem tranſgreſſione. Si quis autem auſu temerario cum aliqua moniali, novitia, aut educanda, vel coram ipſis, de rebus obscenis (2) per verba, actus, vel litteras egerit, vel ad hæc cooperaverit, excommunicationem nobis reſervatam ipſo facto incurrat.

5. Strictè jubemus, ut clauſura inviolata religioſiſſimè ſervetur, & nulla unquam monialis extra ſacras ædes, exceptis caſibus a Jure permiſſis, efferre pedem, nec alius quiſpiam cujuſvis ſexus, gradus, & conditionis intra portas, vel alio inferre pedem, ſine noſtra licentia in ſcriptis, ſacrilego auſu præſumat, ſub pœna (3) excommunicationis ipſo facto incurrendæ Sedi Apoſtolicæ ſervatæ, aliiſque pœnis arbitrio noſtro; in quam cenſuram incurrant, qui Moniales egredientes excipiunt: ſicut quoad perſonas ingredientes, moniales quæ admittunt illas; vel aditum, vel exitum reſpective eis indulgent, conſulunt, vel permittunt. Sub eiſdem etiam pœnis violatæ clauſuræ, (4) pueros, ac puellas, etiam ætatis paucorum dierum, vel menſium, intra clauſuram admitti penitus prohibemus; quamvis in Rotis ponerentur, revolutis ex parte clauſuræ ipſis Rotis. Clauſuræ autem fores firmis cardinibus commiſſæ ſecure, & diligenter obſerventur. Interior (5) ſit una porta, cujus claves ſub no-

(1) *Edict. Urbis* 12. *Augusti* 1640. *apud Crispinium de Visitat.*

(2) *Can. Nec aliqua* 17. *quæst.*1.

(3) *Capit. unico de statu Regularium in* 6. *Conc.Trid. Sess.*25. *cap.*5. *de Reg. S. Pius V. Constit.* circa Pastoralis, *et Constitut. Decori. Gregor.XIII. Constit. Ubi gratiæ.*

(4) *Sac. Congr. Episc., et Regul. In Tudert.* 7. *Aprilis* 1579. *In Neapolit.* 22. *Martii* 1580. *In Cremon.* 12. *Febr.* 1585. *In Taurin.* 10. *Junii* 1650. *Synod. Oldo part.* . *cap.* 15. *num.* 6.

(5) *Sac. Cong. apud Crispin. de Visit. part.*2. §.42. *n.*73., *et* 108.

noctem penes Abbatissam deponantur, alia porta sit exterior, cujus claves minister Monasterii prope habitans retineat.

6. Neminem sive virilis, sive muliebris sexus admitti pro quavis necessitate patiemur intra septa Monasterii, nisi probatæ ætatis, & morum. Qui vero ingrediendi licentiam a Nobis obtinuerint, data facultate non abutantur, sed illam tempore tantum necessitatis adhibeant. Ad ostium Monasterii a duabus ex senioribus semper excepti recto tramite ad locum determinatum deducantur, præcedente Campanulæ signo, quo ceteræ moniales secedere moneantur, procul semper a quavis divagatione per monasterium, & a quacumque cum monialibus familiaritate. Soli, & liberi non relinquantur, (1) sed in loco opportuno, præsente moniali provectæ ætatis, quæ illos videre possit. In Monasterio cibum, vel potum non sumant, sub gravibus pœnis arbitrio nostro, tam contra ipsos, quam contra moniales administrantes. Opere completo, statim recto tramite egrediantur, sub pœna violatæ clausuræ. Nullus autem cum nostra licentia ante solis ortum, vel post occasum admittatur, exceptis dumtaxat confessario, medico, & chirurgo, summa urgente necessitate; & tunc, nocte intempesta, ipsi recipiantur in janua ab Abbatissa, seu Vicaria, & a duabus Monialibus gravis ætatis.

7. Collocutoria, quorum claves Abbatissa retineat, non aperiantur, nisi clara luce diei, & vespere claudantur ad signum salutationis Angelicæ. Numquam vero tempore Adventus, & Quadragesimæ aperiantur, nisi cum nostra, vel Vicarii expressa licentia. Moniales ad crates, vel Portas non accedant absque necessitate, vel rationabili causa, ne cum sæculari (2) & vano alloquio semper minus piè, & religiosè redeant ad cellam. Colloquia autem cum viris cujuscumque gradus, & conditionis (3) absolute prohibemus, vel ad Crates, vel ad Rotas, quacumque causa, vel prætextu, absque nostra, vel Vicarii licentia scripta, vel gravibus pœnis arbitrio nostro, & in subsidium etiam excommunicationis; exceptis Abbatissa, Vicaria, & Cameraria, sive Procuratrice Monasterii, pro hujus negotiis, vel necessitatibus. Viri autem Consanguinei, & affines in primo tantum, & secundo gradu possint cum Monialibus Consanguineis, vel affinibus colloquia habere. Verum nulla Monialis ad

Y col-

(1) *Nicolion. Verbo* Clausura *n.* 13. *Acta Mediolan. p.* 40. . Cum autem.

(2) *Cassianus Collation.* 6. *cap.* 15.

(3) *Benedict. XIV. Constitut.* Gravissimo 31. *Octobr.* 1749.

collocutoria (1) crates; & rotas accedat tempore Missæ, communionis, vel divinorum officiorum, orationis communis, mensæ, aliorumque communitatis actuum, nisi cum necessitate, & expressa Abbatissæ licentia; iisdemque temporibus janitrices caveant advocare Moniales ad crates, vel rotas. Sciant autem Moniales, ipsis permissum non esse alloqui, vel excipere (2) Gubernatores, vel etiam Præsules, & Episcopos alterius Diœcesis, nobis insciis, & non annuentibus. Adsient vero semper, cum quis Moniales alloquitur, auscultatrices ad crates (3), quæ audire, non autem videri ab exteris possint. Caveant præsertim Moniales sub strictissima prohibitione, absque nostra, vel Vicarii licentia speciali, aperire portas ad emendum, vendendum, seu alloquendum feminas conjunctas januis apertis. Quoad Regulares vero remissive Nos habemus ad caput antecedens n. 4.

8. Monialibus non liceat epistolas mittere, vel recipere, nisi prius legendas Abbatissæ exhibuerint, exceptis, quæ ad Episcopum, vel consanguineos, & affines primi, & secundi gradus mittuntur, aut ab illis excipiuntur (4). Qui secreto epistolas Monialibus dederint, aut mittendas receperint, graviter punientur, & si de inservientibus erunt Monasterio, amovebuntur ab officio.

9. Abbatissa ad triennium eligatur per secreta suffragia (5) majoris partis vocalium. Non sit minor quadraginta annorum ætate, & octo saltem emissæ Professionis expressæ, in qua laudabiliter vixerit. Elapso triennio vacare debet a regimine (6), etiam Vicariatus, per aliud integrum triennium; nec super hoc dispensari potest ab Episcopo. Sub finem triennii, imminente electione, Abbatissa Nos moneat, ut capitulo electionis præesse possimus. Si electio canonica Abbatissæ in termino a constitutionibus statuto, vel a nobis præfigendo, non successerit, duplici scrutinio peracto (7), magis idoneam Nos ipsi in Domino eligemus. Abbatissa autem erga moniales spiritum veræ matris induat, disciplinam regularem promoveat, & omnes ad per-

(1) *Sac. Cong. in Montis Falisci apud Pignatellum tom.6. dissert. 85. n. 171. Crispinus de Visit. sup. cit.*

(2) *Bened. XIV. Const.* Gravissimo *super citat.*

(3) *Nicolion. Verbo* Accessus *n.9.*

(4) *Sac. Cong. apud Crispin. loc. cit.*

(5) *Conc. Trid. Sess.25. cap.6. et 7. de Regular., et Monialib. Gregor. XIII. Const. Exposit. 1. Iannarii 1583.*

(6) *S. Cong. Episcop. in Mazzarien. 8. Martii 1760.*

(7) *Sacr. Congr. Episc. in Averiana 8. Novemb. 1583., et in Cremonen. 22. Octobr. 1592.*

perfectionis, & sanctitatis viam verbo, & exemplo deducat; & curet, ut omnes in Doctrina Christiana instituantur, & præcipue omnibus dominicis, congregatis simul noviciis, puellis educandis, & conversis fiat exercitium Doctrinæ Christianæ a monialibus magis instructis; atque per magistram ab eadem Abbatissa deputandam, aliqua præcipua fidei nostræ Mysteria explicentur, saltem legendo libellum venerabilis Cardinalis Bellarmini. Ipsa cum aliis de more deputatis officialibus provide bona Monasterii administret, in rebus gravioribus spectatæ fidei, & experientiæ viros, quos deputare curabimus, consulat; In instrumentis, & contractibus Monasterii interveniat; Quanam fidelitate a villicis, & rusticis bona ruralia colantur, sedulò investiget, & redditus bonorum, & præcipuè livella diligenter exigi curet.

10. Monialium confessarius a Nobis specialiter ad triennium electus, adhuc tamen ad nutum nostrum amovibilem se teneat, confessiones excipiat in consueta sede confessionali, non autem in cratibus, collocutoriis, rotis, communicatoriis, vel in monasterio excepta infirmitatis causa, neque ante auroram, vel post solis occasum, absque nostra expressa licentia, & semper cum talari habitu, cotta, & stola. Aquam, candelas, cinerem, & palmas diebus præscriptis benedicat, & Monialibus distribuat: Missas, & functiones in ultimo triduo majoris Hebdomadæ peragat: Missam autem in nocte Nativitatis Domini non celebret, & ad benedicendum cellas, officinas, & Monasterium in sabbato sancto, (1) clausuram non ingrediatur: Sacramentum sanctissimæ Eucharistiæ in communicatorio monialibus devotissimè præbeat, nedum diebus supra recensitis, aliisque in earum probatis constitutionibus expressis, sed & frequentius pro uniuscujusque devotionis, & præparationis modo. Exequias, & Anniversaria persolvat. Vera autem necessitate urgente, in clausuram ingressurus, a duabus senioribus monialibus in janua excipiatur, & præcedente campanæ signo, semper veste talari, cotta, & stola indutus ingrediatur, & recto tramite ad locum determinatum pro infirmis, seu ad cellam infirmæ se conferat: (2) confessionem excipiat, januis omnino apertis, & moniali, seu monialibus præsentibus, quæ eum videre, non audire possint, & ita præsentibus semper monialibus alia sacramenta ministret, & commendationem animæ faciat. Caveat, ne intra clausuram cibum sumat, aut

(1) *Sacr. Congr. Episc. 4. Sept. 1596.*

(2) *Alexand. VIII. Const.* Felici. *Encyclica Innocent. XI. 21. Martii 1682.*

aut prandium, aut cænam, neque ad quiescendum in lecto decumbat, sub pœnis in jure statutis, aliisque arbitrio nostro. Completa autem actione, recto pariter tramite egrediatur. De stipendio a Nobis recognito, & approbato acquiescat, & donaria a particularibus monialibus etiam in parvitate materiæ non recipiat, neque sibi opera manuum earum erogari permittat, sub gravi præcepto. Monita tandem, quæ ipsi in Appendice numero XXXV. proposita damus, & sæpe perlegat, & fideliter observet.

11. Præter Ordinarium autem Confessarium (1) alium extraordinarium bis, aut ter in anno exhibere monialibus non prætermittemus. (2) Huic singulæ Moniales professæ, atque novitiæ, nec non sæculares feminæ, quæ vel educationis causa, vel alio titulo cum debitis facultatibus commorantur, se sistant, sive ad Sacramentalem Confessionem apud ipsum, si placuerit, peragendam; sive ad salutaria monita, etiam extra sacerdotalem confessionem, ab ipso accipienda. Ad uberiorem confessarii extraordinarii institutionem, nonnulla exhibemus monita in Appendice num.XXXVI. quæ prono animo excipi, & naviter per eumdem observari volumus. Peculiarem item confessarium extraordinarium (3) monialibus in gravi infirmitate constitutis, & id expetentibus, libenter concedemus. Extra casum vero, & periculum mortis, a monialibus, quæ aliquando rationabilibus de causis pro se peculiarem confessarium postulaverint, exorari patiemur; & tunc solum annuemus, cum ex una parte monialis nullum det adversæ suspicioni locum, ex altera vero confessarius non modo legittimam nostram approbationem, sed etiam commune probitatis testimonium pro se habeat; ita ut majori animi quiete, atque ulteriori in vita Dei progressui consulatur; non vero in destructionem vergat monasticæ disciplinæ. Quo tempore extraordinarius Confessor toti Monasterio deputatus ministerio suo fungitur, (4) ordinarius confessor cujuscumque personæ intra septa Monasterii commorantis Sacerdotalem Confessionem audire non præsumat, alias meritis pœnis coercebitur, & afficietur; ideoque volumus, & mandamus, ut, per id temporis ad Monasterium non accedat. Extraordinarius autem vel gene-

(1) *Conc. Trid. Sess. 25. cap. 10. de Regul., & monial.*

(2) *Bened. XIV. Constit.* Pastoralis *5. Augusti 1748.*

(3) *S.Congr. Conc. 6. Aprilis 1647. & 22. Februarii 1649. libr. 18. Decret pag. 322. a tergo, et pag. 586. in dicta constit. confirmat.*

(4) *Bened. XIV. in mox cit. constit.* Pastoralis.

neraliter, vel peculiariter alicui personæ deputatus, non audeat, (1) sub pœnis adversus accedentes ad Monasterium monialium, postquam suum officium impleverit, ad idem Monasterium ulterius accedere, aut ullius generis commercium intra ipsum continuare, & fovere, etiam obtentu, & colore spiritualis causæ, aut necessitatis. Spirituales alios directores Monialibus quærere non liceat, sine nostra expressa facultate, urgenti de causa, concedenda.

12. In sede Confessionali fenestella spissis cancellis ferreis, ac fixa lamina ferrea parvulis foraminibus tenebrata muniatur, & velo semper sit obducta, ejusque clavis a confessario jugiter teneatur. Communionis fenestella (2), quam decenter ornatam volumus cum superposita umbella, duabus portis cum diversis clavibus mandamus communiri: interiorisque portæ clavem retineat Abbatissa, exterioris Confessarius. Nullus audeat (3) alioqui Moniales in communionis fenestella, neque ex ea Moniales aliquid extrahant, etiam in Ecclesiæ servitium. Festivitates in Ecclesiis monialium, quæ tam in apparatu, quam in musicalibus vocibus, & instrumentis sæcularem potius lætitiam, quam religionem redoleant, prorsus inhibemus; & mandamus monialibus sacristis, ne Festivitatum occasione ullos sumptus faciant pro apparatu, sed Monasterii sacris supellectilibus utantur; neque propriis impendiis munera & donaria ulli Personæ exhibeant tam in Monasterio, quam extra. Cunctis etiam Monialibus vetamus cujuslibet generis jentacula in eisdem Festivitatibus cuicumque præbere. (4) Abbatissæ autem ad formam chirographi san. mem. Clementis XIII. horum executionem committimus, sub pœna suspensionis ab officio statim incurrenda. Caveant etiam omnes, quamvis licentiam habeant, in Sede Confessionali, in cratibus Ecclesiæ, aut in Ecclesiæ Rotis, colloquia cum monialibus habere, sub pœnis arbitrio nostro. (5) In Rotis tantum Ecclesiæ confessarius, cappellanus, & Clericus, indulgemus, ut breviter cum monialibus sacristis conferat, quæ ad eorum munus dumtaxat spectant, & ad Ecclesiæ servitium.

13. Puel-

(1) *Eadem constit.*

(2) *Sacr. Congr. apud Crispinum de visitatione par.2. §.42. n.11., & seq.*

(3) *Sac. Congr. in Enclyc. jussu Clemen. XI. 30. Septem. 1706.*

(4) *Clemens. XIII. in Chirogr. pro Monasteriis Urbis, sub pœna suspensionis ab officio sibi reservatæ contra Abbatissas executione oneratas, 30. Junii 1759. Et sacr. Congr. Episc. in Encycl. jussu ejusd. Pontificis, 4. Julii ejusd. anni, pro Monasteriis totius Status Pontifici.*

(5) *Sacr. Congr. Episc. in Neapolit. 21. Aqrilis 1593., & in Bononien. 28. Januarii 1603.*

13. Puellæ sæculares educationis gratia non introducantur sine prævia facultate Apostolica, Nobisque consultis, ac servatis omnibus, quæ in prædicta facultate servari mandantur; atque accedente etiam monialium capitulari consensu. Non recipiantur minores septennio: solvant quolibet semestri anticipatam portionem pro alimentis statutam juxta præviam obligationem, & fideijussionem personæ idoneæ in Civitate, seu oppido, in quo est Monasterium, commorantis; & si per mensem protrahatur solutio, dimittantur. Sub obedientia, & vigilia & cura Abbatissæ, & specialiter sub directione monialis Educandarum Magistræ in loco à Novitiis, & Professis separato permaneant. Magistra autem solicita industria, & charitate eas ad pietatem, modestiam, humilitatem, cæterasque christianas virtutes sedulo informet, & in rudimentis Fidei instruat; atque bonis, civilibusque moribus imbuat. Illæ vero modestis vestibus, vel nigri, vel fusci, vel albi coloris, quæ loco sancto, & virginali honestati conveniunt, semper utantur. (1) Clausuræ, & collocutorium leges, prout moniales, observent, & nunquam solæ ad crates, & collocutorit accedant, sed præsente Abbatissa, vel Magistra, sive ab ipsis deputata seniori moniali: in communi Mensa discumbant; & numquam (2) in eodem lecto cum alia educanda, vel moniali dormiant. Semel autem e Monasterio egressæ, numquam regredi possint, nisi ut religiosum habitum inducant. Ultra vigesimum quintum annum ætatis non recipiantur; nec in Monasterio ulterius detineantur: absque peculiari licentia sacræ Congregationis. Si quæ autem educanda ad sæcularia vota transire velit, priusquam sponsalia celebret, ad paternam domum reducatur; & priusquam egrediatur caveant Abbatissa, & Magistra, ne cum futuro sponso, vel alia persona ejus nomine colloqui, vel epistolas mittere, vel recipere præsumat.

14. Præcipimus, ut nulla unquam puella ad regularem habitum admittatur, nisi prius (3) per nos, aut a nobis deputatos juxta formulam, quam damus in Appendice num. XXXVII. explorata fuerit ipsius voluntas: saltem decem dies spiritualibus exercitiis vacaverit; & acceptatio capitularis monialium per suffragia secreta majoris partis vocalium sit secuta.

An-

(1) *Concil. Roman. tit. 22. cap. 4.*

(2) *S. Congr. apud Nicolion. verbo Regul., & Monial.*

(3) *Conc. Trid. Sess. 25. cap. 17. de ducanda num. 2.*

Antequam vero (1) Capitulum monialium pro acceptatione convocetur, fiat reale depositum dotalis eleemosynæ, non in bonis stabilibus (2) vel censibus, sed in numerata pecunia collocata in Sacro Monte Pietatis, vel apud Personam fide & facultatibus idoneam, a nobis probatam, quæ tempore professionis eamdem Monasterio persolvat; alias Abbatissa, quæ absque hujusmodi deposito facto, Capitulum pro acceptatione egerit, ipso facto suspensionem incurrat ab officio, cui reintegrari non possit (3) nisi a summo Pontifice; & Monasterium jus amittat coercendi dotantem ad integram promissæ quantitatis pecuniæ solutionem. Si regularis habitus assumptio per tres menses protrahatur, voluntatis exploratio, acceptatio, & exercitia spiritualia renoventur. Non admittantur autem ante legitimam ætatem, & nisi præstitis integris alimentis pro anno novitiatus, vel præstita fideijussione de illis integre solvendis anticipatis in uno quoque semestri. Vestitionem sacri habitus in publica Ecclesia fieri prohibemus; sed ad fenestellam; volumusque, ut mox futuræ Christi Sponsæ inani sæculi pompa, & apparatu non exornentur; & tam ipsa, quam moniales ab omni vano sumptu, & superfluo cultu abstineant. In novitiatu permaneant; sub Abbatissæ, & novitiarum magistræ cura, & obedientia, ac in regulari disciplina, & observantia, atque in doctrina Christiana erudiantur.

15. Præcipimus, ut Professio (4) nullo modo emittatur, nisi completo decimosexto ætatis anno, & integro probationis anno completo, nec differatur sine nostra licentia ultra mensem. Nulla renuntiatio (5) aut obligatio Novitiæ valeat, nisi cum licentia nostra, vel nostri Vicarii, intra duos menses proximos ante Professionem fiat. Abbatissa vero per mensem ante Professionem teneatur (6) Nos, vel Vicarium nostrum Generalem certiores reddere de Professionis tempore, ut interim ejus voluntas explorari possit: qua explorata acceptatio fiat a majori parte Capituli Monialium. Exercitia spiritualia ante Professionem a Novitia peragantur. Ante Professionem autem (7) nihil Monasterio accipere liceat ex bonis Novitiæ, excepto victu, & vestitu, sub pœna anathematis contra tam dantes, quàm accipientes.

Sciant

(1) *Litt. Encycl. juxta Clem. XIII. 21t Februarii 1759.*

(2) *Sacr. Congr. Epis. in Camerinen. 28. Martii 1588., et in Interamnen. 2. Maii 1614.*

(3) *Clem. XIII. in Litt. ad Vicesgeren. Urbis 13. Februarii 1759., pro Monasteriis Romæ: & S. Congr. Episc. in Encycl. 21. dicti, pro Statu Pontificio.*

(4) *Concil. Trid. Sess. 25. cap. 15. de Regul. et monial.*

(5) *Conc. Trid. loco cit. cap. 19.*

(6) *Conc. Trid. loco cit. cap. 17.*

(7) *Idem Conc. Trid. loc. cit. cap. 16.*

16. Sciant omnes (1) excommunicationis pœnam ipso facto incurrere eos, qui Virginem, vel Viduam, aut quamcumque aliam mulierem, vi, minis, dolo, vel malis artibus ad suscipiendum Religionis habitum, vel ad emittendam professionem quomodocumque compellunt, sive scientes assentiuntur, vel consensum, vel præsentiam, vel auctoritatem interponunt: tum etiam si a sancto Religionis proposito eas serio volentes avocant, vel impediunt.

17. In Monasterio liber habeatur, in quo dies, mensis, & annus scribantur, quibus Virgines recipiuntur, tyrocinium ponunt, solemnia vota Deo nuncupant, atque a vita decedunt, parentum etiam, & patriæ nominibus adnotatis. Habeatur et Archivium, in quo scripturæ & libri omnes ad Jura Monasterii pertinentes conserventur sub clave ab Abbatissa retinenda: & infra sex menses inventarium conficiatur omnium bonorum, & jurium ad Monasterium spectantium.

18. Ut præsentes nostræ constitutiones Synodales pro Monialibus decretæ, ipsis ad intelligentiam exponantur, volumus, & mandamus, ut in vernaculam linguam traductæ, & a nobis subscriptæ in quolibet Monasterio conserventur, & in Refectorio singulis annis legantur.

CAPUT VIII.

De Tertiariis, & Magistris Piis.

1. Ut Virgines, & Viduæ religioso habitu indutæ, & in privatis domibus degentes, cum decore ejusdem habitus, & religiosis moribus versentur, ipsas monemus enixe, & hortamur, ut memores suscepti instituti modestiam undequaque custodiant, aliter non evasuræ divinam ultionem, & nostram punitionem.

2. A Regularibus etiam sufficienti facultate ab Apostolica Sede suffultis admitti non debent ad habitum Religiosum, vel Tertiarium virgines, & viduæ in privatis domibus degentes (2), nisi sint probatæ vitæ, ac bonis moribus præditæ, atque in ætate saltem quadraginta annorum constitutæ, quæ de proprio habeant, unde sufficienter vivere possint, & non cum aliis viris, quam cum consanguineis, vel affinibus in primo tantum gradu sibi conjunctis cohabitent, licentia prius a nobis impetrata, quam non aliter concedemus, nisi de prædictis, prævio diligenti exami-

(1) *Conc. Trid. loco cit. cap.17.* (2) *S. Cong. Ep.Decr. 20.Dec. 1616.*

mine, Nobis constiterit. In hujusmodi autem habitu deferendo, omnino a velo supra caput, quod *superjectum* vocant, & a pectorali, quod vulgo dicitur *sottogola*, & à scapulari, nuncupat. *Pazienza*, abstineant; & si quae Tertiariae tria praedicta, vel aliquod ipsorum deferant, illa dimittere decernimus, sub gravibus poenis, & etiam per censuras ecclesiasticas: & sciant eaedem Tertiariae se a nostra, & Parochi jurisdictione non esse exemptas; sed fori privilegio tantum gaudere.

3. Regulares non possunt audire earumdem Confessiones Sacramentales (1) nisi fuerint a Nobis ad confessiones Personarum saecularium audiendas approbati; neque etiam illis praebere sacrosanctum Eucharistiae Sacramentum in die Paschatis Resurrectionis Domini Nostri Jesu Christi; neque (2) Sanctissimum Viaticum, & Sacramentum Extremae Unctionis administrare. Earum vero cadavera non levent ad sepulturam absque Parocho. Si contingat autem, ut praedictae Tertiariae virginalem, seu caelibem, aut castam vidualem, expresso voto, & sub dicto habitu vitam ducentes, sine sepulturae electione decedant, tumulentur in Ecclesiis sui Ordinis, si in ipsis communis earum sepultura reperiatur (3), sin minus in Ecclesiis Parochialibus.

4. Viri Tertiarii, Mantellati, Corrigeati, aliique similes ita demum Privilegiis Ordinis, cujus tertiae regulae assumpserunt habitum, potiuntur, & ab Ordinarii jurisdictione sunt exempti, (4) si ipsi Viri collegialiter vivant, seu cum Claustralibus habitent; (5) alias in privatis domibus commorantes, neque Fori privilegio gaudent.

5. Tertiarium nomen non assumant quaecumque mulieres, quae, requisitis praefatis destitutae, consueto ritu a facultatem habentibus parvi scapularis, vel cordigerarum sodalitati sunt adscriptae; sed suis tantum Indulgentiis, & Apostolicis gratiis perfruantur.

6. Quod autem attinet ad Magistras pias, quae Mundi vanitate abdicata, & emisso simplici Castitatis voto, in domo a saecularibus sejuncta religioso more communiter vivunt, & in educandis Puellis proprio exercentur instituto; illas in Domino monemus, & hortamur, ut nulla in re tanto muneri desint; sed pro viribus studeant, Puellas non modo muliebris artis operibus patienter imbuere; verum etiam primo eas sanctae Fidei rudi-

Z men-

(1) *Ex citat. Decret.*
(2) *S. Congr. Epis. in Mundinen. 17. Iunii 1639. Ben. XIV. Notif. 105. n. 68.*
(3) *Ex cit. Decreto.*
(4) *Ex cit. Decr.*
(5) *Sac. Cong. Immun. 1. Maji 1727.*

mentis instruere, doctrinam singulis diebus edocendo christianam, ad modestiam, pietatem, & religionem informare, atque a lubricis, vanisque sæculi pompis avertere: scientes optimum esse, & præmio dignum opus, Puellarum animis moderari, & Adolescentularum fingere mores; experimentis enim deprehenditur, nihil magis conducere ad excitandas in singulis Fidelium domibus pietatem, modestiam, charitatem, cæterasque christianas virtutes, quam rectam fœminei sexus institutionem. In primis vero exemplo eis præluceant; ut benè, & perfecte discant timere Deum, & abstinere ab omni peccato. Regulas, & Constitutiones sui Instituti numeris omnibus servent, ac frequenter ad pœnitentiæ Sacramentum accedant, atque annuente Confessario, Sanctissima Eucharistia reficiantur. Communitates autem, & primates cives locorum illorum, ubi adhuc scholæ piæ desiderantur, obsecramus in Domino; ut, collectis eleemosynarum subsidiis, assignatisque domibus, dexteram porrigant, qua earum erectionem aggredi possimus.

CAPUT IX.

De Eremitis.

I. Eremitarum vivendi ratio laudanda est, si Eremitorium eisdem (1) sit Paradisus, & jugis eorum cum Deo sit conversatio, & si, quod sunt Professione, actione potius, quam nomine demonstrent. Nos igitur, ut Eremitæ in Diœcesi nostra commorantes laudabiliter vivant, morumque suorum exemplo alios ædificent, Regulas juxta præscriptum Concilii Romani à Nobis editas die 26. Augusti 1777.; quas damus in Appendice XXXVIII. observari ab iis jubemus, & in propria cujuslibet Eremo detineri mandamus.

2. Eremitoria non erigantur absque nostra expressa facultate, & approbatione, non concedenda, nisi spatio saltem unius milliarii invicem distent. Nemo cum habitu eremitico compareat, nisi cum licentia proprii Ordinarii, nullusque sine Nostris litteris patentalibus in aliquo Eremitorio Diœcesis consistat, sub pœna carceris, aliisque arbitrio.

3. Eremitæ habitum Religiosum induant (2) difformem ab illo cujusvis Ordinis Regularis absque caputio, & scapulari. Vitam religiosam, pœnitentem, & cœlibem ducant: sæcularium con-

(2) *S. Hyeronimus.* (3) *Edictum Clement. XI. 6. Octobris 1702.*

conversationem, multoque magis mulierum, choreas, profana spectacula, ludos etiam licitos, & tabernas vinarias fugiant, & abhorreant, sub pœna ejectionis ab Eremo, aliisque arbitrio.

4. Qui se, suaque omnia bona acquisita, vel acquirenda, perpetuo, atque irrevocabili actu Sacris piisque locis donaverit; habitumque ob id mutaverit (1), & Fori privilegio, & Immunitate a vectigalibus universis gaudere debet.

CAPUT X.

De Collectoribus Eleemosynarum.

1. Quamvis pium admodum, & laudabile sit in pauperes, & loca pia eleemosinas erogare; libera tamen cuilibet eas colligendi facultas non est reliquenda, ne exinde multiplices exoriantur abusus. Quapropter leges, quæ sequuntur, in Nostra Diœcesi servandas indicimus.

2. Nullus in Nostra Diœcesi, sive Ecclesiasticus, sive Eremita, sive sæcularis, quacumque sit indutus veste, etiam communi, pro Ecclesiis, locis, & operibus piis, sive pro Animabus Purgatorii, sive pauperibus in genere, vel alio quocumque prætextu, (2) quæstuare audeat sine nostra, vel Vicarii Nostri Generalis in scriptis licentia, sub pœna carceris, amissionis collectarum eleemosynarum, quæ a Nobis pauperibus, vel usibus piis applicabuntur, aliisque arbitrio nostro, quin Magistratuum (3) sæcularium, aut alterius Personæ cujuscumque ordinis, & conditionis licentia, ac patentes litteræ eidem suffragentur. Quod si speciale aliquod (4) Apostolicæ sedis Indultum obtinuerit, eo non prius utatur, quam a Nobis, aut a Vicario Nostro Generali inspectum diligenter fuerit, ac genuinum repertum, mandato, ac subscriptione muniatur; ut fraudibus, ac dolis non possit esse locus.

3. Confraternitates, aliæque piæ Congregationes fidelium, jus quæstuandi sibi ipsis asserere (5) vel exercere non possint absque

(1) *Sac. Congr. Immun. in Oppiden. 6. Martii 1635., et in Bononien. 29. Aprilis 1704.*

(2) *S. Cong. apud Nicolion. in Flosc. verbo* Quæstor *num. 2.*

(3) *Conc. Trid. sess. 21. cap. 9. de Ref.*

(4) *Cap. Abusionibus de Tanit., et remiss. S. Cong. Episc. in Aversana 22. Febr. 1620. S. C. Conc. 2. Febr., et 21. Augusti 1642., et 20. Januarii 1643.*

(5) *Clemens VIII. Constit. Quæcumque a Sede Apostolica 24. Dec. 1604.*

que noſtra, vel Vicarii noſtri Generalis licentia. Quod ſi ad hujuſmodi pietatis officium exercendum ſint inſtitutæ, nihilominus, tum in collectione, tum in diſtributione eleemoſynarum (1) ſervare debent modum a Nobis præſcribendum. Si vero aliquæ in quaſi poſſeſſione ſint juris èjuſmodi, ad Nos recurrant, ut pro arbitrio, ac paſtorali noſtra ſollicitudine (2) conſenſum, & auctoritatem noſtram, quaſi poſſeſſioni adjungamus. Verum mulierum, ac puellarum pudori, prout officii noſtri ratio poſtulat, conſulentes; eaſdem ab eleemoſynis, pro aliis, colligendis publice, & promiſcue (3) penitus excludimus.

4. Regulares Mendicantes, quibus ab Apoſtolica Sede permiſſum eſt Eleemoſynas quærere, ſi Monaſterium aut Conventum habeant (4) in noſtra Diœceſi ſitum, noſtra ad eas conquirendas licentia non egent; cum eis in erectione Monaſterii, ſeu Conventus cenſeatur conceſſa, dummodo non per alios, ſed per ſui Ordinis Religioſos, vel Oblatos quærant. At ſi nullum habeant in noſtra Diœceſi Monaſterium, aut Conventum, tenentur (5) oſtendere Nobis, ſeu Vicario Noſtro Generali ſuorum ſuperiorum licentiam; imo & conſenſum a nobis obtinere: ſiquidem ne gravamen recipiant Regulares loci (6), qui in ejuſdem Populi, & Animarum ſervitio occupantur, & ut fraudes in quæſtuatione vitentur, immodicas (7) quæſtuationes impedire poſſumus, cum Pauperum, (8) & Monaſteriorum protectio ſit propria Epiſcoporum, qui ea tueri, & defendere teneantur.

5. Quicumque eleemoſinas colligunt cum Noſtra licentia, hanc Vicariis foraneis in noſtra Diæceſi, & in eorum abſentia Parochis oſtendere teneantur: Velata facie etiam in foribus Eccleſiarum non audeant petere, niſi gravi urgente cauſa à Nobis permittatur. Nullas omnino Indulgentias divulgent, nec conciones habeant ad Populum, nec ſanctorum Reliquias, ſeu ſacras Imagines circumferant; neque ſacra Numiſmata, ſeu armillas, annulos, ſericas vittas, aliaque his ſimilia diſtribuant: miracula, viſiones, Divina promiſſa, aut futurorum prænotiones

(1) *Gavant. in Manuali Verbo Quæstores num.7.*

(2) *Bass. de Confrater. quæst.7. n.2.*

(3) *Acta Mediol. Concil. Provinc. 1. tit.2. Decret.24.*

(4) *Cap.* Duarum *de Privileg. sacr. Congr. Conc. in Polignianen. 1621., et in Posnanien. 24. Septembr. 1622.*

(5) *S.C. Conc. in Polignianen. cit. ac prins in Mediolanen. mens. Junii 1587. lib. 4. Decr. pag.268., et 28. Novemb. 1692. lib.10. pag.51. ac 12.Jnnii 1608.*

(6) *Giraldi Exposit. jur. Pont. par.2. tom.3. sect.71. §. si vero, et sequent.*

(7) *In Clement. cap.* Abusion *sup.cit.*

(8) *Cap. Pervenit cap. Nuntiatum 84. distinct.*

nes non venditent: Eleemoſynam non petant tanquam debitam, aut tamquam ſolitam, aut titulo alicuius recitandæ orationis: animalia non benedicant, pias Imagines deoſculandas non præbeant campanulas, aut alia quævis inſtrumenta ad excitandos homines non pulſent, neque ſcurrilibus verbis aut minis, aut imprecationibus utantur: demum non quidpiam aliud agant, quod fallaciam, ſuperſtitionem, rei ſacræ abuſum, aut animi levitatem redoleat; ſed in his eleemoſynis quæritandis modeſti ſint, & diſcreti, & pie, ſimpliciter, & fideliter ſe gerant, ac nullum ſcandalum committant. Nullam habeant partem (1) in eleemoſynis recolligendis, quæ in operum piorum, pro quibus colliguntur, uſum tantum convertantur; Nos enim illicitam, & vetitam, quamcumque de iiſdem participandis pactionem declaramus, & diſtrictè quibuſcumque Confraternitatum, & Operum piorum officialibus prohibemus, ſub gravibus pœnis arbitrio Noſtro infligendis, ſed potius aliqua congrua, & honeſta Merces illis conſtituatur. Ad hujuſmodi pia ſubſidia corroganda, non alios deligi volumus, & mandamus, quam viros probitate, & modeſtia notos, & a turpi lucro prorſus alienos, qui de eleemoſynis collectis, & de opera ab eis peracta, ſeu de geſta adminiſtratione, fidelem rationem ſuo tempore reddant. Nomen igitur eleemosynarum, quas colligunt, in libello ſcribant cum die, & anno: capſulas nummularias bene clauſas circumferant, & numeros, ſeu res in ſpecie quæſitas, diligenter conſignent officialibus electis, vel Depoſitariis a nobis deputatis, qui claves capſularum retineant, nummos, & res recipiant, & cuſtodiant cum nota diei factæ conſignationis. Quæ omnia exactè ſerventur, ut a rationis redditio facilius de quæſitis elemoſynis exigatur, & juxta piam Fidelium voluntatem erogatio ſit cunctis manifeſta: (2) redditionem autem rationis nobis facere teneantur, quoties illam requiremus.

6. Quæ ſupra diſpoſuimus de Collectoribus, Depoſitariis, forma & modo colligendi eleemoſynas, eaſque deſcribendi, & de iis rationem reddendi, ſerventur exactius in collectione eleemosynarum pro celebrandis Miſſis in ſuffragium animarum in Purgatorio exiſtentium, & mandamus Depoſitariis, ut pecuniæ (3) quæ-

(1) *Urban. VIII. Decret. 12. Jul. 1644. relat. lib. 17. Decret. sac. Cong. Conc. pagin. 350. de quo etiam meminit Benedict. XIV. Constit.* Quamvis justo *30. Aprilis 1749. §. 10.*

(2) *Sac. Congr. Concil. in Nucerina 19. Augusti 1579.*

3) *Sac. Cong. Concil. 17. Jul. 1655. lib. 19. Decret. pag. 497.*

quæsitæ intra modicum tempus, & saltem intra mensem ab ipsis consignentur in manu Præfecti sacrarii, ut Missas quantotius celebrare faciant. Res vero in eodem termino unius Mensis convertantur in pecuniam numeratam, quæ consignetur, ut supra, ne diutius suffragia differantur; Capsulæ vero (1) cum inscriptione: *Elemosina per le Messe*: in Ecclesiis non ponantur.

7. In erogandis eleemosynis, quæ occasione concionum in Ecclesia colliguntur, laudabiles serventur consuetudines; et si qui alicubi irrepserint abusus, Parochi ad Nos deferant, ut prout juris eos evellamus. Nullus etiam particularis pauper in concionibus pro eleemosyna commendetur, absque nostra, vel Vicari nostri licentia. Nemini tamen liceat (2), sub pœnis arbitrio Nostro, Corporalium bursas ad eleemosynas colligendas adhibere. Pauperes per Ecclesias mendicare, seu eleemosynas petere non permittantur, prout in nostro Edicto super veneratione Ecclesiarum.

8. Pro ea veneratione, quam erga sacra loca Palestinæ, ubi Verbum Caro factum ineffabile humanæ Redemptionis opus consummavit, profitemur; mandamus, ut quatuor (3) saltem vicibus in anno, Adventus videlicet, & Quadragesimæ temporibus verbi Dei concionatores, in quatuor distinctis sacris concionibus, majori Populi concursu refertis, inter quas adnumeretur concio de Passione Domini (prohibita prorsus eleemosynarum commendatione in eisdem quatuor concionibus pro quocumque alio Opere pio) miserum illorum sacrorum locorum, & catholicorum illic degentium statum disertè exponant, & ad eroganda subsidia, & eleemosynas pro Terra sancta populos excitent, & inflamment. Parochialium vero Rectores, & Ecclesiarum Administratores, dum Populum præsertim inter Missæ celebrationem, alloquuntur; etiam quater in anno idipsum agant; ac insuper Personas eximiæ probitatis seligant ad colligendas eleemosynas, quæ statim penes Ecclesiarum Rectores deponantur, & Apostolicis syndicis legitimè deputatis, syngrapha recepta, consignentur. Si quis autem bona, & pecuniarum summas pro Terra sancta collectas quovis prætextu, causa, vel occasione apud se retinere audeat, seu præsumat, pœnam Excommunicationis majoris latæ sententiæ incurret, summo Pontifici reservatæ. Hortamur autem omnes, ut eleemosynam

(1) *Urbanus VIII. Constit. Sæpe.*
(2) *Clem. XI. in Epist. Encycl. sacr. Congr. Epis. anno 1701.*
(3) *Sanctiss. D. Noster Pius VI. const. inter cætera 31. Juli. 1768. Idem SSmus D. N. per litter. Encycl. Emi Dni Card. Boschi Terræ Sanctæ Protect. 15. Januarii 1783.*

nam in tam opus pium erogare non recusent. Tabelliones item hortamur, ut ipsi in condendis ultimarum tabulis voluntatum, testatoribus in mentem redigant, ut pro Terra sancta ex illorum liberis bonis, aliquam relinquant eleemosynam. Mandamus pariter concionatoribus, ut tempore Adventus, & Quadragesimæ bis saltem in anno eleemosynas pro Redemptione Fidelium captivorum populo commendent.

CAPUT XI.

De Confraternitatibus, & aliis Locis, & Operibus Piis.

1. Confraternitates Laicorum, quæ provida Matris Ecclesiæ cura, ad confovendum in animis Fidelium, per varia pietatis exercitia, fraternæ charitatis vinculum, sunt institutæ, si aptis, si opportunis regulis circumscribantur, uberrimum spiritualem fructum afferre noscuntur. Ad hujusmodi charitatis nexum, piorumque Operum studium, quantum in Domino possumus promovendum, & conservandum, statuimus, ut interdictum sit omnibus, etiam Clericis sæcularibus, & Regularibus novas Laicorum Confraternitates erigere absque nostra approbatione, servata forma (1) Constitutionis Clementis VIII. Si quis sit cœtus hominum absque dicta approbatione, usum saccorum assumere non audeat, sub gravibus pœnis, sciatque nullis se Indulgentiis, & Privilegiis gaudere. Quæ autem sunt canonice erectæ suis utantur Regulis, & Statutis a nostris Antecessoribus, vel a Nobis recognitis, & approbatis. Si quæ legitime institutæ, his usque modo careant approbatis, intra terminum sex mensium sibi compilari curent convenientia, & apta proprio instituto, & Nobis exhibeant pro approbatione. In quolibet autem Conventu, seu Congregatione facienda, aliquod eorumdem Statutorum caput alta, & distincta voce legatur a Secretario, ut veteris disciplinæ vigor reviviscat, & usus piorum operum juxta cujusque sodalitatis Institutum, ubi fuerit intermissus renovetur. Ut vero Indulgentiis, Gratiis, & Privilegiis frui possint Confraternitates, curent cum nostra approbatione, & litteris testimonialibus, alicujus Archiconfraternitatis Urbis impetrare aggregationem, in nostra Cancellaria subinde exhibendam. Ex hujusmodi autem aggregatione, Indulgentiarum, & spiritualium gratiarum participes erunt; non eximentur tamen a nostra jurisdictione, visita-

(1) *Clem. VIII. constit. Quæcumque 24. Decembris 1604.*

tatione, & ratione administrationis (1), quamvis in Ecclesiis Regularium sint erectæ. Si Privilegiorum virtute Confratribus communicatorum in aggregationibus, facta sit eis facultas eligendi sibi Confessarium (2), sciant opus esse, ut a Nobis sit approbatus, & posse tunc absolvere a casibus ad formam Privilegiorum, quatenus sint in usu, & sacro Concilio Tridentino, & Pontificiis Constitutionibus non adversentur. Non posse tamen absolvere a casibus in Bulla Cœnæ contentis, neque ab Excommunicationibus prolatis ab homine, nec ab aliis casibus reservatis, neque super Irregularitatibus dispensare.

2. Cappellanum habeat quælibet Confraternitas in spiritualibus exercitiis, Presbyterum integritate vitæ, & morum probitate præditum (3), a Nobis approbatum, qui confratres pro colloquio ad religionis, & charitatis studium identidem accendat. Eidem solitum solvatur stipendium, quod, Nobis inconsultis, non augeatur, nec minuatur. Sodalitates autem ob pauperem censum Cappellano destitutas, curæ, & vigilantiæ Parochi commendamus.

3. Nullus ad aliquam Confraternitatem quocumque humano respectu admittatur (4), si aliquo notorio crimine, si turpis, aut facinorosæ vitæ, vel infamiæ nota laboret. Si semel admissus in pravos mores degeneret; si ad pii Instituti opera raro ex negligentia conveniat, ac ter admonitus ab Officialibus, vel Cappellanis, non resipuerit, e Fratrum albo, Nobis consultis expungatur; uti etiam qui Præpositis in iis, quæ ad Confraternitatem spectant, parere detrectaverit. Nemo, nisi per secreta suffragia, recipiatur, præmissa expositione nominis illius, qui inter Fratres cooptari postulat, in Oratorio, vel Aula confraternitatis, saltem per decem dies, & exhibito Officialibus testimonio Parochi, quod rudimenta Fidei calleat. Admissus vero saccum Confraternitatis, a Sacerdote sacris precibus benedictum induat, & tunc describatur in libro, & tabella Confratrum. Aliter admissi (5) pro confratribus non reputentur, nec Indulgentiis, & Gratiis spiritualibus potiantur; nihil obstante quacum-

(1) *Conc. Trid. Sess. 22. cap. 8. de reform. Gavant. Manual. verbo* Visitatio 23. *Pignatel. cons. 127. tom. 9. Monacel. tom. 1. tit. 5. formul. 2. num. 8. Crispin. visit. Pastor. par. 1. §. 13. n. 29. S. C. Conc. in Ripana 30. Martii* 1715.

(2) *Clem. VIII. constit.* Quæcumque 24. *Decembris* 1624. §. Præterea.

(3) *Sacr. Congr. Tart. in Fulginaten. Synod. 25. Julii* 1723. *ad* 4.

(4) *Gavant. in manual. verbo* Confraternitas *num. 15., 16.*

(5) *Acta Mediolanen. pag.* 237.; & 283. *Sacr. Congr. apud Ast. de visit. pag.* 103. *num.* 1. 4.

cumque contraria consuetudine. Quilibet autem confrater saccum proprium habere debet; si vero Confraternitas defectum suppleat, Sacristæ invigilent, ne Sacci perdantur, alias de proprio teneri volumus ad solvendum pretium. Caveant vero Confratres, ne hujusmodi habitu induti discurrant per plateas, adeant tabernas, ludant, deferant arma quæcumque, nec præ foribus ecclesiæ otiosi morentur; & in processionibus tempestivè se conferant ad Ecclesiam, in qua incipere debent; & non audeant associari in viis, in plateis, vel præ foribus oratorii. Si quis in hujusmodi deliquerit, pœnas arbitrio nostro pro modo culpæ infligendas incurrat; ut præscripsimus Parte I. cap. 8. §. 5. 6. &c.

4. In qualibet confraternitate loco vel opere pio, cui plures in unione spiritus incumbunt, Congregationes confratrum, quando oportet ad Dei gloriam, & piæ Institutionis utilitatem, convocentur: Non prætermittantur autem semel in anno pro officialium electione. Si quamplures ex confratribus illitterati sint, & idiotæ, particularis Congregatio constituatur ex iis confratribus composita, qui magis scientia, & prudentia polleant; ut in ipsa graviora negocia examinentur, & de ipsius voto in congregatione generali Confratrum resolvenda proponantur. In utriusque congregationis convocatione Statuta, & laudabiles consuetudines quoad locum, tempus, & intimationem confratrum servari volumus sub comminatione nullitatis. Quod vero attinet ad numerum confratrum, si aliquando legitimè generalibus convocatis Congregationibus, non interveniant saltem quindecim confratres, pro secunda vice iterum convocari mandamus, & tunc jus sit resolvendi, & decernendi illis, qui interveniunt; dummodo ad minimum sint tres; & si nec tres adsint, Nobis reservamus, quod in Domino videbitur. Resolutiones, & decreta cum majori parte vocalium rata, & legitima esse declaramus, nisi contraria obstent statuta, & probatæ consuetudines. Jure suffragii in Congregationibus careant adolescentes, qui annum sextum decimum non exegerint; in album tamen confratrum supra septennium recipi possint. Ii vero, de quorum (1) rebus agitur; eorumque consanguinei. & affines usque ad secundum gradum inclusive, nec suffragium habeant, nec in congregationibus sint præsentes, sub pœna nullitatis, & irritæ resolutionis.

(1) *Sacr. Congr. apud Nicol. Verbo in Fulginaten. Synod. 25. Julii 1723. Confraternitas num. 7. Sac. Cong. Part. ad 10.*

In hujusmodi Congregationibus, (1) etiam in Ecclesiis Regularium, quacumque ex causa coadunentur, Nobis jus asserimus præsidendi & vice nostra mandamus certiorari, admitti, & interesse Nostros respectivos Vicarios, quos delegatos nostros specialiter deputamus; & si ipsi impediti, vel absentes erunt, eorum loco Parochos substituimus. Vicariorum munus in hujusmodi Congregationibus erit præesse, præsidere, & invigilare ne scandala oriantur: ne dissentiones obveniant; ut statuta, & laudabiles consuetudines serventur; nihilque attentetur in piæ institutionis præjudicium: votum vero, sive suffragium (salva legitima consuetudine) non assumant, neque in administratione manum apponant. Omnia acta Congregationum, resolutiones, & decreta fideliter describantur a Secretario.

5. Officialium electio fiat per secreta suffragia, sub pœna nullitatis; & si post tertium scrutinium (2) sodales in electione non conveniant, ad nos deputatio devolvatur, & quatenus non sint, qui officia, & onera subire velint, aliis extraneis administrationem committemus, vel Confraternitatis suppressionem comminamur. Eligantur viri probitate, & idoneitate præditi ad annum tantum, & a nostris Vicariis approbentur, non prorogentur autem absque nostra speciali facultate. Legitime electi in termino dierum quindecim possessionem capiant, & inventarium subscribant, sin minus standum erit juramento præcedentium officialium. Sine causa a nobis approbanda, officia recusare nequeant (3) sub pœna scutatorum trium ipsis operibus piis applicanda, & inhabilitationis ipso facto ad alia officia consequenda: Ante adeptionem autem possessionis officii juramentum præstent, de fidei, & diligenti administratione exercenda, & reddenda singulis annis ratione, ad quam, si negligentes fuerint, (4) etiam censurarum pœnis compellemus. Quamvis autem prædictum juramentum vel negligentia vel malitia præstitum non fuerit, nihilominus (5) sciant Administratores, exactores, & deposita-

(1) *Sac. Cong. Ep. 21. Novemb. 1690. in Cosant. et in Casanat. 24. Nov. 1690. et in Forosempron. 2. Maii 1692. S. C. Conc. in Trojana 24. Augusti 1709. ad 6. Item in Lancianen. 21. Sept. 1710., et in Sutrin. 5. Decembr. 1715. Sac. Cong. Part. in Fulginat. Synod. 25. Aug. 1723. ad 10. Vide Monacel. tom. 1. tit. 5. formul. 11; n. 21.*

(2) *Sacr. Cong. Conc. 4. Junii 1701. apud Monacel. tom. 1.*

(3) *Sacr. Cong. Part. in Fulginaten. Synodi 25. Julii 1723. ad 9.*

(4) *Conc. Rom. 1725. tit. 23. cap. 2.*

(5) *Concil. Trid. sess. 22. cap. 9. de Reformat. Synod. Fulginat. 1722. examin. in S.C. cap. 24. n. 10. et cap. 25. n. 2. Syn. Civit. Castell., Lanucci, tit. 4. c. 9. n. 16.*

tarii Confraternitatum , aliorumque locorum , & operum Piorum , sese , præsenti Nostra synodali constitutione , ex ipso actu officii suscepti obligatos tacite in forma Cameræ , nedum ad fideliter administrandum , rationem reddendam quolibet anno coram Nobis (etiam si aliis esset ratio exhibenda) & reliquationem solvendam intra mensem a die expirati officii ; sed item renuntiasse censeantur quibuscumque privilegiis , & exemptionibus , nostræque jurisdictioni , & Foro sese subjecisse , & executionibus tam realibus , quam personalibus consensisse manu regia , veluti si expirasset terminus juris cum debita confessione . In administratione , & cura bonorum temporalium , & exactionibus redditaum prorsus excludimus a numero officialium , & a voce passiva illos , qui præteritæ administrationis rationem non reddiderunt , qui reliquationem non re solverunt , & qui debitores effecti sunt aliorum quorumcumque locorum piorum ex negociorum gestione . Filios familias etiam excludimus , nisi parentis consensus , & obligatio accedat . Caveant autem officiales , exactores , & ministri rerum temporalium , ne sua culpa , & negligentia præjudicium afferant loco , vel operi pio , ne ad damna , & impendia reficienda proprio ære teneantur (1) ; prout teneri volumus , si debitores effecti fuerint non solvendo , ob non factas tempore opportuno diligentias , etiam judiciales sibi ipsi incumbentes ; quamvis in anteactis administrationibus debita exigenda supersint .

6. Confraternitatum , aliorumque locorum , & operum piorum redditus , seu bona , in alios quam destinatos usus , non expendantur , & omnino testatorum , & Benefactorum , qui legata pia reliquerunt , voluntates serventur , & summa fide impleantur ; onera autem (2) in conspicua tabella , & in libro peculiari describantur . Expensæ ordinariæ a Congregatione confratrum approbatæ non alterentur ; extraordinariæ vero (3) juxta de causa , & ex redditibus superabbundantibus , usque ad summam scutatorum trium officialium auctoritate fieri posse concedimus .In majori summa usque ad decem, Congregationis confratrum consensus exigatur ; ultra decem vero approbatio , & licentia nostra requiratur ; alias de proprio officiales , vel confratres teneantur . Commessationes autem , & compotationes sumptibus confraternitatis , quovis colore , & prætextu , etiam causa Festi-

Aa 2

(1) *Synod. Baptistelli Fulginat.* 1722.
(2) *Sac. Cong. de Mandato Alex. VII.* 5. *Decembr.* 1663.
(3) *Synod. Oldo* 1728. *par.* 3. *cap.* 4. *num.* 12.

ſtivitatum, & Proceſſionum, vel quocumque tempore, ſint omnino interdictæ, non obſtante quavis in contrarium conſuetudine, quam potius abuſum eſſe declaramus; & volumus ut impenſæ pro hujuſmodi cauſa factæ in rationum redditione ratæ non habeantur; ultra pœnas, quas contra inobedientes arbitrio noſtro infligendas reſervamus. Diſtrictius commeſſationes, & compotationes in Eccleſiis, (1) oratoriis & ſacrariis prohibemus, prout ediximus Parte I. Cap. 10. §. 16., etiam ſumptibus alicujus ex confratribus, ſeu alterius perſonæ. Bona Confraternitatum, aliorumque locorum piorum (2) non concedantur, quocumque titulo vel emptionis, vel permutationis, vel emphiteuſis, confratribus vel confratrum conſanguineis, vel affinibus, niſi cum noſtra facultate, & diſpenſatione. In locationibus, in reſtitutionibus Capitalium, & eorumdem inveſtitionibus, ea ſerventur, quæ in capite de bonis Eccleſiaſticis in hac ſynodo edicimus. Eleemoſynæ, & oblationes fideliter erogentur in reparationem, & ornamentum Eccleſiæ, vel oratorii (3) vel in alios pios uſus arbitrio noſtro.

7. Duo eligantur Syndici notæ probitatis, & induſtriæ, qui rationem adminiſtcationum rerum temporalium exigant, & attente ſcrutentur; expensas legitimis documentis deſtitutas ratas non habeant; & ſolutiones computorum mercatoribus, & artificibus absque Peritorum recognitione faciliter non approbent. Si qua credita inexacta ſuperſint, de factis diligentiis inquirant, & in ſententia adnotent, num officiales munus ſuum expleverint, ſeu in officio defecerint. In fine Syndicationis nomina deſcribant debitorum, ſive pro capitalibus, ſive pro annuis redditibus cum tempore, & quantitate ſummæ debitæ, ne eorum memoria pereat. Vicarii noſtri tamquam a nobis ſpecialiter deputati reviſionibus computorum, etiamſi fiant ab aliis Syndicis, & deputatis, interſint, easque ſubſcribant. Curent, ne reviſiones hujuſmodi ultra menſem protrahantur; ut reliquatio ſtatim ſolvatur, cum notificationum affixione, promoveant, & accelerent.

8. Quatuor libros habeat quælibet Confraternitas, in quorum primo ſint deſcripta omnia bona tum ſtabilia, tum mobilia, quæ poſſidet, cum titulo ex quo obvenerunt, et cum die, menſe, & anno, ac nomine notarii rogati, juxta formam,

(1) *Clement.* Quia contingit *de religios. Dom.*

(2) *S.C.C. in Parmen. 7.Octob.1602.*

(3) *Clemens* 8. *Constit.* Quæcumque §. Eleemosynas autem 24. *Dec.* 1604.

methodum (1), & instructionem Concilii Romani de conficiendo inventario, prout in præcitato capite hujus nostræ Synodi de bonis Ecclesiasticis. In altero annuatim referantur redditus, & exitus, & rationum redditiones. Tertius Resolutiones, & Decreta singularum Congregationum contineat. Quartus tandem Cathalogum referat eorum, qui Confraternitati, loco, & Operi Pio nomen dederunt. Quatuor item appensas tabellas habeat, in quarum prima Indulgentia, ac privilegia Confraternitatis; in altera Confratrum nomina, in tertia officiales pro tempore describantur; Quarta vero onera Missarum, & aliorum piorum operum per sodales adimplenda ostendat, cum indicatione Benefactoris, Altari, diei, & notarii. Suum denique habeat Archivium, bene clausum, in quibus reponantur, & conserventur statuta, & documenta erectionis, aggregationis, indulgentiarum, onerum missarum, aliorumque Piorum Operum.

CAPUT XII.

De Hospitalibus.

1. Hospitalitatis Officium a Sanctis PP. frequenter commendatur (2); per hanc enim multi placuerunt Deo. Abraham (3) pro studio sancto, quod in suspiciendis Peregrinis habere solitus erat, Angelos hospites suscipere meruit. Similiter & Loth (4) Nepos ejus pro simili devotione, & pia consuetudine, de eorum susceptione exultavit. Hospitalitatem itaque servantes simili forma non Angelos suscipiunt (5) sed Dominum Angelorum in Peregrinis, in egenis, in languentibus; talibus enim hostiis (6) promeretur Deus, qui in Judicio dicturus est: *Quod uni ex his minimis meis fecisti, mihi fecistis.* Officiales igitur Confraternitatum, aliorumque locorum Piorum quæ ad hujusmodi charitatis officia sunt destinata, aliis ministris erga pauperes, peregrinos, & infirmos, verbo, & exemplo præeant: Institutiones, & statuta adamussim servent, & quæ a Sacro Concilio Tridentino (7) sancita sunt, fideliter exequantur: duos deputent visitatores quolibet mense renovandos, viros pietate, & charitate præditos, qui Hospitale visitent, infirmos consolentur, illosque ad confitendum initio mor-

(1) *Concil. Rom.* 1725. *tit.* 12. *cap.* 1. *et* 2. *et in Appendice num.* 10.
(2) *S. Bernard. Ep.* 241. *ad Tolosan.*
(3) *Genesis* 18. *a.*
(4) *Genes.* 19. *a.*
(5) *Matthæi* 25. 35.
(6) *Ad Hæbreos* 13. 16.
(7) *Conc. Trid. sess.* 23. *cap.* 8. *de Ref.*

morbi peccata sua, & ad alia Sacramenta suo tempore suscipienda efficaciter excitent: super Hospitalarium etiam invigilent, ut exacte, juxta Medici præscriptum, necessaria quoad victum, & medicinam subministret ægrotis.

2. Hospitalarii eligantur viri maturæ ætatis, morum integritate, & eximia in pauperes charitate commendati, qui, inventario de Hospitalis bonis confecto, præstitoque juramento de fideliter administrando, officium suscipiant. Studeant in Hospitali munditiem conservare, ne sordibus, & fœditate fastidium, & nausea provocetur. Pauperes, sive peregrinos non excipiant hospitio sine licentia Parochi, vel Vicarii. Statim ac infirmum receperint, Parochum admoneant, ut Sacramenta illi suo tempore subministret, in quo si negligentes fuerint, ita ut aliquis, eorum culpa, sine Sacramentis decedat, severissimam districtionem subibunt. Caveant quidquam, etiam sponte sibi oblatum, recipere, sub interminatione dimissionis ab officio, & restitutionis duplicatæ. Fœminas viris, viros fœminis famulari, quod est indecorum, & periculi occasio, prohibemus, nihil obstante contrario usu, sive potius abusu.

3. Homines vagi, bona venalia circumferentes, circulatores, criminosi, blasphæmi, arma deferentes, qui præceptum Paschale non adimpleverunt; inquieti, immodesti, scandalosi, ebriosi, aleatores, & cæteri hujusmodi furfuris Homines nullo modo in pauperum hospitio recipiantur, & si fortuito recepti fuerint, statim cogniti repellantur, nisi moniti corrigantur; & si resistent, nobis, vel Vicariis nostris referantur. Recipiantur ergo tantum qui ex devotione peregrinantur, & pauperes. Non admittantur Viri, & mulieres asserentes se Conjuges, nisi, prius a Parocho, vel Vicario recognitis illorum matrimonialium testimoniis, certo constiterit de matrimonio; conjugati (1) seorsim a cœteris cubent. Secludantur omnino viri a fœminis; itaut nullus sit inter eos aditus, nec morari in hospitali patiantur ultra noctem, & diem unum. Facile fides non habeatur afferentibus fœminas comites suas esse filias, vel sorores, nisi authentico exhibito testimonio, ut supra recognito: Neque cum pueris viri cubare permittantur, nisi constet filios, fratres, vel Nepotes esse: ubi vero mansiones a Viri segregatæ non adsint, mulieres cum viris non recipiantur. Si Sacerdotem peregrinum recipi contingat, benignius, & majori, qua possunt, charitate, Hospitalarii recipiant, & tractent.

4. Di-

(1) *Clemens XI. in Edicto Bullar. n.5. pag. 599.*

4. Dimidia noctis hora Hospitalis fores obserentur, antequam dies elucescat non referandæ. Si quid defuerit de Hospitalis mobilibus ob non adhibitam ab Hospitalariis custodiam, vel perquisitionis diligentiam, refectionis damnorum ipsi pœnam luant. Adsint in januis Hospitii vas aquæ benedictæ, & in ejus medio grandior aliqua pia effigies, præsertim Christi Domini Reparatoris nostri, coram qua ad effundendas preces opportuna obsecratione, seu dulci increpatione ab Hospitalariis pauperes excitentur, videlicet ad eliiciendum sero actum doloris cum recitatione saltem Litaniarum Beatæ Mariæ Virginis; mane vero actus exercitii christiani cum oratione Dominica, & salutatione Angelica quinquies: in honorem Passionis Christi.

5. Ubi per defectum redditnum desit Sacerdos Cappellanus; Parochus sive per se, sive per alium Sacerdotem ad confessiones approbatum, id officium assumat; & invigilet, ut Peregrini, & pauperes vespere ante quietem, & mane ante egressum pias preces, ut supra in communi recitent. Cum vero primum infirmi, vel convalescentes ad hospitalem domum accesserit, confessionem sacramentalem illico ministrent, & si gravis sit morbus etiam Eucharistiæ Sacramento reficiat, & Extrema roboret unctione, nec desinat in ultimo agone animæ commendationem, & post mortem exequias peragere.

6. In quolibet infirmorum Hospitali retineatur liber, in quo nomina, cognomina, & patriæ Infirmorum, cum adnotatione diei, mensis, & anni, quo recepti sunt, & quo vel regressi, vel mortui. Si quis Ægrotus decesserit (2), & aliquid in re, aut ære relinquat, refectis expensis favore loci pii, quod superérit hæredibus, si fieri potest, ab intestato succedentibus tradatur: Secus per nos in pias Causas erogabitur, non obstante quacumque contraria consuetudine: Et si hospes aliquid ex iis (1) surripuerit, triplum restituere teneatur. Si autem Ægrotus testatus fuerit, ultima ejusdem voluntas exequatur omnino. Super decumbentium lectis non desit pia Imago, coram qua suas preces Infirmi valeant recitare.

7. Ubi recipiuntur Infantes projecti, vel expositi, quocumque in loco inveniantur, Præfecti, & Hospitalarii presto sint eos suscipere, alendos tradere nutricibus, & ad proprias expositorum domos cum omni cautela mittere; descriptis in libro nomi-

(1) *S. Cong. Conc. in Pragen.* 8.*Maii* 1683. *Giraldi Exposit. Jur. Pont. par.*1. *Sect.* 482.

(2) *Auth.*Omnes peregrini *C.* Commun. *de success. Constit. Honor. III. incip. Has leges*, *anno* 1220.

minibus, si notitia habeatur, cum signis, notis, die, mense, anno, & loco in quo reperti fuerint, & quatenus de baptismo non constet, cum debitis cautelis confestim hoc Sacramento à parocho regenerentur, prout ediximus Part.II. cap.2. §.7.

8. Ut in optimo statu Hospitalia custodiantur, & conserventur, & a suis Administratoribus fideliter & sedulo gubernentur, omnia, quæ, in superiori capitulo de Confraterritatibus constituta sunt, & congrue aptari possunt, servari mandamus, & Vicariis nostris imponimus, & Hospitalia sæpè visitent, eorum statum perscrutentur, & quomodo res tam in spiritualibus, quam in temporalibus procedant, nobis referre non prætermittant.

CAPUT XIII.

De Montibus Frumentariis.

1. Exposcit Pastoralis nostræ curæ debita vigilantia, ut ea, quæ ad pietatis, & charitatis opera exercenda, pauperumque, & miserabilium personarum pressuras sublevandas, laudabiliter sunt instituta, & ordinata, optimo jure observentur, & fideli custodiantur administratione: Quapropter Montes frumentarios in Apostolicis (1) Constitutionibus de Montibus Pietatis evulgatis comprehensos, ad formam ipsarum Constitutionum administrari monemus; & quamuis aliqui ex ipsis Montibus erecti fuerint in pauperum subsidium ex publico ærario Communitatum, vel laicorum, & ab ipsis communitatibus, & laicis administrentur, nostræ tamen visitationi subsint (2) ut explorare possimus, an labe usuraria inficiantur, & an rite, & recte gubernentur. Ad eorumdem igitur sedulam conservationem servari volumus Institutiones, Capitula, statuta, visitationum decreta pro singulis prolata quoad officiales creandos, frumentum mutuandum, fidejussiones recipiendas, credita repetenda rationem singulis annis reddendam, aliaque similia.

2. Præcipimus, ut singulis annis horum Montium Ministri eligantur, electique juramentum præstent de fideli administratione, & de observandis proprii Montis Capitulis, sive statutis a nobis approbatis. Ultra triennium absque nostra licentia

(1) *Leo X. Constit. inter* Multiplices *2. in Concil. Lateran. sess.10. Sac. Cong. Epis. approbat. a Urbano VIII. 14. Februar.i 1632. Sac. Congr. apud Barbos. Apost. decis. Verbo Mons. Pietatis. n.4.*

(2) *Conc. Trid. sess.22. cap.8. de Ref. S.C.C. in Fulginat. 24. Februar.1652. et in Montis Falisci 6. Junii 1695.*

tia non confirmentur, sub pœna nullitatis. Nobis teneantur rationem reddere singulis annis (3) quacumque consuetudine non obstante; alias si moniti non paruerint, per censuras Ecclesiasticas compellentur.

3. Frumenti distributio fiat mensibus in propriis statutis, vel a specialibus decretis designati, & ultra quantitatem præscriptam non tradatur sine nostra speciali licentia. Distributio ipsa in libro bene compacto, & cartulato adnotetur cum nomine, & cognomine accipientis, & fidejussionis. & in eodem quoque libro frumenti restitutio describatur. Frumentum non tradatur mutuo, nisi pauperibus; cumque ab ipsis nimis difficilis sit restitutio, nulli detur mutuum absque fidejussione, vel pignore, cum obligatione camerali. Pater vero pro filio non recipiatur, uxor pro marito, & e converso: frater pro altero in eadem domo, sive pro indiviso possessor nec recipiatur; & filii familias ad fidejussionem nullo modo admittantur; nec mutuo detur frumentum ei, qui tempore debito quantitatem frumenti mutuatam non reportavit: alias si Monti damnum illatum fuerit ex Officialium negligentia, tam in distributionibus, quam in exactionibus, sive quocumque alio modo, ipsi de proprio teneantur: & quoniam difficilis exactio frumenti in pauperum tandem recidit dispendium, præsenti constitutione synodali declaramus, ex ipso actu receptionis mutui censeri mutuatarios (4) in forma Cameræ obligatos; sed item renunciasse cuilibet exemptioni, & privilegio, nostræque jurisdictioni, & foro consensisse, cum exequutionibus manuregia, velut si expirasset terminus juris, cum debiti confessione.

4. Administratores igitur solliciti sint in exactione frumenti mutuati, cum tempus adveniet recollectionis proximæ futuræ. & de negligentia respondere teneantur, sicut de aliis Administratoribus statuimus in Capite Undecimo num.5. Nihil prorsus in Montibus frumentariis pro conservatione, & restitutione frumenti in mensura magis coacervata accipiatur, juxta verbum Domini (5) *mutuum date nihil inde sperantes*. Quoniam vero Montes nostræ Diœcesis redditus non habent ad eorum manutentionem pro impensis necessariis, & pro convenienti Ministrorum retributione, aliquid plus moderatum juxta necessitatem cum beneplacito Sanctæ Sedis recipi potest, ita tamen, ut nil quid

B b ini-

(1) *Conc. Trid. Sess.25. cap.8. de Ref. Conc.Rom. 1725. tit.25. cap.2*

(2) *Synod. Fulginaten. 1722. examinat. in S. Congr. cap. 25. n.16. Synod. Lanucci 1756. cit.4. cap.10. §.22.*

(3) *Lucæ 6.*

minimum, præter enunciatam necessitatem, ad lucrum etiam eorumdem Montium acquiratur, ad formam constitutionis Leonis X. (1) in Concilio Lateranensi, prout nobis rescripsit Sacra Congregatio (2) Episcoporum, juxta exemplar, quod damus in Appendice num. XXXIX. Nullus igitur audeat plus exigere ultra quod a Nobis pro quovis Monte frumentario determinatum est; & si quod aliquod inveniatur augumentum Pio Monti addicatur. (3)

5 Frumentum in alios quoscumque usus (4) etiam pios, & ad Dei cultum non erogetur, & frumenti augmentum in Horreo repertum Administratores sibi ipsis non audeant facere proprium, quocumque motivo, vel prætextu: & meminerint, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ Summo Pontifici reservatæ (5) interdictum esse, frumentum a Sacris Montibus præter, vel contra Institutionem amovere, mutare, vel in proprios, aliorumque usus convertere, etiam cum animo, & certa spe frumentum in suis locis reponendi.

6. Omnes itaque nostræ Pastorali curæ subjectos, tam Ecclesiasticos, quam Laicos, plurimum in Domino obsecramus, ut opus hoc tam pium, adeoque Sanctum tamquam Christi, suorumque Pauperum Patrimonium, & ad usurarum pestem reiiciendam institutum, fideliter, & sine fœnore exerceant; ut Deus miserabilium Pater, ad ejus conservationem, & augmentum, cælestem benedictionem impertiri dignetur.

CAPUT XIV.

De Testamentis, & Legatis Piis.

1. Episcopalem sollicitudinem exigunt Sacri Canones, ut Deo (6) reddantur, quæ Dei sunt. Optamus igitur, ut quæ ex piis hominum dispositionibus relicta sunt debita libertate fiant, parique fidelitate executioni mandentur; & omnibus, qui ad Legata pia exequenda sunt quovis nomine obstricti, mandamus, ut suæ obligationi quamprimum satisfaciant. Si culpabiliter neglexerint, vel protraxerint, & Vivis subsidia, Defunctis suffragia fraudantes, statuto tempore pia onera non adimple-

(1) *Constit.* Inter multiplices *loc. cit.*
(2) *Sac. Cong. Episc. 12. Januar. 1776.*
(3) *Sac. Cong. Concil. in Montis Falisci 1. Martii 1704. ad 2.*
(4) *Sac. Cong. Episcop. loc. cit.*
(5) *Paulus V. Constit.* Onerosa 82.
(6) *Matthæi 22. 21.*

pleverint, severe puniendi; etiamsi disponentes (1) Episcopo manus apponere expresse vetuerint. Cumque maxime inumanum, atque Christianæ pietati penitus adversum sit, animum aliorum ad pias Causas disponere volentium divertere: Nemo ausu temerario directè, vel indirectè Testamenta, Legata, aliiasque Dispositiones ad favorem Ecclesiæ, & piæ Causæ impedire præsumat injustè, alias ultra Divinam ultionem, quam incurret, & satisfactionem Causæ piæ, cui obstringetur, graves pœnas subibit.

2 Testamenta, quæ ad quascumque Dispositiones Parochiani (2) coram tribus, vel duobus Testibus a suo Parocho conficienda mandarint, rata semper existent, & firma permanere debent (Ubi tamen contrarium non obstet Statutum Authoritate Apostolica in forma specifica confirmatum, quo juris Civilis dispositio fervari mandetur): & nemo illa rescindere audeat, vel irritare, sub pœna excommunicationis. Testamenta vero ad pias Causas coram Parocho (3), & duobus, vel tribus Testibus rata semper existunt, & firma remanent. In Legatis etiam piis & quæ ab Ægrotantibus ad Parochorum aures fieri quandoque solent; (4) ut fraudes, litesque vitentur, Testes etiam in eodem numero adhibeantur, coram quibus Testator, se quædam ad pias Causas eroganda, suo prout Parocho, seu Confessario injunxit, ita velle declaret; talique declaratione pia Testatoris Dispositio suum semper fortiatur effectum. Quapropter Parochi, vel Confessarii intra terminum octo dierum, sub mulcta scutatorum decem arbitrio nostro usibus piis applicanda, pium Testamentum, vel attestationem ab ipsis subscriptam cum duobus Testibus, in Nostra exhibeant Cancellaria, ne pereat, vel protrahatur pia dispositio. Si quis autem scripto, vel voce tantum, piam aliquam Dispositionem fecerint, non interveniente Notario, vel Parocho, adhuc eam (5) prout jura concedunt; ratam, & validam pronunciamus.

3 Ne piæ Defunctorum Voluntates, Hæredum, vel Executorum malitia defraudentur, monemus in Domino omnes Ecclesiarum Rectores, & Locorum Piorum Administratores, ut si quid de legatis piis, scriptis, vel non scriptis, quomodocumque notitiam habuerint, nobis deferant, ne in Divino Judicio de negligentia, & impietate redarguantur. Inter Missarum solemnia

Bb 2 iidem

(1) *Cap.* Tua Nobis 17. *de Testamen.*
(2) *Cap.* Cum esses *de Testamentis Conc. Rom. tit.* 20. *cap.* 1.
(3) *Cap.* Relatum *de Testament.*
(4) *Conc. Rom. loc. citat.*
(5) *Cap.* Indicante *de Testament.*

iidem Parochi Populum sæpe moneant de obligatione adimplendi pia Legata; eaque respective, ut supra denunciandi. Has denunciationes, seu revelationes cum suis circumstantiis in peculiari Libro diligenter registrari volumus, & mandamus per Cancellarium nostrum Episcopalem, ut earum celeri adimplemento consulere possimus.

4. Notariis pariter præcipimus, & districtè mandamus, ut intra mensem post Defuncti obitum, omnia Testamenta, & Legata ad pias Causas, quomodolibet relicta in Cancellaria Nostra denuntiare teneantur, sub mulcta scutatorum decem, aliisque pœnis arbitrariis, usque ad censuras extendendis, crescente contumacia.

5. Terminum à Testatore pro Missarum celebratione præscriptum, ne brevi quidem præterire liceat: Ubi vero nullum temporis spatium constitutum est, sex menses a die obitus Testatoris assignamus, sub gravibus pœnis, ultra culpæ reatum. Si annum excesserit dilatio executionis, hæc nobis devolvetur.

6. Cum Legata pia, quæ adimpleri nequeunt, vel de jure, vel de facto juxta mentem Testatoris, pro causa ab illo præscripta, erogari debeant in aliam causam, per Nos declarandam (1): sciant Hæredes, hujusmodi Legata non fieri caduca, neque ad ipsos hæredes devolvi. Itaque casu hoc occurrente ipsi hæredes vel Executores pro exoneratione propriæ conscientiæ ad Nos accedant, ut in alium pium usum, ad mentes Disponentium proximiorem, vel pro loci, & temporis conditione utiliorem, juxta nostrum arbitrium piæ dispositionis commutatio fiat; & ne Defunctorum mentes defraudentur, Ecclesiarum Rectores ad Nos id deferant; & Confessarii in re tam gravi suas adimplere partes non omittant.

7. Legatum pium ad certum usum relictum, in alium, quamvis æque, vel magis pium commutare, seu transferre nemini liceat, (2) absque Sedis Apostolicæ Beneplacito, & diligenter Commutationis causa cognita, & perspecta. Hæreditates autem, donationes, & legata, quæ oneribus piis sint gravata, Nobis inconsultis, non acceptentur, sub pœna nullitatis actus, ne damnosa, & præjudicialia sint Ecclesiis, et Locis Piis. Quæ vero

(1) *Cap.* Tua Nobis *de Testament. Clement.* Quia contingit *de Religios. domib. Conc. Trid. Sess. 22. cap. 6. de Reform.*, *et sess. 25. cap. 8. de Reform. Crispin. de Visitat. part. 2. §. 14. n. 1. et 2. Synod. Fulginat.* 1722. *cap. 24. n.* 18. *Sac. Cong. Conc. in Sorana 25. Junii* 1620.

(2) *Clementina* Quia contingit, *de Religiosis domib. Crispinus Visit. Past. part. 2. §. 14. n. 2.*

ro onera perpetua Missarum habent adnexa, nullus audeat suscipere absque nostra in scriptis facultate (1) sub pœna Interdicti, & refectionis damnorum: prout in Part.I. cap.6. §.21. hujus Synodi.

8. In subsidiis dotalibus, quæ Pauperibus, honestisque Puellis a Societatibus, aliisque Locis Piis largienda sunt, conditiones serventur a Fundatore præscriptæ; & in solutione servetur ordo prioritatis, non quidem à promissione, vel cedula tradita, sed ab emissa Professione Religiosa, vel a contracto Matrimonio de præsenti, cum Fide Parochi, alias solutiones de proprio factæ censeantur.

CAPUT XV.

De Rebus Ecclesiasticis conservandis, & non alienandis.

1. Prospicientes sapientissime Summi Pontifices, & Generalia Concilia, spiritualia Ecclesiæ bona diù consistere non posse, nisi ad illius cultum, & ornatum, Ministrorumque substentationem, temporalia suppeterent, opportunas, strictasque promulgarunt Constitutiones, de rebus Ecclesiæ (2) non alienandis. Quoniam vero inter Bona Ecclesiarum potiorem obtinent locum Instrumenta, Scripturæ, aliave monumenta contractuum, rationum, jurium, tum spiritualia, tum temporalia respicientium, quibus bona ipsa contra usurpatores defenduntur; præcipimus, & mandamus, ne aliquis occultare, supprimere, lacerare, comburere, vitiare, aut iniquè detinere illa præsumat; quique hujusmodi scripturarum notitiam habent, ut revelare teneantur in termino unius mensis a præsentis Decreti publicatione: & deinceps in his peccantes, pœnam Excommunicationis ipso facto incurrant. Si vero de Juribus detentorum sint hujusmodi scripturæ, satis erit, ut authenticum documenti exemplum permittant exscribi. Hujusmodi scripturæ fideliter detineantur in Archivo respectivo Ecclesiarum, & Locorum Piorum, cujus claves penes Personam ad hoc electam, vel eum, ad quem de jure, & consuetudine pertinet, fideliter custodiantur, quodque semper clausum retineatur, nullique claves committantur, aut ulla Scripturarum documenta inde extrahantur: & perquirendi licentia, non nisi custode præsente, detur, sub gravibus pœnis. Sicubi vero congruus

(1) *Innocen. XII. Constit.* Nuper *de celebratione Missarum. tit. de reb. Ecclesiastic. non alienand. Conc. Rom. tit. 19.*

(2) *In Clement. et Extravagan. tot.*

gruus locus pro Archivo non habeatur, saltem in Sacristia Armariolum ad hunc effectum destinetur. In Archivo autem Episcopali (1) Curiæ processus, atque scripturæ omnes, quæ in Appendice Concilii (2) Romani enumerantur, suo ordine retineantur, & integra custodiantur, eorumque Inventarium authenticum (3) singulis annis a Cancellario conficiatur, ejusdemque manu conscriptum Nobis (4) tradatur, penes Nos diligenti cura conservandum. Si quis autem Scripturas in Archiviis prædictis reportatas violaverit, corruperit, subtraxerit, combusserit, suppresserit, seu similia fieri mandaverit, aut auxilium, consilium, vel favorem præstiterit (5) omni sit dignitate, officio, & beneficio privatus, & ad futura obtinenda inhabilis eo ipso, ex Constitutione præfati Concilii Romani.

2. Inutilia prorsus, & vacua essent Archivia, nisi ibidem jurium Ecclesiarum monumenta reponerentur; ideo edicimus (6) ut Capitula quæcumque, & Collegia, Rectores Ecclesiarum, Possessores Beneficiorum etiam simplicium, & de jure patronatus, omnesque Hospitalium, Confraternitatum, Congregationum, & ceterorum Locorum Piorum, nec non Cappellaniarum, & Legatorum piorum Administratores, & respective Detentores, eisque, & eorum singulis, sub pœna etiam Interdicti contra Capitula, & Collegia ipsa, suspensionis contra Clericos sacris Ordinibus initiatos, & Excommunicationis contra reliquos Clericos in Minoribus constitutos, & contra Laicos, in virtute sanctæ Obedientiæ præcipimus, ac districtissimè mandamus, ut infra *Annum* post hujus Synodi promulgationem, Bonorum omnium legale Inventarium juratum conficiant, juxta modum, & formam in Concilio Romano expressam(7); de quo duo faciant exemplaria, alterum in Cancellaria Episcopali, alterum in Ecclesiæ Archivo servandum. Quoniam vero bona mutationibus sunt obnoxia in dies, ut eorum memoria sarta tecta servetur, singulis decenniis renovari (8) Inventaria præcipimus, sub pœnis arbitrio.

3. Si scripturæ ad Ecclesias, & pia opera pertinentes, ex in curia Rectorum, Beneficiatorum, & Administratorum non fuerint in Archivio reconditæ, vel repositæ morte superveniente: eorum

(1) *Conc. Rom. Tit. 12. cap.3.*
(2) *Idem in Append. num. 10.*
(3) *Idem Conc. Tit. et cap. citat.*
(4) *Ibidem.*
(5) *Idem Conc. loc. cit. cap. 5.*
(6) *Conc. Rom. tit. 12. cit. cap. 1.*
(7) *Concil. Rom. tit. cit. cap. 6. et in Append. num. 10.*
(8) *Syn. Oldo 1728. par. 3. c. 6. n. 9.*

eorum hæredibus, & quibuſcumque aliis mandamus, ſub pœnis contra illicitos Detentores Bonorum Eccleſiarum ſtatutis, ne illas detineant, occultent, vel alio aſportent; ſed, quatenus apud eos exiſtant, intra terminum unius menſis Curiæ Noſtræ Epiſcopali, vel ſucceſſori in beneficio conſignet: ſub pœnis cenſurarum inflictis prout in Cap.3. hujus 3. Partis §.10.

4 Domus, & Ædificia quæcumque Eccleſiarum, & Beneficiorum, aliorumque Operum Piorum, ab iis, ad quos ſpectat, cum opus fuerit, reficiantur, & conſerventur, alioquin, Nos ipſi negligentium impenſis reparari curabimus. Numquam tamen ex toto, vel ex parte deſtruantur, etiam ſub prætextu in meliorem formam redigendi, niſi Noſtra licentia in ſcriptis acceſſerit. In agris, aliiſque ruralibus Bonis Eccleſiarum, & piorum operum, quæ Bonis laicorum ſunt confinia, ne aliqua illis ſervitus imponatur, aut intra eorum fines protendatur, mandamus apponi terminos, vocatis vocandis.

5. Omnia ſtabilia, & mobilia, quæ ſervando ſervari poſſunt ad jus Eccleſiarum, & locorum, atque Operum Piorum pertinentia, non alienentur, vendantur, donentur, nec permutentur, neque obligentur, aut hypothecent: in locationem ultra triennium, vel Emphyteuſim non concedantur, nec aliter distrahantur, vel alio quocumque titulo, latiſſima etiam alienationis ſignificatione comprehenſa non alienentnr, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ (1), aliiſque pœnis a jure inflictis contra Res Eccleſiæ Alienantes. Tranſactiones, & concordiæ jurium, & rerum controverſarum, non fiant, niſi obtenta facultate à Sede Apoſtolica, vel a Nobis in caſibus a jure permiſſis, (2) ſervatiſque iis: quæ Sacri Canones ſervari præcipiunt. Quamvis verò licitè ſtipulari poſſint alienationum prohibitarum contractus, cum reſervatione Beneplaciti Apoſtolici, vel Noſtri in caſu permiſſo; ſub pœnis tamen cenſurarum (3) aliiſque à jure ſtatutis contra alienantes Bona Eccleſiarum, ante ejus impetrationem, & exequutionem non transferatur poſſeſſio rei in contractu deductæ, neque etiam per Clauſulam Conſtituti, & Precarii.

6. Locationes, & affictus non fiant ultra triennium, ſub pæna nullitatis (4) eodem tempore tranſacto; & declaramus illici-

(1) *Clem., et Extravagan. loc.sup.cit.*
(2) *Capit. Statutum de Transactionib.*
(3) *Genuen. in praxi Cur.Arch. c.50.*
(4) *Sac. Cong. Conc. in Florent. 7. Junii, et 20. Septembr. 1692. ac 8. Aprilis 1693.*

licitam; & invalidam sub pœnis (1) in jure statutis, dolosam illam locationem ad triennium, quæ sub ea conditione fit, ut si ultimis mensibus partes quiescant, & disdictum non faciant, nova locatio ad aliud triennium facta censeatur, & sic deinceps. Cum vero bonorum Ecclesiasticarum locatio (2) ultra triennium utile in jure esse alienatio censeatur, ideoque absque Beneplacito prohibita; cumque nomine triennii utilis tres fructuum anni intelligantur: si fructus semel dumtaxat biennio quolibet ex fundo locato percipiantur; sine Beneplacito ad sex annos (3) locari fundus poterit, ut trina fructuum collectio, adeoque triennium utile habeatur. Ut autem Ecclesiis, atque Locis, & Operibus Piis prosint locationes, omnisque alterius generis contractus, volumus, & mandamus, ut ineantur, propositis prius publicis Edictis, & receptis oblationibus certis, & cum privilegio Additionis in diem, juxta mentem Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium approbatam a SS.D.N.PP. Pio VI. die 20. Junii 1783., prout in Epistola ejusdem Sacræ Congregationis, quam damus in Appendice num. XL. §.1., una cum Regulis observandis, præscriptis in Motu proprio sanct. mem. Bened.XIV. in concedendis locationibns bonorum Cameræ Apostolicæ, eodem num. XL. §. 2., sub pæna nullitatis contractus. Caveant autem Clerici quicumque, sub nomine alienandi utilitatem, & commodum percipiendi fructus vel alio quovis titulo, prætextu, & colore vendere, ac distrahere suorum Beneficiorum redditus; & proventus, vel ad vitam, vel in longum tempus, recepta ab Emptore per unam, vel plures solutiones, pecuniarum quantitate, quam ipsi Beneficiati per ejusdem temporis, vel vitæ spatium probabiliter consequi potuissent (4) sub pœna excommunicationis, & nullitatis actus, & inde consecutorium, aliisque contra alienantes Bona Ecclesiæ statutis, & inflictis.

7. Concessiones bonorum immobilium in Emphyteusim, vel alio quocumque titulo fieri non permittuntur. (5) in perpetuum, sed usque ad tertiam generationem masculinam tantum. Decla-

(1) *Extravagan.* Ambitiose *de reb. Eccles. non alien. Concil. Trid. Sess.* 25. *cap.*11. *de Reform. Clemen.* 1. *de rebus Eccles. non alienan. cap.* ad Audientiam. *eod. tit. Cap.* Quærelam ne Prælati vices suas *Cap.* Si gratiose *de rescript.* 126.

(2) *Cap.* Nulli liceat, *et cap.* ad Audientiam *de reb. Eccles. non alienandis.* *Synod. Tuscul.* 1763. *par.*1. *cap.*20. §.9.

(3) *Rota Romana in Tiburtina Affictus* 19. *Junii* 1648.

(4) *Bened. XIV. Constit. vuiversalis Eccl.* 29. *Augusti* 1741.

(5) *Concil. Rom. tit.* 19. §.1. *Giraldi tom.* 1. *sect.* 446.

ramus proinde nullos, & invalidos, & imposterum prohibemus, sub pœnis contentis in extravagante *Ambitiosæ*, Authoritate etiam Sacræ Congregationis Episcoporum Nobis tributa in Epistola, quam damus in Appendice num. XII., contractus omnes illos pro tempore illimitato, absque Beneplacito initos, & respective ineundos vulgo, *a Colonia*, *& a Canone*, quibus locatur Terrenum, ut reddatur vineatum, seu olivatum, aut alio modo cultum tunc solum ad Ecclesiam devolvendum, cum redactum fuerit incultum, & sterile. Requiritur autem in contractibus ultra triennium, etiam si fiant (1) a Regularibus quantumcumque exemptis, Beneplacitum Apostolicum, vel nostrum, si res exiguæ sint, vel modici valoris, qui summam non excedat viginti quinque scutorum aureorum (2) hoc est scutorum quadraginta unius, & obolorum viginti quinque monetæ Romanæ, contraria consuetudine (3) non suffragante. Abusus autem, & dolus reprobatur, quo res magni valoris (4) per plures modicas alienationes diversis vicibus alienantur; cum id fieret in fraudem legis. In qualibet concessione examinentur, & serventur conditiones a Sacra Congregatione injunctæ, & præcipue ne Bona Ecclesiastica concedantur (5) ipsis Rectoribus Ecclesiarum, nec eorum consanguineis, & affinibus usque ad quemcumque gradum; ne alienentur prædia vicina, & contigua ipsis Ecclesiis: ut legitime constet de qualitate, & pretio (6) Bonorum, eorumque annuo redditu: ut interveniat consensus Capitularis; ut declarentur conditiones, quibus contractus est ineundus; ut præcedant publica Edicta (7) pro reperienda meliore offerentis conditione: ut contractus (8) in evidentem Ecclesiæ, vel Operis Pii utilitatem sit cessurus; non concedantur item finitimis Dominis, ne fines confundantur, atque lites exurgant, & jurgia; quod si necessitas urgeat, vel utilitas suadeat, exactius fines describantur, & planta formetur. Fiant autem hujusmodi concessiones absque spe renovationis, ita ut elapso tempore, vel finita generatione, dominium utile consolidetur cum directo, & transeat pleno jure ad Ecclesias, & Loca Pia (9); & melioramenta cedant solo.

Cc Præ-

(1) *Urban. VIII. Decr. Sac. Cong. Conc. 7. Septembr. 1624. Bened. XIV. Inst. 69.*

(2) *Sacr. Congr. Conc. in Messanen. 29. Novembr. 1613. In Baren. 12. Apr. 1692. in Tapien 15. Maii 1710., et in Faventin. 22. Martii 1711.*

(3) *Card. Petra in Comment. ad Constitut. Pauli II. tit. 19. n. 65.*

(4) *Sac. Cong. Conc. 7. Octob. 1602. in Parmen n. 1.*

(5) *S. C. Conc. cit. num. 2. et 3.*

(6) *S. C. Ep. in Lancian. 20. Apr. 1647.*

(7) *Eadem in Append. 30. Sept. 1659.*

(8) *Eadem S. Congr. Volaterren. 31. Augusti 1647.*

(9) *Concilium Roman. tit. 19. §. 1.*

Præfatas respective cautelas servari mandamus in locationibus ad longum tempus; permutationibns, aliisque quibuscumque alienationibus.

8. Testes, & Periti, qui a Notariis, & Cancellariis Nostræ Curiæ in hujusmodi alienationibus adhibentur, caveant ne fraudolenter falsum deponant, aut veritatem taceant, tam super valore, quam super annuo redditu, quæ duo sunt requisita pro utilitate, vel necessitate Ecclesiæ exponenda; alias ipsi tamquam perjurii pœna falsi punientur, & ad damnorum restitutionem damnabuntur.

9. Quamvis jure Canonico (1) Emphiteuta possit aliis vendere meliorationes, & jus sibi competens (Ecclesia primitus requisita) quando cum Apostolico Beneplacito emphiteusis concessa est in perpetuum, ita ut transitoria sit ad hæredes etiam extraneos: si tamen concessa sit ad certum tempus, vel tertiam generationem, ut fieri solet, nullus omnino audeat, sub pœnis contra alienantes bona Ecclesiæ inflictis, meliorationes, & jus sibi competens vendere, absque novo Beneplacito.

10. In Contractibus locationis, sive societatis animalium, quæ a Confraternitatibus, & Locis Piis retineri possunt sive ex Testamento, decimis, successione, legatis, aut oblationibus, non autem quæ ex contractu emptionis, ipsis obvenerunt, servari volumus conditiones præscriptas a Sacra Congregatione Episcoporum in Epistola nobis directa, quam damus in Appendice num. XLI. §. 2. eosque ultra triennium iniri prohibemus absque Beneplacito.

11. Arbores tam frugiferæ, quam infrugiferæ, quamvis aridæ, absque Beneplacito necessario, non incidantur; si alicuius pretii sint, & præjudicium Ecclesiæ, vel Beneficio inferatur. Licentiæ hujusmodi Arbores cædendi ea conditione concedentur, ut earum valor favore Ecclesiæ, vel Beneficii, ad quod pertinent jure soli, & tamquam ejus pars, in bonis stabilibus, vel censibus tutis reinvestiatur: et, ut aliæ Arbores loco earum opportuno tempore in eodem loco substituantur, sub pœna quadrupli pro damni illati ratione, aliisque arbitrio nostro, ultra pœnas in Sacris Canonibus contentas. Hac lege teneantur etiam Ecclesiasticorum bonorum Conductores, & quicumque in emphiteusim, etiam ad perpetuum tempus legitime, ea possident. Extirpationes etiam, & diminutiones Arborum, quæ pro necessitate, & utilitate fieri solent, non assumantur, nisi

(1) *Cap.* Potuit *de Locat. et Conduct. Girald. Exposit.Jur.Can. p.1. sect.459.*

nisi prævia recognitione, & æstimatione Peritorum, atque nostra facultate, quæ non concedetur, nisi ea conditione, ut pretium in utilitatem Ecclesiæ, aut Beneficii vergat. Sylve vero, & Arbores ceduæ non incidantur absque nostra licentia, ut servetur modus, & tempus solitum, ne præjudicium afferatur successoribus.

12. Pecuniæ Ecclesiarum, Capitulorum, Canonicatuum, Beneficiorum, operum, & Locorum Piorum, quæ rationem habent Capitalium, & in Stabilibus investiri debent, non consignentur, neque restituantur in casibus restitutionis Censuum, vel Redemptionis bonorum, Rectoribus Ecclesiarum, Canonicis, Beneficiatis, Cappellanis, Œconomis, Officialibus, & Administratoribus quibuscumque, sed omnino deponantur in capsa ad hunc finem destinata, & pluribus clavibus obserata, & si hoc fieri nequeat, deponantur penes personam fide, & facultatibus idoneam a nobis approbandam pro his depositis conservandis, cum onere investiendi, & significatione obligationis, si quæ sit adnexa. Qui vero hujusmodi pecunias, nullo reinvestimento facto, ut supra non deposuerit, & in proprios usus converterit, in Excommunicationem (1) contra alienantes Bona Ecclesiæ inflictam ipso facto incurrat. Si vero pecuniarum capitalia onus Missarum adnexum habeant statim deponantur, ut supra (2) sub pœna Interdicti ab Ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrenda, ultra damnorum refectionem, prout in Edicto, cujus exemplar in Appendice num. XLII. exhibemus: & admonuimus Par. 1. Cap. 6. §. 21., & cap. præcedenti hujus 3. Parte §. 7.. Investitiones autem pecuniarum (3) non fiant absque Nostra licentia in scriptis gratis concedenda, dummodo constet prius de tuto investimento. Investitiones vero hujusmodi mandamus, ut semper in rebus stabilibus frugiferis fiant, vel etiam in censibus; si necessitas urgeat propter modicitatem pecuniæ, dummodo fundus sit clare tutus, & idoneus accedat Fidejussor, & conditiones serventur constitutionis S. Pii V. (4) de Censibus consignativis constituendis, alias capitalia investientes ad omnia, & singula damna Ecclesiæ, seu loco, vel Operi Pio resarcienda teneantur. Numquam autem investitiones fiant Patronis, Rectoribus,

(1) *Canon Extravagan.* Ambitiosæ *de rebus Eccles. non alienandis*.

(2) *Urb. VIII. Constit.* Cum sæpe. *Innocent. XII. Constit.* Cum nuper *de celebrat. Missar.*

(3) *S.C.C. in Amalphitana* 18. *Julii* 1699., *et* 9. *Febr.* 1700.

(4) *S. Pius V. Constit.* Cum onus 19. *Januarii* 1566. *et alia* 10. *Junii* 1570.

bus, Canonicis, Beneficiatis, Administratoribus, vel Officialibus Ecclesiarum, seu Locorum Piorum. In Censibus fructuum reductiones (1) absque necessario Beneplacito fieri prohibemus.

13. Hæreditates, & Legata favore Ecclesiæ, aut Loci, vel Operis Piis relicta, nullus audeat renuntiare, nec repudiare, etiamsi pendeant a conditione futura, & eventuali, sine causa legitima, & nobis prius consultis, & impetrato Beneplacito necessario, sicuti etiam nec remittere quæcumque jura quomodolibet Ecclesiæ competentia, etiamsi favorabilia non appareant. Mandamus igitur Rectoribus, & Officialibus quibuscumque, ut antequam capiant possessionem hæreditatum, & Legatorum, quæ ad favorem Operis Piis fieri contigerit, in nostro Tribunali referant pias dispositiones, ut legatorum qualitates, eorumque conditiones expendantur; & an in utilitatem Ecclesiæ transeant, ac proinde admitti, vel renuntiari debeant, cognoscatur.

14. Decimas, & Primitias, aliasque obventiones, quæ Ecclesiasticis Personis ad eorum congruam substentationem Divino, naturali, & humano Jure sancitæ sunt, sub Sacrorum Canonum pœnis integrè, & inviolatè sine dolo, & sine fraude servari & solvi præcipimus. Mandamus autem Parochis Beneficiatis, & Ecclesiarum administratoribus, ut conficiant quotannis libellum, in quo æedem describantur cum expresso nomine uniuscujusque, qui eas solverit, vel non solverit, pro Successorum notitia, quibus hujusmodi libellos tradi volumus ab Hæredibus, ne umquam Ecclesiarum, & Beneficiorum jura minuantur, & pereant.

CAPUT XVI.

De Funeribus, & Sepulturis.

1. Supremis charitatis Officiis Sacrisque exequiarum cæremoniis, quibus mortuorum Corpora prosequimur, justa persolvuntur suffragia Defunctis, vivis finis universæ carnis proponitur: ea igitur a Parochis juxta Ritualis Romani regulas exacte persolvi mandamus, & ubi primum (2) Fidelis quispiam in Communione Ecclesiæ Animam efflaverit, consueto lugubri, Campanæ sonitu Parochialis Ecclesiæ Populus invitetur, ut omnes pro eo preces Deo fundant, & Sacrificiis, eleemosynis,

(1) *Sacr. Congr. Episc. in Pisauren. 12. Martii 1693.*

(2) *Ritualis Roman. tit. in expirat.*

nis, aliisque piis operibus illius animam adjuvent: pro parvulis (1) tamen festivo sonitu ad laudes Deo persolvendas excitentur.

2. Cadavera Defunctorum (2) honeste composita cum parva Cruce super pectus inter manus Defuncti posita, vel saltem cum manibus aptatis in modum Crucis, loco decenti collocentur, & absque luminibus, & custodibus tam in domibus, quam in Ecclesia non relinquantur, & non exenterentur, incidantur, nec aperiantur quacumque ex causa, sine nostra scripta facultate, ex causis arbitrio Nostro necessariis, concedenda. Sacerdotum, Diaconorum, & Subdiaconorum Cadavera (3) non induantur habitu ullius Religionis, vel Sacco Societatum, sed vestibus suis quotidianis communibus usque ad talarem vestem inclusive, tum desuper Sacro integro vestitu Sacerdotali, Diaconali, vel Subdiaconali, quem sui Ordinis ratio deposcit, aliorum praeterea inferioris ordinis Clericorum superpelliceo supra Vestem talarem ornentur: singulorum omnium cum Tonsura, & biretis suis non ponatur autem in manibus Sacerdotum (4) Calix, vel Patena. Parvulorum Cadavera tandem juxta aetatem honestè ornentur, & in signum integritatis carnis, & Virginitatis, (5) corona de floribus, seu herbis aromaticis, & odoriferis illis imponatur. Donec Domo Cadavera efferantur, Sacerdotes, (6) sive alii adstantes orationes Deo effundant.

3. Non amoveantur Cadavera Defunctorum etiam Puerorum e domibus, vel ex alio loco (7) absque praesentia, vel permissu propri Parochi, & Aquae benedictae aspersione cum praecibus opportunis, sub poena scutorum decem usibus Piis applicanda. Idipsum servari volumus etiamsi ad Ecclesias Regulares Cadavera sint deferenda, dummodo Parochus aliter non permiserit (8), vel indicta hora adesse recusaverit; ad ipsum enim Parochum spectat officium supra Corpus Defuncti tam Domi, quam per vias cum Stola; atque etiam indicere vias (9) per quas adsportandum est Cadaver. Caveat autem ne per longas vias Processio fu-

(1) *Idem tit. de exeq. Parvulor.*
(2) *Rit. Rom. loc. tit. tit. in expirat.*
(3) *Idem tit. de Exequiis.*
(4) *Synod. Odoardi 1764. tit.22. c.1.*
(5) *Ritual.Rom. de Exeq. parvulor.*
(6) *Ritual. Roman. de Expirat.*
(7) *Leo X. in Conc. Later. constit.22.* Dum intra 13. *Dec.* 1516. *S. Cong. Ep. in Decret. gener.* 12. *Januarii* 1604. *Sac. Cong.Conc.* 2. *Septemb.* 1615., *et saepe Sac. Rituum Congr.*
(8) *Sac. Congr. Rituum in Pisauren.* 22. *Martii* 1632., *et in Aretina* 22.*Decembr.* 1697.
(9) *Sac. Cong. Conc. in Chatacen.* 12. *Octob.* 1619. *Sac.Cong. Rituum in Andr.* 12. *Novemb.* 1631.

funebris deducatur, sed recto (1) tramite ad Ecclesiam dirigatur nisi propinqua nimis sit domus, ut comitantium ordo dirigi nequeat. Numquam ad Ecclesiam ferantur ante solis ortum, vel post ejus occasum absque nostra, vel Vicarii nostri gratis concedenda expressa licentia, sub pœna arbitraria.

4. Pompam funeris esse volumus in potestate tumulandi, aut hæredis ejusdem; ideo Parochus, qui (2) unus necessario interesse debet, rem totam hæredum libertati relinquat. Omnes autem ad funus ab hæredibus invitati, tàm Sacerdotes, & Clerici Sæculares, quam Regulares, itemque Sodalitatum Confratres in Parochialem Ecclesiam (3) Defuncti, hora intimata conveniant, cum superpelliceo, & bireto, non autem cum pileo (4), nisi ejus usum pluvia decidens, aut aeris intemperies exigat, aut, nostra ut supra accedente licentia, noctu funus ducatur. Atsi Cathedralis Ecclesiæ Capitulum invitatum fuerit ad funus, in Cathedrale Templum (5) convenire omnes debent, & ex eo funebris pompa procedere. Nullus itaque Sacerdos, aut Clericus, sive Sæcularis, sive Regularis, nulla sodalitas, nullusque cætus (6) sive in via, sive in defuncti domo, sive alibi funebrem pompam procedentem expectet, ut eidem sese comitem adjungat, non obstante quacumque consuetudine. Qui secus fecerint consuetam eleemosynam, & cereas candelas non lucrentur. Dato procedendi signo, ad lugubrem campanæ sonum in suas classes distributi domum adeant Defuncti. Præcedat una tantum (7) hastata Crux Ecclesiæ tumulantis, sub qua omnes incedant; nisi Capitulum Cathedralis, vel Collegiatæ Ecclesiæ interveniant, in his enim circumstantiis dignior concedendus est capitulo locus, ejusque Crux unica est erigenda, nisi alicubi immemorialis in contrarium vigeat consuetudo. Improbamus autem, & omnino prohibemus abusum illum apponendi linteamen supra Crucem, sub pœna scutatorum decem a Parochis, & Procuratoribus incurrenda, & usibus piis applicanda. Crucem deferat Clericus superpelliceo indutus, omnino reprobato contrario abusu in qua-

(1) *Acta Med. par. 4. Instruct. funer.*

(2) *Sac. Cong. Episc. in Montis Pilosi anno* 1581.

(3) *Sacr. Cong. Rituum in Bononien.* 9. *Dec.* 1617., *et in Tropien.* 16. *Feb.* 1631.

(4) *Edict. Urbis de mandato Clem. XI.* 9. *Decembr.* 1704.

(5) *S.C.Rit. in Nicien.* 9. *Aug.* 1670. *et in Æsina* 29. *Januarii* 1671.

(6) *Sac. Cong. Conc.* 16. *Januar.* 1649. *Sac. Cong. Rit. in Æsina* 31. *Julii* 1665. 29. *Januar.* 1671. *et* 22. *April.* 1690.

(7) *Sac. Cong. Rit. in Pisauren.* 22. *Martii* 1632. *In Aversana* 15. *Septemb.* 1640. *in Fossanen.* 21. *Jul.* 1645. *in Aretina* 22. *Decemb.* 1697. *in Volaterrana* 16. *Mart.* 1726., *et in Sabinen.* 29. *Januarii* 1735.

quacumque cadaverum, etiam pauperum, & miserabilium personarum delatione, sub pœna scutorum trium usibus piis applicanda contra Parochum, qui id permittat. Confratres sodalitatum, & Clerus bini procedant, omniumque postremus Parochus Stola nigra ornatus.

5. In Defuncti ædibus Parochus Cadaver aqua benedicta aspergat cum Antiphona, & Psalmo præscriptis. In itinere ad Ecclesiam Psalmi a Rituali Romano dispositi lugubri cantu, pie, & devote recitentur, & saltem duæ cereæ faces accensæ præeant Cruci, aliæ vero, quarum numerus (1), hæredum arbitrio relinquitur, feretrum circumambiant. Prohibemus autem Consanguineos, & Cognatos quoscumque sociare funus lugentes cum ineptis clamoribus, aut acerbis quæstibus; sub pœna scuti unius Ecclesiæ tumulanti applicanda. Parochus summo studio observet, atque usu retineat sacras cæremonias, ac Ritus a S. Matre Ecclesia Catholica in Fidelium exequiis probatos, ut habentur in Rituali Romano (2). Institutum illud, quantum fieri potest, retineatur, ut Missa præsente corpore defuncti pro eo celebretur, antequam sepulturæ tradatur. Si hæredes deficiant, vel tanta premantur inopia, ut consuetam eleemosynam erogare nequeant, curet Parochus, ut fidelium pietas suppleat, aut saltem, ubi pius adsit locus juvandis per suffragia defunctis destinatus, ejusdem Officiales ex eleemosynis collectis contribuant; quod observandum præcipue in Hospitalibus, ubi Pauperes moriuntur, præcipimus, & mandamus. Exequialia elogia, vel funebræ orationes non habeantur in Ecclesiis, nisi a Nobis, vel Vicario nostro Generali probatæ fuerint, & permissæ. Si cadaver (3) ad Regularium Ecclesiam, seu quæ proprium habeat Parochum, deducatur; in Ecclesiæ limine Parochus proprius vale Defuncto, recitatis precibus, dicat, nisi contraria alicubi vigeat consuetudo, vel conventio; & illius Ecclesiæ Rector sive Sæcularis, sive Regularis officium funebre, & cetera munia prosequatur.

6. Cadavera eorum, qui violenta morte decesserint, ad Ecclesiam non deferantur, donec Curia, seu Nostra, seu laicalis de causa mortis inquisierit: si vero Ministri justitiæ plus æque cunctarentur, efferatur cadaver ad Ecclesiam, & solito ritu sepeliatur. Subinde in Ecclesia nullo modo recognoscatur, multoque minus exhumetur, sub pœna excommunicationis ipso facto

(1) *Sac.Cong.Conc.* 15.*Mart*, 1704.
(2) *Ritual. Roman. de Exeq.*
(3) *Sac. Cong. Conc.* 22.*April.* 1625.

28. *Februar.*, *et* 26. *Mart.* 1711. *S Cong. Rit. in Neapolit.* 26. *Januarii* 1641.

cto incurrenda: accedente autem facultate sacræ Conregationis Ecclesiasticæ Immunitatis, recognitio cadaveris (1) extra Ecclesiam omnino fiat. Semel autem sepulturæ tradita cadavera, vel ossa mortuorum, nulla ex causa, exhumentur, vel alio transferantur; nisi causa à nobis cognita, & facultate in scriptis concessa, sub pœna gravi arbitrio nostro.

7. Defunctorum Cadavera non sepeliantur, nisi elapsis quindecim horis a morte (2) qui autem repentina morte obierint, non sepeliantur nisi post viginti quatuor horarum spatium, ex quo illi spiritum emiserint, aut longius etiam temporis intervallum, si ita a Peritis judicetur. Tria autem sint sepulchra in qualibet Parochiali, videlicet pro Ecclesiasticis unum, pro Laicis alterum, & tertium pro parvulis baptizatis ante Septennium defunctis, ubi quartum fieri possit, pro mulieribus scilicet separatis a Viris, laudabilius esset. Cœmeteria item in Parochiali non desint, undique muris septa. In eis vites, arbores, & cujusvis speciei olera non ferantur, neque fœnum, aut palea asserventur; sed ab omni sorde, spinis, & vepribus mundata, ac bene clavibus obserata, habeant in medio sanctæ Crucis signum erectum; Ubi Cœmeteria deficiunt, Parochianorum expensis extruantur; (3) Cadavera vero, sive ossa Defunctorum à Sepulchris non transferantur ad Cœmeterium, nisi saltem post biennium à quo fuerunt humata, & hyemali tempore (4) ad evitandum quodcumque inconveniens.

8. Quibuscumque Fidelibus adultis utriusque sexus liberum est eligere sepulturam (5) in qualibet Ecclesia tam Sæculari, quam Regulari, jus tumulandi ex immemorabili consuetudine, seu privilegio, vel Episcopi licentia habente. Pater vero jus non habet (6) eligendi sepulturam pro filio impuberi; nisi vigeat in loco talis consuetudo, Ad lites evertendas in sepulturæ electione aliqua Decreta sacræ Congregationis Concilii exhibemus in Appendice numero XLIII., Nemo autem ex Clericis tàm Sæcularibus, quam Regularibus inducat aliquem ad eligendam, vel promittendam sepulturam in propria Ecclesia, sive ad non commu-

(1) *Sac. Cong. Immun. in Maceraten. 8. Augusti 1645. et in Anagnina 21. Januarii 1659.*

(2) *Statutum Cleri Romani cap. 5. §. 21. in additione.*

(3) *Sac. Cong. apud Nicolion. verbo* Cæmeterium *n. 4.*

(4) *Synod.* Oldo *par. 2. cap. 10. n. 27.*

(5) *Cap.* Nos, *et cap.* Fraternitatem *de Sepulturis.*

(6) *Cap. 4. de Sepulturis in 6. Sacr. Congr. Epise. 27. Octobris 1587. apud Card. Petram tom. 2.*

mutandam electam (1) sub pœna Excommunicationis latæ sententiæ Sedi Apostolicæ reservatæ; prætereaque sepultura sic electa nullum effectum habeat. Parochis igitur tantum permittimus interrogare Infirmum, quo condi velit sepulchro. In Ecclesiis autem Monialium sine (2) licentia sacræ Congregationis, et earumdem Monialium consensu, sepeliri non permittitur. Pauperes etiam (3), qui gratis sepeliuntur, sepulturam extra propriam Ecclesiam Parochialem eligere nequeant, quod si Parochi dent licentiam illos sepeliendi in sepultura electa, nihil omnino recipiant, etiam pro viaticis.

9. Deficiente sepulturæ electione, defunctus tumuletur in sepulchro familiari, sive gentilitio majorum suorum. Ab hac tamen regula excipimus Canonicos, qui in suæ Ecclesiæ destinata sepultura sepeliri debent, nisi alibi declaraverint sepulchri voluntatem. Deficiente tandem sepulturæ electione, vel Majorum sepulchro gentilitio, unusquisque in propria Parochia sepeliatur (4). Advenæ autem, & Peregrini non electa sepultura decedentes, etiamsi in Regularium Conventibus, vel intra fines alterius Parochiæ, & ab illis respective eis administrata sint Sacramenta (5), in Cathedralibus, vel majoribus Ecclesiis Locorum sepelliantur; nisi ob domicilii acquisitionem, rationabili temporis mora contracti, ab altera Parochiali Ecclesia jus sepelliendi fuerit acquisitum, vel aliud quidpiam ab immemorabili observetur. Domicilium autem (6) translatum intelligi declaramus, quoties quis bene valens de una ad aliam Parochiam, priorem deserit habitationem, & alio modo se transfert, præsertim cum mobilibus, & familia. Infirmus vero quamtumvis domicilium mutandi animo discedat, nonnisi *duobus mensibus* elapsis novum domicilium acquirit, ideoque jus sepeliendi & funerandi si in eodem termino obierit infirmus, Parocho priori Parochiæ jus competat sepelliendi, & funerandi, soluta tamen quarta funerali Parocho, qui in ultima infirmitate sacramenta ministravit.

10. Ubicumque sepeliatur defunctus extra propriam Parochialem Ecclesiam, etiamsi in Ecclesiis quorumcumque Regularium;

(1) *Cap.*Animarum *de Sepultur. in 6. cap.* Capientes §. Sane *de pœnis*. *Clementin.* Ex parte, *et Clementin.* Cum liberum *de Sepulturis*.

(2) *S. C. C. in Roman.* 28. *Julii* 1731. *et in Lunen. Sarzanen.* 28. *Nov.* 1711. *S.C. Ep. et Regul. in Mantuan.* 15.*Mart.* 1697., *et in Cornen.* 11. *Martii* 1706.

(3) *Stat.Cl. Rom. cap.*3. §.1. *in addit.*

(4) *Can.* Ubicumque *caus.* 13. *qu.*2. *cap.* Is, qui de Sepultur. *in 6.*

(5) *Synod. Oldo par.*2, *cap.*10. *n.*22.

(6) *Statutum Cleri Rom. de jure eligendi sepult.atque funerandi cap.*3. §.12. *cum addit.* et §.13.

ad præſcriptum Concilii Romani (1) Parocho proprio defuncti perſolvatur, & cum effectu tradatur Canonica portio ſecundum conſuetudinem, ſeu quarta omnium intortitiorum, & candelarum, quibus defuncti Cadaver in itinere ad Eccleſiam tumulantem aſſociabitur, & quæ in eadem Eccleſia circa cadaver, & in Altaribus in funere accendentur, exceptis candelis, quas Sacerdotes etiam Regulares, vel piarum ſodalitatum Confratres funus aſſociantes, manualiter per viam accenſas deferent.

11. Caveant omnino Parochi (2) aliique Sacerdotes, ne exequiarum, vel ſepulturæ cauſa quidquam paciſcantur, aut tamquam pretium exigant: ſed his eleemoſynis contenti ſint, quæ vel probata taxa, vel conſuetudine dari ſolent: nullique liceat aliquid aliud (3), ſive annulum, ſive linteamen quocumque modo, vel qualibet ex cauſa contendere, aut exigere ſub pœna ſcutorum decem uſibus piis applicanda, ultra reſtitutionem recepti, vel exacti. Nulla autem Societas, ſeu Confraternitas etiam Mortis non ſe ingerat in funerandis cadaveribus pauperum Parochianorum, quando Parochus ipſe gratis in propria Parochiali Eccleſia ſepelire voluerit. Porro eadem Confraternitas Mortis, quæ ex proprio Inſtituto facultatem habet propriis ſumptibus, & expenſis pauperes, & miſerabiles ſepelliendi, diſpoſitioni Statutorum Cleri Romani, cujus exemplar damus in Appendice num XLIV., ſervata proportione ſe conformet, prout præſenti Synodali decreto, ſub pœnis ibi decretis ſtatuimus, & ordinamus, Nullus item præſumat aliquibus ab Hæredibus exigere (4) titulo conſenſum præſtandi, ut Cadaver in eo ſepulchro humetur, quod ſibi defunctus eligit: aut plus ab exteris, (5) quam ab incolis petere, vel recipere. Quod ſi controverſiæ oriantur circa funeralia emolumenta, mandamus quod ad Nos, ſeu ad Vicarium Noſtrum Generalem recurſus habeatur, ut quid ſolvi debeant, indicetur. Pauperes vero, quibus mortuis, nihil aut ita parum ſupereſt; (6) ut propriis impenſis humari non poſſint, gratis omnino ſepelliantur, ac duo ſaltem lumina adhibeantur à Parochis, vel propriis expenſis, vel alicujus piæ ſodalitatis. Si quis autem doloſo ingenio paupertatem ſimularet, ad

(1) *Conc.Rom. tit.8. cap.5. Ben.XIII. constit. Romanos 1725.*

(2) *Ritualis* Romanos *tit. deExequiis.*

(3) *Synod. Odoardi 1764. tit.22. de fun., et sep. cap.0.*

(4) *Cap.* Nos. *cap.* Cum liberum *de sepult. extravag. detestandæ eod. tit. Urban.VIII. constit.* Cum sicut *11. Martii 1736.*

(5) *S. Congr. Concil. 27. Maii 1617. in Thelesina 28. Jan. 1673. in dub. fun. 28. Julii 1673. Sac. Cong. Episc. in Cassanen. 5. Maii 1617.*

(6) *Ritualis Rom. loc. citat.*

ad Nos res deferatur, ut absque judicii strepitu, quæ juris erunt, decernamus. Prohibemus autem, ne seu ob exortam aliquam controversiam (1), seu ob dilatam consuetæ eleemosinæ solutionem, funus, aut sepultura differatur, aut etiam ne antequam efferatur, aut humetur cadaver, pignora, vel fidejussiones pro exequiarum Emolumentis exigantur, sub gravioribus arbitrio nostro pœnis infligendis; hoc enim (2) Simoniam redolere perspicuum est.

12. Sicut autem turpis avaritiæ, ac sordidæ cupiditatis notam abhorrere debet in funeribus Clericus: ita ab Hæredibus ex improba causa, honoris ultima officia non sunt adimenda Defunctis. Si quis igitur tam inhumanus, & illiberalis existat, ut suorum sepulturam penitus negligat, sumptusque facere recuset: hac nostra synodali constitutione sancimus, ut Hæres de funere non facto, (3) juxta conditionem, & qualitatem Defuncti, solitam taxam solvere debeat Parocho, tam in cera, quam in reliquis.

13. Si alicubi taxa funebris non habeatur, seu consuetudo minus rationabilis circa funera vigeat (4) comittimus Capitulis nostrarum Ecclesiarum Cathedralium, ut illam conficiant, & nobis exhibeant ad Sacram Congregationem Concilii pro approbatione remittendam.

14. Nemo, sub pœnis per Sacros Canones inflictis, aliisque pro arbitrio nostro infligendis in Ecclesia, vel Cœmeterio sepelire eos audeat, quibus denegata est Ecclesiastica sepultura, & in Rituali Romano (5) recensentur, & quo ad morientes in Duello, juxta Constitutionem (6) Benedicti XIV., qui vel ex vulnere accepto in duello, aut in loco duelli, & conflictus, aut etiam extra illud decesserint; sive duellum publicè, sive privatim indictum fuerit, ac etiamsi ante mortem non incerta pœnitentiæ signa dederint; atque à peccatis, & censuris absolutionem obtinuerint. Porro quicumque excommunicati vitandi, qui in morte signa dederint pœnitentiæ; nisi post obitum cum legitima facultate absolutionem reportaverint Ecclesiastica careant sepultura. Parochi tamen profanæ sepulturæ non tradant Defunctos, præ-

 ser-

(1) *Concil. Lateran. 3. can. 2. S. Cong. Episcop. in citat. Cassanen., et in Contronen. 17. Septembr. 1617., et S. Cong. Concilii 15. Maii 1638.*

(2) *Cap.* Cum satis 8. *cap.* Cum in Ecclesiæ corpore *9, de Simonia. Bened. XIX. Instit.* 105. *num.* 58.

(3) *Rota in Rom. Funer. 15. Jun. 1699. coram Molines in App. Statut. Cler. Roman. num.* 8.

(4) *Sacr. Cong. Conc. in Corton. Jur. Fun. 3. Septemb. 1707. ad 2.*

(5) *Ritual. Roman. de Exeq.* Quibus non licet *&c.*

(6) *Bened. XIV. constit.* Detestabilem 10. *Novemb.* 1752.

fertim illos, qui fibi ipfis mortem intulerunt, Nobis inconfultis, ut recognofcere poffimus utrum ex iracundia, aut defperatione, an potius ex infania id acciderit. Cadavera hujufmodi, quæ ad Ecclefiafticam non funt deferenda fepulturam, in terra non facra altè effofsa procul multum ab Ecclefia recondantur. Infantium vero cadavera, qui in utero defunctæ Matris decedunt, tamquam vifcerum ejus pars una cum Matre in Ecclefia fepeliantur: fi vero mortui ex utero emerferint, aut licet viventes in lucem prodierint, occubuerint fine Baptifmo, non in Ecclefia, fed prope illam in loco non facro ad id deftinato, & probe cuftodito tumulentur. Dubio vero Baptifmi intercedente (1) in Ecclefia fepeliantur.

15. Mortuo Summo Pontifice, vel Epifcopo, omnium Ecclefiarum Civitatum, & Diœcefis campanæ una hora dent figna mœftitiæ; & in Ecclefiis Cathedralibus, & Collegiatis, aliifque Conventualibus tam Civitatum, quam Diœcefum folemnes habeantur Exequiæ cum Miffa cantata; hortamurque Sacerdotes fingulos, ut eorum animæ incruento facrificio fuffragari non omittant. Celebretur ulterius quotannis in omnibus præfatis Ecclefiis (2) Anniverfarium pro Epifcopo ultimo loco defuncto, aliudque aliquo die non impedito infra octavam defunctorum pro animabus omnium Epifcoporum, & Canonicorum defunctorum. Canonicos quoque ad Prædecefforis fui (3) anniverfariam Miffæ celebrationem etiam atque etiam exhortamur. Exhortamur demum omnes Chriftifideles, ut facrificiis, jejuniis, eleemofynis, orationibus, aliifque piis operibus defunctorum animas piacularibus flammis addictas juvare non definant, eamdem a Domino Optimo Maximo menfuram recepturi, qua alios metientur.

(1) *Glossa cap.* Ecclesiam *de consecrat. distinct.* 1.

(2) *Conc. Rom. tit.* 15. *cap.* 5. *Carem. Episcop. lib.* 2. *cap.* 36.

(3) *Acta Mediolanen.* §. Parochus *Gavant. Verbo exeq. Eccl. num.* 8.

CAPUT

CAPUT XVII.

De Foro Ecclesiastico .

1. Episcopis omnibus Sacra Tridentina Synodus (1) in regendis Populis eam proposuit normam, ut se Pastores, non percussores esse meminerint, ideoque hortando, & monendo subditos ab illicitis deterreant, ne ubi deliquerint, debitis eos pœnis coercere cogantur: quos autem ex fragilitate peccare contigerit, arguant, obsecrent, increpent in omni bonitate, & patientia; si vero ob delicti gravitatem virga opus fuerit, cum mansuetudine rigorem, cum misericordia judicium, cum lenitate severitatem adhibeant; ut sine asperitate disciplina Populis salutaris, ac necessaria conservetur; & qui correcti fuerint, emendentur, aut si resipiscere noluerint, ceteri salubri in eos animadversionis exemplo a vitiis deterreantur. Hanc igitur normam nobis proposuimus, & volumus, ut omnes etiam Curiæ Nostræ Officiales sequantur, & servent.

2. Vicarius Generalis tota sui muneris, ac zeli vigilantia, prudentia, & charitate, litigantium cavillationes, & subterfugia reiiciat, & ea, qua maxima poterit, brevitate, re tamen bene discussa, lites dirimat, & absolvat: det tamen necessarios, & a jure statutos terminos; ac bene pro canonica decisione, Partium jura perpendat, itaut sit in cognitione maturus, celer in expeditione. Diebus omnibus non feriatis, opportunis certisque horis a se destinandis audientiam præbeat: & absolutis cujusque diei decretis, descriptisque incunctanter actis in libro à Cancellario, decreta ipsa communiat propria subscriptione. Miserabilium Personarum, Ecclesiarum, aliorumque Locorum, & operum Piorum causas eo citius expediat; & Viduas, ac Pupillos, atque Pauperes artem judicialem ignorantes, præsertim adversus præpotentes, & versutos litigatores, in judicio stantes dirigere, & instruere curet, & omni humano respectu posthabito, charitate animatus formulas rite exarare doceat. Detractiones, diffamationes, jurgia, rixas, contentiones, verba turpia, vel mendacia in litibus agendis acriter compescat; & si quem incorrigibilem cognoscat, amandet a Curia, & foro prohibeat; vel pro modo culpæ arbitrariis pœnis, etiam carcerationis in eum animadvertat.

3. Vi-

(1) *Sess. 13. de Reformat. cap. 1.*

3. Vicarii speciales, qui a Nobis in Civitatibus Nostris, & Foranei, qui in Locis Nostrarum Diœcesum constituuntur, morum probitate, vitæ integritate, exemplo, zelo, & vigilantia cunctis præfulgeant. Partiale autem jurisdictionis Nostræ munus sibi respective commissum, & delegatum non excedant in Civilibus. In Criminalibus autem, sive privative, sive cumulative ad Forum nostrum pertinentibus, tam ex officio prout de jure, quam ad instantiam Partis quærelas recipiant; & coram Notario, vel duobus probis viris, ubi Notarius haberi prompte non potest, illius defectum supplentibus, processum informativum ad Vicarium Generalem quamprimum trasmittendum, conficiant. In gravioribus Causis, vel Fori præventionem admittentibus, solicitiores esse curent, & præfatum Generalem Vicarium reddant illico certiorem. Commoneant Nos frequenter de iis, quæ contra Dei cultum, Templorum venerationem, Festorum dierum observantiam, Ecclesiasticam disciplinam, moresque christianos, forsitan admittantur: & hortationibus, monitis, exemplo, de harum synodalium constitutionum, & visitationis Decretorum observantia Clerum, & Populum, fortiter, & suaviter urgeant. Volumus autem, in omnibus eorum Officium respicientibus, eos, tamquam Nostros Vicegerentes, præcedentiam habere; & ab omnibus, & singulis respectivè Archipresbyteris, Canonicis, cæterisque Ecclesiasticis, non modo debitum illis honorem deferri, sed etiam obedientiam exhiberi.

4. Cum judicialis strepitus diebus feriatis quiescere debeat, nulla acta Civilia fieri mandamus, nisi causæ piæ sint, Matrimoniales, vel spectantes ad pacem, & concordiam, & in quibus vertitur Animarum periculum, vel quæ celeri indigent provisione, sive alias sint a jure privilegiatæ; secus omnia irrita, & invalida declaramus. Festivis autem de præcepto diebus juramenta non recipiantur, nisi in Causis piis, vel matrimonialibus, & aliquando etiam in Criminalibus, si necessitas urgeat, seu rationabile argumentum intercedat.

5. Processus Criminales contra Personas Ecclesiasticas, tam quoad acta Constituti Reorum, quam quoad examina Testium omnino conficiantur cum assistentia, & interventu Judicis Ecclesiastici, seu alterius Personæ, quæ sit Clericus Cælebs, ad hunc effectum delegandæ, sub pœnis, & censuris in Sacris Canonibus contentis, ac nullitatis Processuum, juxta Encyclicam Sacræ Congregationis Immnnitatis Ecclesiasticæ de Mandato Sanctissimi D. N. Pii Papæ VI., quam damus in Appendice numero

ro XLV. Quicumque verò Rei in Criminalibus cum juramento non interrogentur; nisi tamquam Teſtes quoad alios examinentur, prout diximus part.1. cap.11. §.6. ſub pœnis ibi expreſſis. Proceſſus autem Criminales nondum completi, Partibus, vel aliis quibuſcumque manifeſti non fiant, nec tranſumpta, & particulæ poſcentibus præbeantur, ſed ſub clavi fideliter a Cancellariis, cuſtodiantur ſub pœnis arbitrio.

6. Cancellarii Epiſcopales, & Foranei, antequam munus ſubeant, jurent in manibus noſtris, vel Vicarii noſtri Generalis, juſtè, fideliter, & diligenter officium ſuum ſe exequturos juxta formam in Appendice num. II. Quotidie adſint, quidquid neceſſe fuerit, acturi, & diebus præcipue juridicis ita præſto ſint, ut omnia ſcripta, & parata Judex inveniat. Omnibus benignos, & expeditos ſe præbeant, præcipue Cancellarii Generales erga eos, qui a remotioribus Diœceſeos locis fatigati itinere veniunt. Ne Acta confundantur, ſeu pereant, ſuis quæque diſtinctis locis juxta rerum diverſitatem, temporumque rationem cum epigraphe in parte externa diſponantur. Libri bene ſint colligati, charta pergamena cooperti, arithmeticis figuris connotati in ſingulis foliis, et litteris a tergo præsignatis, ut materiæ contentæ innoteſcant. Nulla autem ſcriptura originalis, cujuſcumque fuerit generis cuiquam detur, vel commodetur. In Archivo diſtincte, & ſeparatim conſerventur, & omnium fiat Inventarium. Si qui vero ſubripere, violare, occultare, lacerare, comburere libros, & ſcripturas cujuſvis generis, ac Proceſſus ad Cancellarias noſtras ſpectantes, etiam Sede Epiſcopali vacante, auſi fuerint, vel ſubrepta retinere, vel ad hæc mandatum, auxilium, conſilium, vel favorem præſtiterint, tamquam alienantes, vel occupantes res Eccleſiaſticas (1), *majori Excommunicationi Sedi Apoſtolicæ reſervatæ* ipſo facto ſubjaceant: Scientes vero in aliorum manibus hæc detineri, teneantur in termino quindecim dierum a die præſentis Synodi publicationis, occupatores, & detentores revelare, alias eidem ſubſint Excommunicationi. Taxam Innocentianam in rebus Eccleſiaſticis, ſeu mere ſpiritualibus, quæ habetur in Appendice numero XLVI., exacte ſervari præcipimus ſub pœnis ibi contentis: in cauſis autem contentioſis, civilibus, criminalibus, & mixtis, Taxam a fel. rec. Emo, & Rmo Cardinale de Comitibus, alias vigilantiſſimo prædeceſſore firmatam, quam pariter damus in Appendice num. XLVII. obſervandam injungimus in ſingulis Cancellariis, ſub pœna dupli-

(1) *Conc. Trid. Seſs. 22. cap. 11. de Reformat.*

plicis, aliisque arbitrio nostro. Ut autem de fide Cancellarii constet, adnotandum jubemus in calce quarumcumque expeditionum, & scripturarum, quid sit ab unoquoque persolutum.

7. In causis super damno dato servetur adamussim Constitutio Benedicti XIV. (1), & ad dissentiones inter Ecclesiasticum, & Laicale Forum evitandas, volumus, ut Vicarii nostri, & Cancellarii eam prae manibus habeant, & perlegant.

8. Pauperum Procurator, qui miserabilium personarum caussas dirigat, & defendat in Civitatibus, & in Locis Dioecesum constituatur. Si alio modo alicubi per legitimam consuetudinem electioni non sit provisum; Capitulum inter annales Officiales hunc eligat, qui in hujusmodi charitatis officio exerceatur; habeant Pauperum Procuratores præcipuam pietatis sollicitudinem erga eos, qui in carceribus detinentur; ut cito quantum fieri potest, expediantur, illisque subsidia tam temporalia ex piorum eleemosynis, quam spiritualia Parochorum cura suppeditentur. Omnes autem pauperes tam litigantes, quam in carceribus gementes omni, quo poterunt charitatis, & miserationis officio juvent, & sublevent.

9. Mulctarum, seu Maleficiorum Depositarius, ut a Foro Laicali eximatur, sit copulative etiam pignorum, juxta Encyclicam Sacræ Congregationis Immunitatis Ecclesiasticæ, cujus exemplar damus in Appendice num. XLVIII. Is fideliter & diligenter munus suum exequatur, & de multis acceptis, & solutis, singulis annis reddat rationem; ideoque in libro bene compacto adnotet diem, mensem, & annum, quo mulctæ pecuniariæ ad suas manus pervenerint, cum nomine, & cognomine mulctati; similique modo a Cancellario in libro distincto describantur consignationes, addita etiam enunciatione delicti, prout in sententia, & Decreto.

10. Baroncellus, & alii Executores Taxam nostræ Curiæ ad unguem observent, nihilque ultra statutum quodcumque accipere audeant, sub pœna dupli, aliisque arbitrio nostro infligendis, quas etiam subibunt, si quid iniquo modo extorquere præsumpserint. Pignora in exequtione capta Depositario consignent in termino unius diei, & exequtionis factæ in Cancellaria statim dent relationem; nec audeant absque Vicarii licentia restituere illa: si secus fecerint, pœna arbitraria plectentur: & si quæ deperdiderint, de proprio reficient.

11. Mandatarii tam Civitatum, quam Locorum in Caussis Ec-

(1) *Constit.* Inveterata 25. *Januarii* 1751.

Ecclesiasticis officio suo sciant se fungi debere, nulla Laicorum requisita licentia; alias Excommunicationis pœnæ (1) fore obnoxios. Quicumque etiam citationum, sive mandatorum Nostræ Curiæ exequutionem directè, vel indirectè impedire præsumpserint, Censuris subjaceant contra eos latis, qui jurisdictionem seu libertatem lædunt ecclesiasticam.

12. Obsecramus tandem vos Vicarii Nostri, quos in Vigilantiæ consortium cooperatores advocavimus, & coadjutores; ut (2) quemadmodum accepistis à Nobis quomodo Vos oporteat ambulare, & placere Deo, sic & ambuletis, ut abundetis magis (3). Diligite justitiam, qui judicatis terram. Parum est justitiam tenere (4) nisi & diligatis. Qui diligunt, zelantur, inquirunt justitiam, & prosequuntur eam: porro omnem injustitiam persequuntur; persequimini igitur injustitiam, justitiam prosequimini.

CAPUT XVIII.

De Infectis vitio Luxuriæ.

1. Difficilem admodum emendationem, & correctionem Nobis innuit Dominus per Apostolum (5) his, qui exitiosa impudicitiæ peste sunt infecti: Ea etenim Naturæ & Gratiæ bona subripiens, intellectus cæcitatem (6), inconsiderationem, sui amorem, Dei odium, affectum præsentis, desperationem producit futuri sæculi, iramque Dei excitans, innumerabiles animas ad Inferna deducit. Ne igitur animas regimini Nostro Pastorali concreditas infernalis draco execrando libidinis crimine absorbeat, hæc, quæ sequuntur, è Sacris Conciliis, constitutionibus Apostolicis, & Sanctorum Patrum sententiis deprompta, ad eas continendas in pudicitiæ, & honestatis legibus, statuimus, & ordinamus.

2. Inter alia luxuriæ crimina, quæ magno Fidelium scandalo committuntur, grave (7) peccatum est in hominibus solutis Concubinatus, gravissimum in Uxoratis: ideo Parochi, aliique Ecclesiastici Animarum zelo pollentes, hujusmodi perditos homines aut mulieres adhortentur, ut, relicto illo damnationis statu, ad Dominum convertantur. Parochi autem ter eos admoneant pa-

E e ter-

(1) *Sacr. Congr. Concil. in Narnien.* 23. *Junii* 1648.
(2) 1. *Thessal.* 4.
(3) *Sapient.* 1.
(4) *S. Bernardus lib.* 3. *de Considerat.*
(5) *Prim. ad Cor, cap.* 6. *v.* 9.
(6) *S. Gregor. moral.* 31. 17. *S. Thom.* 2. 2. *quæst.* 153. *art.* 3.
(7) *Conc. Trid. sess.* 24. *cap.* 8. *de Reform. matrim.*

terna charitate. Si quis tamen audit impudicitiæ Reus, sed occultus, qui cum Muliere bonæ famæ versatur, cautissimè tunc Parochi procedant, ne ex imprudenti zelo famam lædant honestæ familiæ. Monitiones adnotent cum expressione diei, mensis, & anni, atque causa, in libro bene compacto secreto retinendo ut diximus Cap. III. §. 8. hujus 3. Partis, & nobis tantum cum opus fuerit exhibendo; & quatenus dura cervice, & incircumcisis cordibus, & auribus resistant, eos Vicariis Nostris quamprimum denuntient. Hi autem Nos, seu Vicarium Nostrum Generalem de hujusmodi Concubinariis certiores faciant, ut contra eos, juxta formam Concilii Tridentini (1) procedatur. Noverint enim, quod si postquam ex officio ter admoniti ea de re fuerint, concubinas non ejecerint, seque ab earum consuetudine non sejunxerint, Excommunicatione ferientur; donec reipsa paruerint, non absolvendi: sciantque (2) Nos adversus eos, nemine denuntiante, seu accusante, per viam inquisitionis, quinimmo etiam ante factas monitiones, si scandalum publicum admodum fuerit, omissoque Excommunicationis remedio, si ita expedire duxerimus, fore processuros, & quidem severissime tam ad pœnam pecuniariam, quam corporis afflictivam, aliasque Arbitrio Nostro. Mulieres, sive conjugatæ, sive solutæ (3), quæ cum Adulteris, sive concubinariis publicè vivunt, si ter admonitæ non paruerint, ex officio graviter pro modo culpæ punientur, & extra Diœcesim eiicientur.

3. In cæno Luxuriæ notorie, & scandalose viventes, tamquam publici Peccatores, nisi publico scandalo prius satisfecerint (4), & de eorum pœnitentia, & emendatione constet, ad Sacram Communionem non admittantur: eorumque corpora, si absque pœnitentia decesserint (5) Ecclesiasticæ sepulturæ non tradantur, sed tamquam putrida diaboli membra à Christi corpore sejuncta extra Ecclesiam proiiciantur.

4. Parochi, & Confessarii mulieribus, vel viris luxuriæ vitio deditis, vel habitualiter in eo persistentibus, aut in occasione ejus proxima voluntaria permanentibus, facile ne credant in Sacramentali Confessione, si emendationem promittant; sed absolutionis beneficium illis vel differant, vel negent, nisi prius cum effectu resipuerint; Atque eis item in occasione proxima non voluntaria constitutis, qui remedia, & salutares pœnitentias à Confes-

(1) *Concil. Trid. loc. citat.*
(2) *Syn. Oldo 1728. par. 3. c. 27. §. 2.*
(3) *Conc. Trid. loc. cit.*
(4) *Ritual. Rom. de SSmo Eucharistiæ Sacramento.*
(5) *Id. de Exeq. Tit.* Quibus non licet.

fessario præscriptas sedulo, & constanter non adhibuerint, ut peccatum evitarent.

5. Meretrices publicæ in Nostris Civitatibus, & locis Diœcesis tutam sedem non habeant; & advenientes, in termino trium dierum á Vicariis eliminentur, ne commissas Nobis oves turpitudinis inficiant contagione. Hospites, Caupones, seu Tabernarii hujus malæ furfuris Mulieres in eorum hospitiis, & domibus non recipiant, neque retineant, nisi itineris gratia, & tunc non ultra noctem, & in cubili ab hominibus separato sub pœna aureorum viginti quinque, carceris, aliisque arbitrio infligendis. Nemo item iis domum locare audeat, sub pœna prædicta, quam duplo majorem subibit si idem a Parocho, vel Vicario monitus, illas è locata domo non expulerit. Si præfatæ meretrices non paruerint carcerentur, & publica fustigatione plectantur. Eamdem pœnam subiræ decernimus mulieres illas gyrovagas, quæ de uno in alium locum progredientes inhonestis verbis, cantionibus, vel actibus, hominibus dant offensionem. Parochi igitur, & Vicarii nostri officio sint vigiles, Nobisque referant, sit quæ publica scandala in districtu, vel Parochia versentur impudenter.

6. Adulterium peccatum gravissimum propter difformitatem peculiarem violationis fidei Sacramentalis, tum propter damna filiorum legittimorum, tum etiam propter multa mala, quæ inde oriuntur, multis pœnis tum jure Civili (1) tum Canonico coercetur; ideo a quibuscumque committatur, per quam rigorosè a Nobis juxta juris dispositionem punientur.

7. Graviores dabunt pœnas a Sacris Canonibus (2) inflictas qui Incestum in primo, & secundo Consanguinitatis, & in primo affinitatis gradu commiserint; & qui nefandum crimen contra naturam, propter quod venit ira Dei in filios diffidentiæ perpetraverint, pœnas subibunt in Constitutione S. Pii V. (3) contentas. Mulierum autem Raptores, & qui illis auxilium, aut favorem præbent, sint, prout statuit Concilium (4) Tridentinum, ipso

E e 2

(1) L. Quamvis 30. §.*final. codic. ad L.Jul. de Adult. Novella* 134. *Iustinian. Imper. canon.*Nemo blandiatur *caus.*32. *quæst.* 4. *canon.* Presbyter *distinct.* 83. *canon.* devotam *caus.*27. *quæst.*1. *canon.* Si quis Episcopus *caus.*27. *quæst.*1. *cap.* Intelleximus *de Adult. cap.* Gaudemus *de conver. conjug. et cap.* Consuluit *de Appell. Sixtus V. const.*46. ad compescendam *cap.* Porro 3., *et cap.* ex litt. 2. *de divort. cap.*Plerumque 4. *de donat. inter vir. et uxor.*

(2) *Can.* Consanguineorum *caus.* 3. *quæst.*4. *can.* de Ingestis, *et can.* de his, *caus.* 35. *quæst.* 2. *et* 3. *Clement.* Unica *de consanguin. et affin.*

(3) *S. Pius V. const.*5. Cum primum 1 *Aprilis* 1566.

(4) *Conc.Trid. Sess.*24. *cap.*6. *de Reform. matrim.*

ipſo jure excommunicati, ac perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces. Si quis vero aliquam Virginem non modo invitam, & renitentem, sed etiam volentem, atque conſentientem, ſeu cum promiſſione Matrimonii deflorare præſumpſerit, ultra dotis ſolutionem, ſi Matrimonium non contrahatur, debitas luat pœnas, juxta perſonæ, & circumſtantiarum qualitatem, arbitrio augendam, ſeu minuendam.

8. Infame Lænocinium exercentes, qui Animas ſeducunt ſuis fraudibus, & corrumpunt, volumus, ut fuſtigationis, & irrevocabilis exilii à tota Diæceſi pœnis, aliiſque pro delicti gravitate a jure ſtatutis ſeveriſſimè plectantur; ideo ſerio præcipimus Vicariis, & Parochis, ut, ſi quos alienæ libidinis mediatores, vel mediatrices dignoverint, ad Vicarii Noſtri Generalis notitiam deducant, ut ſervatis regulis juris, contra hujuſmodi Diaboli inſtrumenta animadvertat.

9. Caveant parentes, conſanguinei, affines, ſeu alii, ſub quorum cuſtodia manent Puellæ ſponſæ de futuro, vel quorum curæ crediti ſunt etiam ſponſi, ne conſenſum, ſeu permiſſionem directe, vel indirecte præbeant ad carnalem copulam inter eoſdem, ſub gravibus pœnis arbitrio noſtro infligendis, juxta facti qualitatem, ejuſque circumſtantias. Caveant item Patres, ac Matres familias, aliique curam habentes adultorum, ne ſecum conjuges in eodem lecto pueros ſeptennio majores cubare ſinant; neve fratres cum ſororibus poſt ſeptimum completum ætatis annum, dormire ſimul permittant; quin ulla ſe, aut paupertatis, aut domus anguſtiæ excuſatione tueri poſſint: Melius enim eſt, alterutros humi cubare, quam pueros, et puellas evidenti periculo addiſcendæ, & exercendæ iniquitatis exponere; alias gravibus pœnis arbitrariis a nobis compellentur. Invigilent igitur Parochi; & Confeſſarii interrogando in actu ſacramentalis Confeſſionis Pœnitentes Conjuges de hoc; & ſi quos inveniant culpabiles abſolutionem ſacramentalem ipſis differant pro ſua prudentia, vel denegent.

10. Cum non ſine magno nominis Chriſtiani dedecore, ac ſumma ætatis noſtræ ignominia cunctorum penè fidelium temporis noſtri ſermones, illicita verba, quæ amori profano, praviſque cupiditatibus excitandis, aut fovendis inſerviunt, & quæ turpia, & obſcena ſunt aperte, contineant: Parochis diſtrictè injungimus, ut contra hos zelum impugnent tam publicis hortationibus, quam privatis correctionibus: & ſi quos compererint, qui nefariis, laſciviſque Cantionibus, aut verbis ſpurcitiam redo-

dolentibus publice incumbent, eos ad Nos deferant; ut pro qualitate personarum Pecuniariam pœnam, vel afflictivam arbitrio Nostro contra eos decernamus; quæ gravior erit in Mulieribus, quas maxime decent verba verecunda; & gravissima in Patribus familias, ne filios doceant perversam formam impure loquendi.

10. Hortamur tandem omnes, & obsecramus in Domino, ut fornicatio, & omnis immunditia (1) nec nominetur in fidelibus, sicut decet Sanctos: (intelligentes (2) quod neque fornicarii, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores Regnum Dei possidebuut. Deus enim Nos non vocavit (3) in immunditiam, sed in Sanctificationem.

CAPUT XIX.

De Usuris, & illicitis Contractibus,

1. Cum Sanctis Ecclesiæ legibus (4) severe sit vetitum, seu verius, jure naturali, & divino declaratum, sit illicitum quidquam lucri, etiamsi minimum sit, ex mutuo reportare; ut deficiat prorsus in Plateis 5) Nostris usura, & dolus; hæc, quæ sequuntur edicimus: Et primò conventiones, pacta, contractus omnes qui æquitatis, & justitiæ legibus adversantur, nullos, irritos, & invalidos ipso jure declaramus: Usurarios, & fœneratores quoscumque pœnis in Sacris Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis contentis, subjectos enunciamus: (6) & publicos tales, ac notorios, seu sic declaratos, Sacramentorum recipiendorum incapaces, testamenti condendi facultate orbatos, & post mortem Ecclesiastica sepultura privandos esse volumus. Notariis autem mandamus, ne contractus sive manifestos, sive palliatos usurarios subscribant; Proxenetis ne tractent; Testibusque ne intersint, (7) sub pœnis in eisdem Sacris Canonibus contentis. Parochos veró, & Confessarios omnes in Domino rogamus, & obsecramus, illisque injungimus, ut in foro pœnitentiali contractus bene perpendant de eorum licita essentia; & si quod dubium ipsis oriatur, Absolutionem suspendant, donec, adhibito studio, vel peritorum consilio, sanæ doctrinæ con-

(1) *Ephes.* 5. 3.
(2) 1. *Chor.* 6. 9.
(3) 1. *Thessal.* 4. 7.
(4) *Benedictus XIV. de Synod. Diæc. lib.* 9. *cap.* 11. *vers.* 11.
(5) *Psal.* 54. 12.
(6) *Cap.* Quia usur. *cap.* Quamquam *eod. tit. in* 6. *Clement.* 1. *et* 2. *eod. tit. Sixtus V. Const.* 45. Detestabilis.
(7) *Cap.* Quoniam 14. *q.* 4.

consonam decisionem inveniant. Malé acquisitæ pecuniæ Pœnitentibus restitutionem imponere non omittant; ne de peccato participes fiant, & restitutioni de proprio teneantur.

2. Ex mutuo nihil prorsus commodi, vel utilitatis a mutuante accipi potest; omne enim lucrum ex mutuo, ratione mutui, (1) illicitum, & usurarium est. Neque ad istam labem purgandam ullum accersiri potest subsidium, vel ex eo, quod hujusmodi lucrum non excessivum, & nimium, sed moderatum; non magnum, sed exiguum sit: vel ex eo, quod is à quo id lucrum, solius causa mutui, deposcitur, non sit pauper, sed dives: Neque datam sibi mutuo summam relicturus sit otiosam; sed utilissime sit impensurus, vel novis coemendis prædiis, vel quæstuosis agitandis Negotiis: adeo enim gratuitum debet esse mutuum, ut usura labefactetur, etiamsi aliquid ultra sortem exigatur ex solius benevolentiæ (2) & gratitudinis titulo. Quamquam vero una cum mutui contractu possint quandoque alii tituli, puta damni emergentis, & lucri cessantis, forte concurrere, e quibus tamquam ipsi mutuo extrinsecis, justa oriatur causa, aliquid ultra sortem ex mutuo debitam exigendi: attamen falsò, & temere affirmatur ejusmodi titulos ab usura excusantes semper reperiri, ac ubique præsto esse, itaut illorum ratione, quotiescumque pecunia, frumentum, aliudve id generis alteri cujuscumque creditur, toties liceat auctarium moderatum, ultra sortem integram, salvamque, recipere.

3. Hinc Usuræ scelere inquinari eos, evidentissime constat, qui sequentes nefarios contractus ineunt. Si quis mutuat (3) alteri ea intentione, vel pacto, ut vadat ad molendinum suum, vel furnum, vel apothecam ad emendum, aliis non mutuaturus; etiamsi vel majori pretio non vendant propter hoc, sive plus ab eo, quàm ab aliis, non petat: Si quis mutuo det frumentum hac adjecta lege, ut in messe cum augmento recipiat, vel si mensuræ dentur abrasæ, cum pacto, vel usu, ut cumulatiores, & plenæ restituantur: Si frumentum, aut vinum, aut aliud id genus deterioris conditionis mutuo detur eo pacto, vel etiam ea primaria intentione, ut melioris, vel optimæ qualitatis tantumdem reddatur, etiamsi restitutio differatur in quodcumque tempus debitori commodum: si frumentum,

(1) *Bened. XIV. Encycl. 1745. incip.* Vix pervenit. *Idem de Synod. Diœces. lib. 10. cap. 4. num. 10.*

(2) *Proposit. damnat. a Ven. Ser. Dei Innocentio XI. num. 42.*

(3) *S. Antonius 2. part. tit. 1. cap. 7. §. 8. Vide Genet. Theolog. moral. tom. 1. Tract. 4. cap. 3.*

tum, quo indiget mutuatarius, exhibeatur cum conditione recipiendi etiam vinum, carnem, caseum, vel alias merces, quibus certe non indiget, et si conditio adjungitur, ut in messe pretium in pecunia, vel frumento solvat, præcipue si victualia deterioris qualitatis, & summo pretio æstimata tradantur, optimæ vero qualitatis frumentum infimo currente pretio reposcatur: Si ad instantiam emptoris venditor merces suas certo majori pretio, quam tunc valent, vendat, eo quod sincero animo eas servare statuerit usque ad illud tempus, quo pluris valerent; non coæquando tamen proportionabiliter pretium ad impensas pro conservatione necessario faciendas, & ad periculum immutationis: aut determinando prætium summum, seu pretium illud maximum, quo per annum valebunt, sive quo valebunt toto tempore, quod usque ad solutionem intercesserit: Si pecuniæ in moneta inferioris ponderis mutuentur, ut justi ponderis in eadem quantitate restituantur: si ob dilatam ad aliquod tempus solutionem pretii rei venditæ, majus solvendum sit pretium, quam valeat tempore emptionis; vel si ob anticipatam solutionem res minoris ematur, quam tempore traditionis valebit, vel aliis modis, pactis, & conditionibus lucrum ex mutuo percipiatur, quod semper est nefarium (1).

4. Quoad census reales, qui constitui, vendi, & emi possunt super determinata, ac certa re, seu certis rebus immobilibus, & ex natura sua frugiferis, absque usuræ labe, prout declararunt Martinus V. (2) Callistus III., & S. Pius V., adamussim serventur conditiones omnes in Constitutione (3) ejusdem S. Pii præscriptæ, quæ in nostra Diœcesi viget; cumque in ea inter cetera requiratur, ut census constituatur in re fructifera, non qualicumque, sed immobili, certa, ac nominatim designata; proinde doctrinæ obsequentes glor. mem. Benedicti XIV. (4) prohibemus in eadem hac Diœcesi nostra censum personalem, quando videlicet constituitur census, non super re aliqua fructifera, sed super Persona venditoris, qui obligationem sibi, vel suis etiam hæredibus imponit certam pensionem solvendi emptori ex industria, arte, & labore suo; quamvis pro ejus securitate quan-

(1) *De his Syn. Montis Falisci* 1710. *lib.*3. *cap.* 15. *num.* 1. *Synod. Civitatis Castellanæ* 1756. *tit.*1.*cap.*9. *num.*5. *Synod. Tuscul. par.*3. *cap.* 11. *art.* 4. *ann.* 1763. *Synod. Anagnina* 1780. *sect.* 1. *cap.*6. §.9.

(2) *Extravag.* 1. 2. *de Emptione, et venditione inter communes.*

(3) *S. Pius V. constit.* Cum onus 19. *Januarii* 1566.

(4) *Bened.XIV.de Syn.Diœces. lib.*10. *cap.*5. *num.*5., *et* 6.

quandoque detur hypotheca , qua pereunte , census non perit. Porro quamvis pretium , quo census emitur , & consequenter quantitas pensionis posticipatè solvendæ de semestre in semestre pro quolibet centenario , & anno in præfata constitutione non taxetur ; eo quod rerum pretia pro locorum , & temporum diversitate , atque pro copia , & penuria ementium varientur : nihilominus alii successores Summi Pontifices , pensiones , seu fructus censuum a Communitatibus status Ecclesiæ impositorum , per modum legis generalis ad eam moderatam rationem tunc communiter pro tempore usitatam reduxerunt ; & signanter Clemens VIII. (1) ad rationem septem ; Ven. Servus Dei (2) Innocentius Undecimus ad minorem ; & Benedictus XIV. (3) , acriter improbata aviditate lucri eorum , qui abutentes extrema necessitate , qua tunc Communitates premebantur , exorbitantibus usuris quinque , sex , septem , & etiam octo , & novem pro centenario ipsas opprimere , & aggravare non erubuerant , moderatus fuit , & reduxit ad quatuor . Hinc quamvis de aliorum censibus nihil dererminantum hucusque habeatur , serio monemus Diœcesanos Nostros , ne in emendis Censibus egestate pauperum abutantur , sed pretium statuant juxtum , æquum , communique Civitatis , & Regionis usu receptum , ac prudentis , & honesti viri judicio probatum .

5. Introductum alicubi in nostra Diœcesi reperimus contractum peculiarem alibi inusitatum , quem vocant responsionis ad Vinum , & sic inire solent . Titius Vinitor in Emphyteusim recepto terreno , ibique instituta vinea necessitate ductus mutuo petit à Cajo pecuniam ; utque eam facilius obtineat , imponit super utile dominium Vineæ emphyteuticæ annuam pensionem binæ sarcinæ (vulgo due Some) musti quolibet anno mense Octobri solvendam , usquedum vinea ipsa vel desoletur , vel directo dominio ob fundum deterius factum , aut ob moram solutionis , juxta juris dispositionem , devolvatur ; eamque pensionem Cajo vendit pretio scutatorum septem , vel ad summum octo , quæ in numerata pecunia sibi solvuntur à Cajo præsentibus Testibus , & Notario in actu celebrationis Instrumenti , Camerali obligatione vallati vel etiam syngraphæ privatæ ; ea adjecta conditione ut pensio præfata pro eodem pretio , semper , & quandocumque voluerit , extingui possit à Titio ; alienando autem immutata , ut scilicet extingui non possit , nisi aliquorum annorum exacto cur-

(1) *Constit.* Quæ ad sublevationem 1. *Maii* 1592. (2) *Innocent. XI.*

(3) *Bened. XIV. mot. propr.* Ci è stato riferito 7. *Septemb.* 1745.

curriculo: Hujusmodi contractum ad qualitatem Census consignativi, realis, & fructiferi redigi plerique arbitrantur, eo quod in eo conditiones omnes in Constitutione (1) S. Pii V. præscriptæ contineri opinentur. Licitum autem esse aliqui putant, quod in Foro externo aliquando promota super hoc contractu quæstione juridica, pronunciatum fuerit pro solutione pensionum. Verum quidquid sit de Foro externo, in quo læsio attenditur ultra dimidiam (2) justi pretii; & in prædicta juridica disceptatione, ob scilicet non probatam læsionem ultra dimidiam, & ob adjectam Cameralem obligationem, pronuntiatum fuit tantum pensiones decursas fuisse solvendas, nihil vero de injustitia, & invaliditate contractus fuit decisum, sed harum cognitio reservata fuit ad aliud congruum judicium, quod numquam ex inopia actorum fuit prosequutum: In foro interno, in quo sola spectatur integritas, rem se aliter habere censemus; ideoque perpendentes, quod juxta Innocentium IV. illud quod dicitur, quod liceat contrahentibus (3) se invicem decipere intra dimidium justi pretii, tenet jure Fori, sed forsan non jure poli: & exploratum habentes, quod pensio binæ sarcinæ musti, juxta pretium singulis annis à publicis Officialibus taxatum, decem & octo julios excedit, & consequenter rationem viginti superat pro centenario, quæ pensio in materia censuum exorbitantissimam continet usuram, & pauperum oppressionem: hujusmodi contractum tamquam illicitum & injustum a Diœcesi nostra eliminandum duximus. Porro obsequentes monitis glor. mem. Benedicti XIV. (4) qui Episcopos generatim monet, ut cum aliquem peculiarem contractum alibi inusitatum in commissis sibi Diœcesibus fieri animadvertunt, quem ipsamet implexa, atque involuta illius ineundi formula suspectum reddit, eum, accitis in consilium Theologis, diligenter examinent, &, si usuræ labe fœdatum repererint, statim prohibeant; Contractum hunc Theologis utriusque Cleri coram Nobis examinandum, & discutiendum commisimus, qui illum usuræ, & injustitiæ labe fœdatum unanimi consensu dicarunt. Quapropter illum hac synodali Constitutione prohibemus, abrogamus, & districte vetamus, sub pœnis contra fœneratores impositis.

6. Quoad Cambium, quod tribus modis (5) fieri potest: vi-

(1) *Const.* Cum onus *sup. citat.*

(2) *L.* Rem majoris *cod. de rescind. vendit. cap.* Cum causa *de emptione, et venditione.*

(3) *Innoc. IV. cap.* in civitate *de usur.*

(4) *De Synod. Diœces. lib.* 10. *cap.* 8.

(5) *Benedict. XIV. de Synodo lib.* 10. *cap.* 5. *num.* 7.

videlicet vel permutando pecuniam præsentem cum alia diversæ speciei, quod minutum, & manuale vocatur: vel numerando campsori pecuniam in uno loco restituendam in alio: vel e contra accipiendo in uno loco ab ipso campsore pecuniam, ut illa eidem in alio loco restituatur, quæ Cambia localia, & per litteras nuncupantur: ex quolibet ex iis Cambiis, dumodo sint vera, & realia; itaut vera fiat pecuniæ translatio, aut saltem qui pecunias accipit, serium habeat animum illam alibi restituendi; lucrum moderatum absque usura accipi potest. Si vero Cambia localia sint ficta, quæ *Sicca* appellantur, veluti si quis sciret pecunias eo ipso in loco, quo acceptæ sunt, fore restituendas cum lucro, quamvis litteræ alio singerentur directæ, declaramus sub specie Cambii veram usuram (1) latere. Alteram tamen, & quidem frequentius usu venit species Cambii, quod vocant *obliquum*; cum scilicet quis pro suis necessitatibus pecunias petit ab altero qui non est Campsor; utque damnum rependat ex dato mutuo, concedat mutuanti facultatem, æquivalentem pæcuniæ summam, sive a semetipso, sive ab alio per Cambii contractum accipiendi, eamque ad negotiationem destinandi, simulque mutuatarius se obliget ad solvendum mutuanti, donec ei mutuum restituat, quidquid ratione Cambii impendit, vel impendere deberet, si pecunias à Campsore accepisset: vel si mutuatarius assumat sibi onus campsorem inveniendi, vel in cambio negotiandi tantam pecuniæ summam, quantam à Mutuante accepit, cui se obligat solvere quod lucratur, vel lucrari posset, vel certam quotam, donec mutuum restituat. De hoc equidem Cambii *obliqui* contractu, quidquid sit de foro externo, in quo fortasse ita res gesta præsumitur, sicut in stipulatione describitur, & saltem ratione ejus, quod interest, hoc est lucri cessantis, aut damni emergentis, lucrum sustineatur, attamen in foro interno, si pecunia accepto mutuo respondens, neque à mutuante, neque a Mutuatario, secundum diversas pactiones fuerit ad nundinas transmissa, seu in Cambio activo erogata, nec unquam in alterutrius animo fuit, eam ad nundinas transmittere, seu in Cambia erogare; Cambium est illicitum, turpe, & usurarium. Quamobrem monita sequentes glor. mem. Benedicti XVI. (2) hortamur, & obsecramus in Domino Jesu Diæcesanos nostros, ut abstineant ab hoc contractu Cambii obliqui, quod merum est tegumentum usuræ, & perjuriis refertum, ac propterea a Christiana Republica prorsus eliminan-

(1) *Synod. Cingulana, 6. Aug. 1736. S. Pius V. Constit.* In eam.

(2) *Bened. XIV. loc. cit. num.* 10.

nandum: & cum legitimus aderit titulus aliquid ultra sortem mutuatam exigendi, in eis, qui solent pecuniam suam negotiationibns augere, eumdem justum titulum ingenue adducant, neque ad prædictos Cambii obliqui recurrant anfractus, qui vehementem ingerunt suspicionem fraudis, & doli.

7 Quoad emptionem, & venditionem, ad ejus justitiam, ac rectitudinem, hæc potissimum requiri edicimus (1): ut emptor, & venditor sint ad emptionis, & venditionis contractum ineundum habiles: ut justum rei pretium statuatur: ut occulta rei venalis vitia manifestentnr: ut dolus omnis absit, fraus, ac violentia. Mercatorum Monopolia, (2) quibus inter se conveniunt, ut ipsi soli certo pretio merces emant, aut vendant, seu vi, vel fraude impediuntur, ne merces aliunde advehantur, aut advectæ venales fiant, damnamus, & probamus. Circa vero venditionem mercium, dilata solutione pretii vulgo *a Credenza* attendi, volumus instructionem exaratam a glor. mem. Benedicto XIV. cum esset Secretarius Sacræ Congregationis Concilii(3), & in folio impressam, quam damus in Appendice numero IL. Ergo reprobamus, tamquam palliatum mutuum (adhibitis etiam in Concilium Teologis) & sub pœnis contra fœneratores impositis prohibemus contractum illum alicubi inductum, quo ex gr. Titius autumnali tempore vendit Cajo syographa stipulanti Rubrum frumenti, pecunia credita, solvenda tempore messis, pretio, quo mense Majo frumentum valebit. Cum autem mense Majo frumenti pretium scutatis esset octo, præstituto vero solutionis tempore, ideft messis, scutatis sit sex, & Cajus ob inopiam non sit tunc solvendo totam summam, solvit tantum illud plus, quod Mense Majo valebat frumentum, nempe scuta duo, titulo refectionis, *vulgo il rifacimento*: & dehinc Titius penes se retenta syngrapha ut supra à Cajo confecta, vigore illius obligationis singulis annis, tempore messis, a Cajo, donec integram summam persolvat, exigit plus illud pecuniæ, quod, pro temporum vicissitudine, ptetium frumenti de Majo excedit pretium de tempore messis. Porro illicitum est, & injustum ob dilatam solutionem carius vendere, quam justi pretii ratio communiter ferat: sicuti & ob anticipatam solutionem minoris emere, quam justo

 pre-

(1) *Cap.* Cum causa *cap.* Cum dilecti *de empt., et vendit. cap.* Quanto *de jure jurando cap.* Consuluit *cap.* In civitate *cap.* Navigant *de usuris D. Thomas* 2. 2. *quæst.* 77. *per totam*

(2) *Bebed. XIV. constit.* Quo die §. 6. *edit.* 6. *Julii* 1748.

(3) *In folio S.C.C.* 23. *Februar.* 1726. *tom.* 3. *Thesaur. Resolut. pag.* 085.

pretio: seu personae praesenti, quae indigeat pecuniae, rem vendere carius (1), ut statim a venditore per se, vel per interpositam personam vilius ematur. Et cum alicubi Artifices, ac Mercatores Operariis suis pactam mercedem solvant rebus, seu Mercibus, summo, atque etiam injusto pretio aestimatis, quas deinde iidem Operarii necessitate compulsi infimo, & viliori pretio distrahere coguntur: Nos ne tantum nefas in nostra Dioecesi admittatur, eisdem interdicimus, ne mercedem Operariis aliter solvant, aut paciscantur, quam in pecunia; nisi liber omnino, ac plenus Operarium consensus accedat;& nisi res,seu merces,quae dantur loco numeratae pecuniae, justo praetio, quo tunc valent, aestimentur; Qui secus fecerint arbitrio Nostro mulctabuntur.

8. Si venditio fiat cum pacto redimendi, ne contractus injustus evadat, vel usurarius, animadvertendum est, ne in facultatae, quae datur Venditori, rem venditam, quandocumque voluerit redimendi, onus imponatur (2), ut majori pretio redimat, quo ipse vendiderit. Si causa pacti redimendi venditio fieret non parum infra, vel supra limites justi praetii, injustus erit contractus, licet aliquid, hujusmodi pactum, de praetio diminuat. (3) Si pactum adiiciatur redimendi solum post certum tempus determinatum, ita ut prius non liceat venditori redimere, sanè contractus (4) Usurae suspicione non carebit; quoniam ex ea temporis praefinitione fas est coniicere, Usuram ficta fundi emptione voluisse emptorem palliare; si tandem pactum ineatur, ut intra certum tempus redimatur res vendita, ita ut eo tempore elapso non sit amplius locus, retrovenditioni (5), contractus manifestam redolet usuram: siquidem ejusmodi pactum efficit, ut contractus induat naturam pignoris.

9. Quoad oppignorationem Fundi fructiferi pro mutuo, vel credito infructifero, cum in hoc contractu secundum justitiae leges, fructus, qui ex Fundo oppignorato percipiuntur, detractis expensis, in fortis diminutionem (6) computandi sint, & a pecunia mutuo tradita, cum eadem restituitur, sint subducendi districte vetamus contractum illum, qui dicitur *a godere*, in quo (7) quis ex una parte dat pecunias, alter pignus fructiferum ex.

(1) *Prop. condem. ab Alex. VII. n.* 40.
(2) *Cap.* Illa nos *de pignoribus*.
(3) *S. Pius V. constit.* In eam.
(4) *Bened. XIV. lib.* 10. *cap.* 8. *n.* 4. *de Synod. Dioeces.*
(5) *Idem loco citat.*
(6) *Cap.* 1. Plures Clericorum *cap.* 2. Quoniam *de Usuris et cap.* Cum contra *de pignoribus*.
(7) *Synod. Montis Falisci* 1710. *c.* 15. *num.* 3. *Synod. Civitatis Castellanae* 1756. *tit.* 1. *cap.* 9. *num.* 11.

ex altera, eo pacto, ut absque ulla sortis diminutione ille, qui dedit pecuniam fructibus pignoris fruatur, quandiu sibi fiat sortis restitutio. Injustum etiam declaramus, & iniri prohibemus *pactum legis Commissoriæ* in pignoribus (1), quo fit convenrio, ut pignus, quod in valore excedit mutuum, vel creditum, intelligatur tamen emptum a Creditore, vel Mutuante, & in ejus dominium, & proprietatem transeat, si, intra præscriptum tempus a contrahentibus, non fiat redemptio, vel solutio.

10. Quoad contractum Societatis, illud potissimum requiritur, ut æqua sit Sociorum conditio (2), par ratio, & æquale periculum. Conditiones in Societatibus servandæ hæ sunt. Primo ut Societas in licita, & honesta negotiatione (3) constituatur. Secundo, ut quilibet Socius aliquid pretio æstimabile (4) in commune referat, sive pecuniam, sive mercem, sive operam, aut industriam. Tertio ut tum in damno, tum in lucro (5) inter socios servetur æqualitas. Quarto tandem, ut sors, seu Capitale obnoxium sit (6) periculis in damnum conferentis; ita ut, si absque sociorum culpa pereat, ei pereat, qui illud in communem Societatem contulit. Quocirca de Societatibus animalium cum diversimode fiant, & in suo genere non sint prohibitæ, sed facillime labefactari possunt; denunciamus, ut in illis leges Charitatis, & justitiæ observentur. Cum autem sensim in Diœcesi nostra introducatur abusus ille jam alibi invectus, & in nupera Anagnina Synodo (7) prohibitus, quo in contractu societatis Coloniæ, præter dominicalem portionem fructus Vineæ, seu Agri domino tradendam, prævio pacto etiam in scriptis Apochis expresso determinata etiam pecuniæ summa a Colono solvenda statuitur, sub appellatione ingressus, *Entratura*: Nos attendentes, quod toties contractus Societatis est illicitus, (8) quoties non servetur æqualitas, quæ sane in hujusmodi pacto non servatur, ex quo ultra justam, congruam, & æquam fructuum portionem terræ feracitati respondentem, quæ fortuitis casibus V.G. grandinis, nebulæ, & hujusmodi ad damnum utriusque partis est obnoxia, determinata, & cer-

(1) *Cap.* Significante *de pignoribus*.

(2) *S. Thomas 2. 2. quæst.* 78. *art.*2. S.*Anton. par.*2.*tit.*1. *c.*7. §.37. *Xistus V. const.*45. Detestabilis 21. *Octobris* 1586.

(3) *L.* Ea vero, *et L.* Nec prætermittendum *ff. Pro socio*.

(4) *L.* Societates, *et L.* Si societatem *ff. pro socio*.

(5) *L.* Si non fuerint, *ff. pro socio*.

(6) Si non fuerint *sup.cit. Institut. de Societate* §.1. *et* 2.

(7) *Synod. Anagnina* 1780. *section.*1. *cap.*6. §. 9.

(8) *Besombes tom.*1. *tract. de contractibus cap.* 9.

ta pecuniæ summa a colono solvenda ponitur, in qua industria Coloni tantum periclitatur: eamdem pactionem tamquam illicitam vetamus ut evidenter injustam.

11. Quoad trinum contractum, videlicet societatis, assecurationis capitalis, & fructuum, hortamur Diæcesanos nostros, ut ab illo abstineant tamquam valde periculoso, et quem plures Doctores (1) censent a Xisto V. (2) damnatum fuisse.

12. Sciant ergo Diæcesani Nostri, quod qui (3) calumniatur pauperem, ut augeat divitias suas, dabit ipse ditiori, & egebit: Et qui volunt divites fieri, (4) incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa, inutilia, & nociva, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes erraverunt a fide. Ut noscant igitur (5) fugere a ventura ira, & ab ingruentibus malis animæ, & corporis liberari mereantur, præcipimus (6) divitibus hujus sæculi, ne sperent in incerto divitiarum, bene agant; facile tribuant pauperibus, et thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum: pecuniam suam (7) non dent ad usuram: pauperes, pupillos, Viduas non opprimant; sed eis opitulentur auxilium, & subsidia conferant charitatis. Quo circa pauperum Causam, hoc est causam Dei, tuentes, præcipimus, ne messe facta, pauperes, & egeni arceantur ab agris a colligendis spicis, vel in terra relictis, vel a messoribus præteritis; sed a Dominis Prædiorum liberum omnino spicilegium pauperibus permittatur, ita ut sine ullo impedimento spicas legere, easque familiis suis domum importare possint juxta Regulas a glor. mem. Benedicto XIV. (8) statutas, quarum seriem damus in Appendice numero L. vel juxta probatas consuetudines, ad formam decreti Sacræ Congregationis (9) particularis, cujus copiam pariter damus in eadem Appendice eodem num. §. II. sub pœnis in eadem Constitutione præscriptis.

(1) *Genettus Theolog. moral. tom.1. tract.4. cap.14. Natalis Alexand.Theol. Dogmat. et Moral. Edit. Paris. tom. 2. lib.3. art. 5. regul.23. Antonin. tom.2. tract. de contract. cap.8. quæst.3. et alii*

(2) *Constit.* Detestabilis *sup. citat.*

(3) *Prov. 28. 8.*

(4) *Timoth. 6. 9.*

(5) *Lucæ 3. 8.*

(6) *1. Timoth. 6. 17.*

(7) *Psalm. 14. 15.*

(8) *Const.*Ex commisso 17.*Maii* 1751.

(9) *Sac. Cong. particul. 5.Julii 1752. in Montis Falisci Spicilegii.*

CAPUT

CAPUT XX.

De Constitutionibus Synodalibus, & Synodi Conclusione.

1. Ecclesia hæc Terracinensis, Privernensis, & Setina Vineæ Domini exercituum (1) pars est inclyta, quam Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Nobis quamvis immeritis, excolendam commisit. In ejus igitur cultura laborantes, vepres, & spinas evellere curavimus tribus in jam peractis Visitationibus, & modo sepem ei circumdedimus Synodalium Constitutionum, quas ut plurimum ex Sacris Litteris, a Sanctis Patribus, Generalibus Conciliis, Apostolicis Constitutionibus, Sacrarum Congregationum Decretis, ac Diæcesanis Prædecessorum Nostrorum, sive aliorum pietate, & doctrina insignium Antistitum decerpsimus. Deus virtutum (2) respiciat de Cælo, & videat, & visitet Vineam istam, & ne aper de sylva exterminet eam, neque singularis Ferus depascatur eam, Deus ipse perficiat, quam plantavit dextera sua. Nos itaque Vicariis Nostris vigilantiam, observantiam, & exequtionem harum Constitutionum enixe commendamus, ipsis injungendo, ut in his promovendis, & conservandis, unde Ecclesiasticæ disciplinæ, et christianæ vitæ ratio dependet, absque ullo humano respectu, Sacerdotalem zelum, & delegatam sibi, quam præsenti Decreto concedimus, facultatem exerceant. Parochis quoque mandamus, & Confessariis omnibus, ut omnimodam harum legum observantiam promoveant, & eos qui sanam doctrinam non sustinebunt (3), & a veritate auditum avertent, ab fabulas autem convertentur, arguant, obsecrent, increpent in omni patientia, & doctrina: opportune, importune instantes, ut (4) & utiles Domino ad omne opus bonum parati, & ad custodiam Animarum vigilantes, cum venerit cælestis Paterfamilias, mercedem plenam tamquam fideles Operarii recipere valeant.

2. Cupimus quidem vehementer, Synodales istæ Constitututiones tamquam amantis potius Parentis monita recipiantur, quam ut jubentis Præsulis mandata; a probitate vestra, & charitate (5) quæ finis est præcepti, legum observantiam, vitæ Sanctitatem, Animarum ædificationem, et Dei gloriam expectantes. Verum cum pœnæ sint semper legum præsidia, in il-

(1) *Isaja* 5. 7. (2) *Psalm.* 79. 15.
(3) 2. *Timot.* 4. 3.
(4) 2. *Timot.* 2. 21.
(5) 1. *Timoth.* 1. 5.

In Nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis.

Anno a Domini Nostri Jesu Christi Nativitate 1784. *Indictione secunda, diebus* 30., *&* 31. *Maii, ac prima Junii, Pontificatus Sanctissimi Domini Nostri PII Divina Providentia Papæ VI. Anno ejus X.*

Præscriptæ Constitutiones, & Synodalia Decreta præcedenter a viris doctrina, prudentia, ac pietate præstantibus, sedulo discussæ, atque Reverendissimorum Archipresbyterorum, & Canonicorum Ecclesiarum Cathedralium Tarracinen, Privernen, & Setin. oculis exposita, qui in Congregationibus Præsynodalibus adhibitis in Palatio Episcopali Civitatis Tarracinæ, diebus 27. 28. & 29. dicti mensis Maii mox elapsi auditi fuerunt in consilium, præsidente Illmo, & Rmo D. D. Benedicto Pucilli Episcopo Tarracinen., Privernen, & Setino, Prælato Domestico ejusdem Sanctissimi Domini Nostri PII Papæ VI., & solio Pontificio Assistente, in Cathedrali Ecclesia hujus prædictæ Tarracinen Civitatis, Sanctis Petro Apostolorum Principi, & Cæsario Levitæ Martyri dicata, servatis de more servandis, legitime in Synodo congregata a Rmo D. Marco Antonio Afforati Canonico dictæ Ecclesiæ Cathedralis Synodi Secretario, & R. D. Vincentio Sagaliani Presbytero Tarracinen, aliisque Lectoribus deputatis, alta & intelligibili voce lecta fuerunt, & nemine prorsus discrepante publicata; quampluribus ibidem præsentibus, ac audientibus, & præcipue Illmis DD. Josepho Maceroni b. m. Philippi, Josepho Cestra b. m. Caroli, Crispino Gattinara b. m. Josephi, R. D. Clemente Fasolilli filio D. Francisci, D. Dominico Sanguigni qm. Leonardi, & Cæsario Camposanti filio Thomæ de Civitate Tarracinen Testibus d.

Ego Franciscus Maria Berti Canonicus insignis Collegiatæ S. Rochi Setiæ Cancellarius Generalis Episcopalis, ac prædictæ Synodi Notarius deputatus has Constitutiones, & Decreta scripsi, solitoque Generalis Episcopalis Curiæ Sigillo, quo in similibus utor, requisitus munivi, & publicavi. In quorum d.

Loco ✠ Sigilli

ACCLAMATIONES SYNODALES

Diaconus Deo Patri misericordiarum, & Deo totius consolationis, & gratiæ, omnis laus, honor, & gloria in sæcula sæculorum.

Chorus ℟. Amen, Amen, Amen.

Diaconus Beatissimo D. N. D. PIO Papæ VI. Sanctæ, & universalis Ecclesiæ Pontifici, Christiani nominis in omnes terrarum partes Propagatio, cunctarum gentium Obedientia, Pax vera, Diuturna Prosperitas.

Chorus ℟. Domine Deus Sanctissimum Patrem nostrum Ecclesiæ tuæ conserva, mitte illi auxilium de Sancto, ut, eo gubernante, gentes omnes illuminentur, & quæ dispersæ sunt, in unum Ecclesiæ tuæ ovile colligantur.

Diaconus Illustrissimo ac Reverendissimo D. D. Benedicto Pucilli Episcopo nostro hujus Synodi Præsuli, ejusque Ministris salutaris vigilantia, in laboribus constantia, & felix exitus.

Chorus ℟. Omnipotens Deus super Antistitem nostrum benedictionum tuarum dona perpetua multiplica.

Diaconus Civitatibus nostris, ac Diœcesibus tranquillitas, salus, & divinarum Gratiarum abundantia.

Chorus ℟. Benedic Domine Filios tuos, & esto in circuitu Populi tui, ex hoc nunc, & usque in sæculum.

Diaconus Benedicamus Domino.

Chorus ℟. Deo gratias, Deo gratias, semper dicamus Deo gratias.

Diaconus Decretorum hujus Diœcesis observantiam salutarem, omnes, qui hic adsimus unanimi voto, a Deo bonorum omnium largitore humiliter imploremus, intercedente Deipara Virgine Maria Domina nostra cum Beatis Apostolis suis Petro, & Paulo, & Beatis Patronis Cæsario, Thoma Aquinate, & Lidano, ac omnibus Sanctis.

Chorus ℟. Fiat, Fiat, Amen, Amen.

OFFI-

OFFICIALES SYNODI

JUDICES SYNODALES

Reverendiſs. D. Herculanus Xaverius Modeſti J.U.D. Protonotarius Apoſtolicus, & Vicarius Generalis.

Ex Civitate Tarracinæ

Reverendiſs. D. Januarius Antonius Fatigati J.U.D. Archipresbyter Cathedralis.

Reverendiſs. D. Dominicus Petrilli Canonicus Decanus Cathedralis, & Vicarius.

Reverendiſs. D. Jacobus Terrenzi Canonicus Pœnitentiarius Cathedralis.

Reverendiſs. D. Franciscus Xaverius Donadio, Prothonotarius Apoſtolicus, Canonicus Cathedralis.

Reverendiſs. D. Marcus Antonius Afforati Canonicus Cathedralis.

Ex Civitate Setiæ

Reverendiſs. D. Joſeph Antoniani S.T.D. Prothonotarius Apoſtolicus Archipresbiter Cathedralis.

Reverendiſs. D. Antonius Pilorci Archidiaconus Cathedralis.

Reverendiſs. D. Stephanus Farci Præpoſitus Cathedralis.

Reverendiſs. D. Lidanus de Paolis S.T.D. Canonicus Theologus Cathedralis.

Reverendiſs. D. Alexander Montarſi S.T.D. Canonicus Pœnitentiarius Cathedralis.

Reverendiſs. D. Blaſius Cerroni Canonicus Cathedralis.

Ex Civitate Priverni.

Reverendiſs. D. Philippus Tacconi S.T.D. Archipresbyter Cathedralis.

Reverendiſs. D. Benedictus Setacci Canonicus Cathedralis, & Vicarius.

Reverendiſs. D. Tiburtius Cellini S.T.D. Canonicus Pœnitentiarius Cathedralis.

Reverendiſs. D. Dominicus Mattei S.T.D. Canonicus Theologus Cathedralis.

Reverendiſs. D. Petrus Leonardus Guerrini Canonicus Cathedralis.

EXAMINATORES SYNODALES.

Reverendiſs. D. Herculanus Xaverius Modeſti J.U.D. Protononotarius Apoſtolicus, & Vicarius Generalis.

Ex Civitate Tarracinæ.

Reverendus D. Januarius Antonius Faugati J. U. D. Archipresbyter Cathedralis.

Reverendiſs. D. Dominicus Petrilli Canonicus Decanus Cathedralis, & Vicarius.

Reverendiſs. D. Jacobus Terrenzi Canonicus Pœnitentiarius Cathedralis.

Reverendiſs. D. Paſchalis de Trento Canonicus Cathedralis.

Reverendiſs. D. Cæſar de Trento S.T.D Canonicus Theologus Cathedralis.

Reverendiſs. D. Marcus Antonius Afforati Canonicus Cathedralis.

Adm. R. D. Vincentius Fiorenza Canonicus Decanus Inſignis Collegiatæ S Joannis.

Ex Civitate Setiæ.

Reverendiſs. D. Joſeph Antoniani S.T.D. Archipresbyter Cathedralis.

Reverendiſs. D. Stephanus de Ovis Canonicus Decanus Cathedralis.

Reverendiſs. D. Philippus Tuccimei Canonicus Cathedralis.

Reverendiſs. D. Lidanus de Paolis S.T.D. Canonicus Theologus Cathedralis.

Reverendiſs. D. Alexander Montarſi S.T.D. Canonicus Pœnitentiarius Cathedralis.

Reverendiſs. D. Aloyſius Cerroni Canonicus Coadjutor Cathedralis.

Reverendiſs. D. Thomas Roselli S. T. D. Theologus Coadjutor Cathedralis.

Adm. R. D. Joannes Antonius Ulgiati Archipræsbyter Inſignis Collegiatæ S. Rocci.

Adm. R.D. Franciſcus la Penna S.T.D. Canonicus ejusdem Eccleſiæ Collegiatæ.

Adm. R.D. Petrus Paolus Paſqualetti Curatus Eccleſiæ S. Laurentii.

Adm. R.D. Blaſius Biaſucci Deputatus, & Œconomus Seminarii.

Ex Civitate Priverni.

Reverendiſs. D. Philippus Tacconi S.T.D. Archipresbyter Cathedralis.

Reverendiſs. D. Thomas Zaccaglioni Canonicus Decanus Cathedralis.

Re-

Rev· D. Benedictus Setacci Canonicus Cathedralis, & Vicarius.

Reverendiſs, D. Tiburtius Cellini S.T.D. Canonicus Pænitentiarius Cathedralis.

Reverendiſs. D. Hermenegildus Rovaldi Canonicus Cathedralis.

Reverendiſs. D. Dominicus Mattei S.T.D. Canonicus Theologus Cathedralis.

Reverendiſs. D. Petrus Leonardus Guerrini Canonicus Cathedralis.

Adm. R. D. Tiberius Guerini Curatus Eccleſiæ S. Luciæ.

Adm. R.D. Bernardus Baccari Curatus Eccleſiæ S. Benedicti.

EX CONGREGATIONIBUS PRÆSBYTERORUM ET CLERICORUM.

R. P. Stephanus Sperotti Congregationis Doctrinæ Chriſtianæ S.T.L.

R.P. Carolus Calvi ejuſdem Congregationis S.T.L.

Adm. R. P. Joſeph Andreas a Conceptione Congregationis Crucis, & Paſsionis D.N J C. Provincialis.

R.P. Paulus a Corde Mariæ ejuſdem Congregationis Rector Receſſus Tarracinæ.

EX CLERO REGULARI

Adm. R. P. Joannes Chryſoſtomus Taddei Ordinis Min. Conventualium Ex-Provincialis S. T. M.

Adm. R. P. Bonaventura Martini Ordinis Min. Conventual. D. S. Illmæ, & Rmæ Theologus, ac Rector V. Seminarii Diœceſani S. T. M.

Adm. R. P. Aloyſius Petriconi Ordinis Min. Conventual. S.T.M.

R. P. Aloyſius Maria Petacchi Baccalaureus Ordin. Min.Convent.

Adm. R. P. Felix a Podio Catino Ordin.Min. ſtrictioris obſervantiæ Ex-Provincialis, Guardianus Conventus Setiæ.

Adm. R. P. Andreas a Tulpha Ordinis Min. Capuccinorum Provincialis.

Adm. R. P. Joſeph Maria a Riano Ordinis Min. Capuccinorum Ex-Provincialis.

R. P. Cajetanus a Poli Ordinis Min. Capuccinorum, Guardianus Conventus Setiæ.

R. P. Hannibal a Roma Ord. Min. Capuccinor. Concionator.

PROMOTORES

Reverendiſſ. D. Dominicus Petrilli Canonicus Decanus Cathedralis Tarracinæ.

Reverendiſſ. D. Ioſeph Antoniani Archipresbyt. Cathedral. Setiæ.

Reverendiſſ. D. Philippus Tacconi Archipr. Cathedral. Priverni.

PRO-

PROCURATORES CLERI

Reverendus D. Jacobus Terenzi Canonicus Pœnitentiarius Cathedralis Tarracinæ.

Reverendiss. D. Philippus Tuccimei Canonicus Cath. Setiæ.

Reverendiss. D. Hermenegildus Rovaldi Canonic. Catned. Priverni.

SECRETARIUS

Reverendiss. D. Marcus Ant. Afforati Canonic. Cathed. Priverni:

LECTORES

R. D. Vincentius Sagliani Presbyter Tarracinæ.

R. D. Clemens Fasolilli Vice-Curatus Tarracinæ.

Adm. R: D. Salvator Talocco Canonicus Theologus Infignis Collegiatæ Sermonetæ.

R. D. Antonius Martini Beneficiatus Ecclefiæ Parochialis S. Angeli Somneni.

Adm. R. D. Jofeph Maccaroni Canonicus Ecclefiæ Collegiatæ Arcis Siccæ.

PRÆFECTI HOSPITIORUM

Reverendiss. D. Francifcus Xaverius Donadio Canonicus Catheeralis Tarracinæ.

Reverendiss. Gafpar Locatelli Canonicus Cathedr. prædictæ.

Reverendiss. D. Ignatius Laurentini Canonic. Cathed. prædictæ.

THEOLOGI

Reverendiss. D. Herculanus Xaverius Modefti Vicar. Gen. J.U.D.

EX CIVITATE TARRACINÆ

Reverendiss. D. Cæfar de Trento Canonic. Theolog. Cath. S.T.D.

EX CIVITATE SETIÆ

Reverendiss. D. Jofeph Antoniani Archip. Cathed. S.T. D.

Reverendiss. D. Lidanus de Paolis Canonic. Theol. Cath. S. T. D.

Reverendiss. D. Alexander Montarfi Canonicus Pœnitentiarius Cathedralis S. T. D.

Reverendiss. D. Thomas Rofelli Theolog. Coadjutor Cath. S.T.D.

Adm. R. D. Francifcus la Penna Canonicus infignis Collegiatæ S. Rochi S. T. D.

EX CIVITATE PRIVERNI

Reverendiss. D. Philippus Tacconi Archip. Cathed. S. T. D.

Reverendiss. D. Tiburtius Cellini Canonicus Pœnitentiarius Cathedralis S. T. D.

Reverendiss. D. Dominicus Mattei Canonicus Theologus Cathedralis S. T. D.

EX CONGREG. DOCTRINÆ CHRISTIANÆ

R. P. Stephanus Sperotti Theologus deputatus a D. S. Illma & Rma

Rma pro Collationibus Sacrorum Rituum, & Casuum Conscientiæ in Civitate Priverni S. T. L.

EX CLERO REGULARI

Adm. R. P. Joannes Chrysostomus Taddei Ex Provincialis Ordinis Min. Conventualium S. T. M.

Adm. R. P. Bonaventura Martini D. S. Illustriss., ac Reverendiss. Theologus, ac Rector V. Seminarii Diœcesani, Ordinis Minor. Conventualium S. T. M.

Adm. R. P. Aloysius Petriconi Ordin. Min. Convent. S. T. M.

CONFESSARII CLERI

Cum potestate nostra, itaut octo diebus in dispensatione Irregularitatum, & in absolutione tum a peccatis, tum a censuris tantum valeant pro foro Conscientiæ erga Pœnitentes, quantum nostri juris est, ut eis concedere possimus.

EX CIVITATE TARRACINÆ

Reverendiss. D. Jacob. Terrenzi Canonicus Pœnitentiar. Cathed.

Reverendiss. D. Cæsar de Trento Canonic. Theolog. Cathed.

Adm. R. D. Vincentius Fiorenza Canonicus Insignis Collegiatæ S. Joannis.

EX CIVITATE SETIÆ

Reverendiss. D. Joseph Antoniani Archipresb. Cathedralis.

Reverendiss. D. Lidanus de Paolis Canonicus Theolog. Cathed.

Reverendiss. C. Alexander Montarsi Canonic. Pœnitentiar. Cath.

EX CIVITATE PRIVERNI

Reverendiss. D. Tiburtius Cellini Canonicus Pœnitent. Cathedr.

Reverendiss. D. Innocentius Campiani Canonic. Cathed.

EX CONGREGATIONE CLERICORUM CRUCIS ET PASSIONIS D. N. J. C.

R. P. Paulus a Corde Mariæ Rector Recessus Tarracinæ.

EX CLERO REGULARI

R. P. Seraphinus Andreuccetti Ordinis Prædicatorum Prior Conventus S. Dominici Tarracinæ.

R. P. Franciscus Maria Ratacchi Baccalaureus Ord. Min. Convent.

JUDICES QUEREL. ET EXCUSAT. ABSENTIUM

Adm. R. D. Vincentius Fiorenza Canonicus insignis Collegiatæ S. Joannis Tarracinæ.

Adm. R. D. Xaverius Tassi Canonic. insig. Colleg. S. Rochi Setiæ.

Adm. R. D. Vincentius Cestrilli Curatus Ecclesiæ S. Christophori Priverni.

PRÆ-

PRÆFECTI DISCIPLINÆ SYNOD. ET SCRUTINII

Ex Civitate Tarracinæ.

Rev. Gaſpar Locatelli Canonicus Cathedralis.
Reverendiſſ. D. Honuphrius Donadio Canonicus Cathedr.
Reverendiſſ. D. Joachim Diamante Canonicus Cathedralis.
Adm. R. D. Vincentius Merluzzi Canonicus Inſignis Collegiatæ S. Joannis.

Ex Civitate Setiæ

Rev. D. Joſeph Antoniani Archipresb. Cathedralis.
Reverendiſſ. Joannes Biaſucci Canonic. Cathedr.
Reverendiſſ. D. Lidanus Berti Canonicus Cathedralis.
Reverendiſſ. D. Franciſcus Maria Ricci Canonic. Cathedr.
Adm. R. D. Philippus Carnebianca Curatus Eccleſiæ S. Angeli.

Ex Civitate Priverni

Rev. D. Philippus Tacconi Archipresb. Cathedr.
Reverendiſſ. D. Thomas Zaccaglioni Canonicus Decanus Cathed.
Reverendiſſ. D. Benedictus Setacci Canonic. Cath. ei Vicarius.
Reverendiſſ. D. Tiburtius Cellini Canonic. Pœnit. Cathedral.
Reverendiſſ. D. Joannes Antonius de Caſtris Canonic. Cathed.
Adm: R. D. Vincentius Ceſtrilli Curatus Eccleſiæ S. Chriſtophori.

CANTORES

R. D. Antonius Alonzo Presbyter Priverni.
R. D. Dominicus Altobelli Presbyter Priverni.
Adm. R. D. Dominicus Tremacarlini Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ Arcis Gurgæ.
R. D. Mathias Saputo Presbyter Arcis Gurgæ.

MAGISTRI CÆREMONIARUM

Rev. D. Silvianus Marconi Canonicus Cathed. Tarracinæ.
R. D. Angelus de Trento Capellanus Cathedralis Tarracinæ.
R. D. Angelus Vicaro Capellanus Cathedral. Tarracinæ.
R. D. Joannes Bapt: de Nardis a Secretis Illmi & Rmi D. Epiſcopi

OSTIARII

Clericus Salvator de Trento.
Clericus Joannes Baptiſta Renzi.

NOTARIUS

Adm. R. D. Franciſcus Maria Canonic. Berti Cancellarius Epiſcop.

Prima Die Initio Sessionis

Allocutionem habuit ad Clerum in Synodo congregatum Illmus, & Rmus D. Epiſcopus.

ORA-

ORATORES IN SYNODO

Eadem die in continuatione Seſſionis

Reverendiſſ. D. Jacobus Terenzi Canonicus Pœnitentiarius Cathedralis Tarracinæ.

SECUNDA DIE

Reverendiſſ. D. Marcus Anton. Afforati Canonic. Cath. Tarracinæ

TERTIA DIE

Adm. R. P. Bonaventura Martini Ord. Min. Conventualium D.S. Illmæ, & Rmæ Theologus.

OFFICIALES CLERI

DEPUTATI PRO DOCTRINA CHRISTIANA.

In Civitatibus Rmi DD. Archipresbyteri, & omnes Canonici.

In Diæceſi RR. DD. Vicarii Foranei.

Theologi Deputati pro Collationibus Sacrorum Rituum, & Caſuum Coſcientiæ.

TARRACINÆ.

Reverendiſs. D. Marcus Antonius Afforati Canonicus Cathed.

SETIÆ.

Adm. R. P. Bonaventura Martini S.T.M., ac Illmi, & Rmi D. Epiſcopi Theologus.

PRIVERNI.

R.P. Stephanus Perotti S.T.L. Congregationis Doctrinæ Chriſtianæ.

SERMONETÆ

Adm. R.D. Joſeph Coalbaccari Canonicus Inſignis Collegiatæ.

SOMNENI

Adm. R. D. Veſpaſianus Milza Archipresbiter Curatus Eccleſiæ S. Angeli.

MAGENTIÆ

Adm. R.D. Franciſcus Coco Canonicus Inſignis Collegiatæ.

ARCIS SICCÆ

Adm. R.D. Joannes Baptiſta Giuliani Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ, & Vicarius foraneus.

BASSIANI

Adm. R.D. Franciſcus Mazzoli Archipresb. Eccleſiæ Colleg.

ARCIS GURGÆ

Adm. R.D. Carolus Nardacci Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ.

S. Felicis

Adm. R.D. Erafmus de Sanctis Archipresb. Ecclefiæ Parochialis.

MAGISTRI CÆREMONIARUM

Reverendiff. D. Joachim Diamantæ Canonicus Cathedralis Tarracinæ.

Reverendiff. D. Blafius Cerroni Canonicus Cathedralis Setiæ.

Reverendiff. D.Angelus Mattei Canonicus Cathedralis Priverni.

Adm. R.D. Salvator Talocco Canonicus Theologus Infignis Collegiatæ Sermonetæ.

Adm. R.D. Joannes Maria Lampredi Canonicus infignis Collegiatæ Somneni.

Adm. R.D. Gregorius Terrilli Canonicus infignis Collegiatæ Magentiæ.

Adm. R.D.Jofeph Maccaroni Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ Arcis Siccæ.

Adm. R. D. Antonius Pacilli Canonicus Ecclefiæ Collegiatæ Bafsiani.

Adm. R. D. Joannes Baptifta Cocchi Canonicus Ecclefiæ Collegiatæ Arcis Gurgæ.

R.D. Calliftus Cerilli Vicarius Foraneus S. Felicis.

MAGISTRI CANTUS GREGORIANI

Tarracinæ

Reverendifs. D. Marcus Antonius Afforati Can. Cathedralis.

Setiæ.

Reverendiff. D. Lidanus Berti Canonicus Cathedralis.

Priverni

Reverendiff. D. Joannes Antonius de Caftri Can. Cathed.

Sermonetæ

Adm. R.D. Pafchalis Ricelli Canonicus Coadjutor infignis Collegiatæ.

Somneni

Adm. R.D. Dominicus Toti Abbas Curatus Ecclefiæ S.Petri, & Vicarius Foraneus.

Magentiæ

Adm. R.D. Nicolaus Doria Canonicus infignis Collegiatæ, & Vicarius Foraneus.

Arcis Siccæ

Adm. R.D. Lucas Giuliani Canonicus fupranumerarius Ecclefiæ Collegiatæ.

Bassiani

Adm. R.D. Petrus Gneffi Canonicus Ecclefiæ Collegiatæ.

Ar-

ARCIS GURGÆ

Adm. R.D. Dominicus de Nardis Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ Prothonotarius Apostolicus.

DISCORDIARUM COMPOSITORES, VULGO PACIERI

TARRACINÆ

Reverendiss. D. Cæsar de Trento Canonicus Theologus Cathed.
Reverendiss. D. Joachim Diamante Canonicus Cathedralis.
Adm. R. D. Antonius Sagliani Canonicus insignis Collegiatæ S. Joannis.
Adm. R. D. Aloysius Grattinara Canonicus ejusdem insignis Collegiatæ.

SETIÆ

Reverendiss. D. Joseph Antoniani Archipresbyter Cathedralis.
Reverendiss. D. Philippus Tuccimei Canonicus Cathedralis.
Reverendiss. D. Nicolaus Pane Canonicus Cathedralis.
Adm. R. D. Joannes Antonius Ulgiati Archipresbyter insignis Collegiatæ S. Rochi.
Adm. R.D. Petrus Paulus Pasqualetti Curatus Ecclesiæ S. Laurentii.
Adm. R. D. Augustinus Baccari Curatus Ecclesiæ S. Andreæ.
Adm. R. D. Philippus Carnebianca Curatus Ecclesiæ S. Angeli.
Adm. R. D. Joannes Bapt: Toti Curatus Ecclesiæ S. Parasceves.

PRIVERNI

Reverendiss. D. Philippus Tacconi Archipresb. Cathedr.
Reverendiss. D. Thomas Zaccaglioni Canonic. Decanus Cathedr.
Adm. R. D. Tiberius Guerini Curatus Ecclesiæ S. Luciæ.
Adm. R. D. Franciscus Tacconi Curatus Ecclesiæ S. Joannis.
Adm. R. D. Bernardus Baccari Curatus Ecclesiæ S. Benedicti.
Adm. R. D. Vincentius Cestrilli Curatus Ecclesiæ S. Christophori

REVISORES MISSARUM, & LOCOR. PIOR.

TARRACINÆ

Reverendiss. D. Marcus Antonius Afforati Canonicus Cathedr.
Reverendiss. D. Joachim Diamante Canonicus Cathedralis.

SETIÆ

Reverendiss. D. Blasius Cerroni Canonic. Cathedr.
Reverendiss. D. Angelus Tirletti Canonic. Cathedr.
Revesendiss. D. Franciscus Cima Canonicus Cathedr.
Che ne' giorni Festivi di precetto, da una mezza notte all' altra, niuno ardisca di occuparsi in opere manuali, e servili, o mecaniche, e di lavoro di qualsivoglia sorte, tanto dentro, quanto fuori delle Città, e Luoghi delle Diocesi, nè di ritenere aperte le porte delle botteghe di lavoro, a riserva di quelli Artigiani, che hanno casa, e bottega unita, a' quali si permette di poter tenere la porta mezza aperta per comodo di entrare, ed uscire di casa, sotto le pene di scudo uno, ed anche più a nostro arbitrio, secondo la qualità della trasgressione; eccettuati i Barbieri ai quali si permette di radere il capo, e la barba a' Contadini, e Forastieri colla porta però mezz' aperta, e fuori del tempo della Messa maggiore nella Chiesa matrice, della Dottrina Cristiana, Vespro, Predica, ed altre pubbliche Orazioni, duranti le quali funzioni non possino radere ne anche in case private, e debbano tenere la porta della bottega affatto chiusa, sotto la medesima pena, tanto ai barbieri, quanto a quelli, che fanno farsi la barba, o tosare i capelli. Come pure i Manescalchi, ai quali in caso di necessità, e per comodo de Viandanti si permette di metter ferri agli Animali purchè non lavorino di nuovo alla fucina essi ferri, ma li tenghino già fatti, e similmente eccettuati tutti i casi di necessita, particolarmente nel tempo di mietere, di falciare il fieno, di vendemmiare, raccoglier frutti, e fare altre opere di Campagna, che possino portare danno notabile, differendosene il raccolto, purchè si domandi come inappresso, ed ottenga dai rispettivi Vicarj delle Città, e luoghi la dovuta licenza; e tuttociò si osservi nelle cause di pietà, e di povertà per altre opere servili, meccaniche, sotto la medesima pena.

Proibiamo ai Molinari tanto di grano, quanto di olive di macinare, e trasportar grano, e farina, olive sotto la medesima pena, da incorrersi anche da quelli, che faranno fare i detti trasporti, e dai fornari, e persone particolari, che s' impiegheranno in abburattare, e setacciar la farina e cuocere il pane senza la licenza come sopra.

Non vogliamo onninamente tolerare l' abuso frequente, e abominevole di con-

condurre Carri, o animali carichi con some, e caricare, e trasportare per i fiumi merci, ed altre robbe sotto la medesima pena, eccettuando i vetturali, o mulattieri, ed altri, che conducono Merci da un luogo all'altro, se continuano il viaggio intrapreso in giorno non festivo (purchè non l'abbino intrapreso in frode del precetto Divino ed Ecclesiastico), i quali udita la Messa potranno proseguire il camino: e quelli che avranno portata robba con i carri, o animali da soma, se il seguente giorno è festivo potranno ritornare con i detti animali, o carri scarichi alle proprie case, dopo udita la S. Messa: Neppure è tolerabile l'abuso di pescare, risarcire le Navi, racconciare, e lavare le reti, ed ogn'altra opera di arte nautica, e servile, che e proibita dalla Legge Divina, ed Ecclesiastica nei giorni festivi, senza licenza de respettivi Vicarj delle Città, e luoghi della Diocesi, sotto la medesima pena.

Proibiamo similmente in detti giorni festivi i contratti, istromenti giurati, interposizioni de Decreti, gl'atti civili (eccettuati i mandati in cause civili (i mandati di sospetto di fuga) quando non vi concorra la causa pia, o l'urgente, e grave bisogno sotto la medesima pena.

Vogliamo, che nei giorni di festa dai Merciari, o altre simili persone non si espongano, ne si vendano merci, panni, tele, e simili, tanto per le città, e luoghi, quanto ne Magazzeni, e botteghe, quali debbano essere affatto chiuse, a riserva di quelle dei Speziali, Fornari, Pizzicaroli, Macellari, ed altri venditori di cose comestibili al vitto diurno, i quali potranno ritenere lo sportello solamente aperto, o la tenda avanti senza alcuna cosa in mostra: Come anche potranno gli Ortolani, Erbaroli, Fruttaroli, Pescivendoli, ed altri portare a vendere nelle Piazze, e strade, erbe, frutti, pesce, eccettuato il tempo della Messa cantata, Predica, Dottrina Cristiana, Vespero, e publiche funzioni, nel qual tempo non possino vendere ad alcuno, fuorchè i Speziali, e Fornari colla porta però mezza chiusa, sotto la medesima pena.

Proibiamo in detti giorni l'esercizio de Ciarlatani, Saltimbanchi, ed altre simili genti, e quando siano per vender medicamenti debbano chiedere, ed avere la licenza de respettivi Vicarj, da non concedersi se non dopo i Vesperi della Chiesa maggiore, purchè si portino onestamente e non eschino in pubblico Donne, ancorchè mascherate, anche in giorni feriati sotto la medesima pena di scudo uno, e di carcere formale.

Nelle Fiere per il concorso delle Feste ordiniamo, che si chiudino le botteghe, ne possino farsi Atti pubblici, o contratti nelle ore della Messa solenne, Prediche, e Divini Uffizj, ed a quest'effetto per un quarto d'ora prima di principiarsi, si dia il segno colla Campana della Chiesa Maggiore. Li Mercati pesò ordinarj si trasferischino in altro giorno, o prima, o dopo le feste a tenore della lettera Enciclica agli Arcivescovi, Vescovi, ed Ordinarj dello Stato Ecclesiastico della S. M. di Benedetto XIV., che incomincia *Ab eo Tempore* in data li 5. Novembre 1745.

Proibiamo agl'Osti, Bettolieri, ed altri Venditori di vino a minuto anche in case private nei giorni festivi (ed in tempo di Predica, e delle publiche Processioni anche nei giorni feriali) di ritenere aperte l'osterie, e bettole in tempo della Messa maggiore Predica, Dottrina Cristiana, Vesperi, ed altre publiche funzioni nelle Chiese Catedrali, e respettivamente Collegiate, e Parocchiali, con dover licenziare quelli, che vi sono, e non trattenerli nelle medesime a porte chiuse. Nelle altre ore poi si permette, sino

no ad un'ora di notte, che possino tenere la porta mezza aperta per comodo di quelli, i quali comprano il vino per loro bisogni, senza però far bagordi, o giuocare nelle sudette bettole, o nelle publiche strade, e piazze, come succede con tanti scandali, disturbi, e perdite delle povere famiglie: ed in tutti i casi sudetti, sotto pena di scudi due a Bettolanti, osti, ed altri venditori di vino, ed a quelli, che come sopra faranno giuochi, strepiti, e bagordi: eccettuate le ostarie di alloggio per i Forastieri, Viandanti, e Passaggisri.

Proibiamo inoltre nei giorni di Festa, ed anche nei giorni feriali dell' Avvento, e Quadragesima, e in tutti i Venerdì dell'Anno di far maschere, spettacoli profani, canti, e suoni di serenate, balli, danze con Donne, festini, corse, e lotte con immodestia nel vestire, amoreggiamenti, adunanze de giuochi, particolarmente di carte, e Dadi, della morra, della Ruzzica, e del Formagglo, e questi anche in giorni feriali di tutto l'anno per le strade di concorso a qualche Chiesa, ed in tutti i predetti casi sotto la la pena di scudo uno.

Proibiamo inoltre tanto nei giorni festivi, quanto feriali sotto la medesima pena i scarichi di mortaretti, o altri spari vicino le Chiese in tempo de divini Uffizj, dentro i quaranta passi, o per le strade dove si fanno le publiche Processioni; provenendo da ciò commozione nel Popolo, scandalo, e disturbo delle Sacre Funzioni, sotto la medesima pena. Nel tempo delle Prediche, e Processioni publiche proibiamo di ritenersi aperte le porte di qualunque bottega, e delle bettole come sopra anche ne giorni feriali sotto la medesima pena.

Dichiariamo, che i Padri per i Figli, i Padroni per i Servidori, e Garzoni, e Lavoranti debbano esser soggetti alle pene sudette in ogni, e qualunque caso, come se essi medesimi si occupassero nelle opere proibite.

Dichiaramo inoltre, che nei casi di necessità vera, e precisa, non affettata, quale sarebbe, se si riservassero ai giorni festivi quelle opere servili, che potevano sbrigarsi ne' feriali, si debba chiedere, ed ottenere dai respettivi Vicarj la debita licenza in iscritto, e non in voce, con condizione di doversi prima adempiere il precetto di udire la S. Messa, e si conceda dai medesimi *gratis* senza alcuna esazzione sotto qualsivoglia pretesto, anche di mancia, o donativo, e che nelle permissioni, e toleranze con le licenze de respettivi Vicarj sempre s'intendino esclusi i giorni più solenni di Natale, Epifania, Pasqua di Resurrezione, Ascensione, e Pentecoste, nei quali proibiamo di aprire qualsivoglia sportello di bottega, se non terminate le sante Funzioni della mattina sotto la pena di scudi due.

Dichiariamo finalmente, che contro i Trasgressori si procederà in tutti i casi sopra espressi, anche per *Inquisitionem*, che le pene pecuniarie come sopra comminate, si applicheranno interamente a luoghi, ed usi pii e che inoltre agl' Esecutori dovranno pagarsi giulj trè per la fatica, diligenza, e cattura.

Esortiamo pertanto tutti nel Signore, che santifichino le santissime Feste coll'astenersi dai peccati, ed impiegarsi in opere di Religione, e pietà con visitar le Chiese, ascoltare la santa Messa e la Predica, ricevere a debiti tempi i Santissimi Sagramenti, assistere alla Messa Cantata, alla Dottrina Cristiana, ai Vesperi, devoti esercizi, ed opere di Misericordia verso il Prossimo per quanto è permesso al proprio stato di ciascheduno, per così meritare, e ricevere dall' Altissimo le sue Divine grazie, e benedizioni.

Ed

Ed affinchè del presente Editto da niuno possa allegarsi ignoranza, ordiniamo a tutti i Parochi delle Città, e Diocesi, che lo publichino nel primo giorno festiuo doppo, che l' avranno ricevuto; e di poi ogn' anno nel primo giorno di Gennajo *inter Missarum solemnia*, sotto precetto di santa ubbidienza; ed affisso, che sarà nè luoghi soliti, vogliamo, che obblighi Tutti, come se fosse stato loro personalmente intimato.

Dato in Terracina dal nostro Palazzo Vescovile questo dì 16. Aprile 1776.

NUM. XIII.

Ad Part. I. Cap. 13.

DE JEJUNIORUM OBSERVANTIA.

§. I.

EDITTO PER LA QUARESIMA

BENEDETTO PUCILLI etc.

Quantunque nel decorso di tutto l' anno sia ogni tempo fornito dè Misteri sacrosanti della nostra Redenzione, e ciascuno dè Fedeli abbia pronti i soccorsi per ricorrere alla Divina Misericordia, affine di esser partecipe delle sue grazie; nel tempo però della Sacrosanta Quaresima, nel quale ci sono prescritti uffizi più frequenti, e costanti di pietà cristiana per la susseguente ricorrenza di quel Sagratissimo Giorno, nel quale fu operata la nostra salute, con maggior affetto, e con più salda fiducia dobbiamo inalzare le nostre menti al Cielo per celebrare con purità di anima, e di corpo la gloriosa memoria di Gesù Cristo Signor Nostro, seguendo l' invito della santa Chiesa, che con le parole dell'Apostolo c' insinua, esser questo il tempo accettabile, questi i giorni di salute.

Onde per debito della nostra Cura Pastorale, ordiniamo, e comandiamo ad ogni, e qualunque Persona, così Ecclesiastica, come Secolare abitante nelle Città, e luoghi a noi soggetti, o in essi si trovi per passaggio, o altra occorrenza, che non ardischi, durante il tempo di Quaresima sotto qualsivoglia pretesto anche d' Infermità, mangiar cibi proibiti dalla Chiesa in detto tempo, se prima non avrà avuta la licenza dal Medico sottoscritta da nostri rispettivi Vicarj, o altri che saranno da Noi specialmente deputati sotto le pene contenute nei sacri Canoni, Concilj, Costituzioni Apostoliche, ed inoltre di scudi dieci da applicarsi ad usi, ed opere pie, ed altre pene ad arbitrio anche corporali, secondo la qualità de easi a nostro arbitrio: avertendo ai Medici di non far licenza, o fede se non in caso di mera, e precisa necessità, e di evidente pericolo della sanità, con attendere alla qualità delle carni, che siano salubri, quali solamente sono permesse nella Quaresima a chi per giuste cause non puole cibarsi de cibi Quaresimali, e potendosi al bisogno supplire coll' ova, e latticinj, di non estendere la licenza alle carni, sopra di che s'incarica la loro coscienza. E comandiamo inoltre, che quelli li quali con debita licenza usaranno carne salubre col solo motivo di esser loro nocivo il vitto Quadragesimale, non debbano usare promiscuamente cibi Quadragesimali neppure nei giorni di

Domenica, e che nei giorni di digiuno debbano osservare l'unica comessione, e ora prescritta a chi digiuna, e non debbano nella piccola rifezzione della sera usare la carne anche in piccola quantità, mà solo quel cibo, e quella bevanda, che suole usare chiunque si regola con retta, e timorata coscienza, come dichiarò Benedetto XIV. di glor. mem. nelle sue lettere li 31. Maggio, e 22. Agosto 1741. li 8. Luglio 1744. e li 10. Giugno 1745. e neppure usare fuori dell' unica commestione bevande mischiate di latte; mà uguagliarsi in tutto, eccettuatane l' unica comestione, a quelli, che non anno alcuna dispensa, come dalla Lettera Enciclica della felice memoria di Clemente XIII. nel 1759. ed oltre al non mangiar cibi proibiti, che niuno ardisca rompere il digiuno, eccettuate le Domeniche, non intendendo comprendere quelle Persone, che per età, o per altro legitimo impedimento non ne sono astrette, e che, dalla Chiesa sono esentati da tale obligo.

Proibiamo agl'Osti, Tavernaj, Albergatori, e qualsivoglia altra persona, che non ardisca, o presuma nella sua Ostaria, Taverna, Albergo, bottega, casa, cuocere, o dare a mangiare alcuna sorte di carne, o altre vivande proibite, ne permettere, che altri le mangi, o cuoca in detto tempo di Quaresima, siccome anche nelle Vigilie di tutto l'anno, ed altri giorni commandati dalla santa Madre Chiesa, eccettuato per gl' Infermi, e dispensati, sotto le medesime pene.

Non sia lecito a chiunque sia vendere publicamente carne di sorte alcuna, se non chè per uso degl' Infermi, convalescenti, o Dispensati senza esporla in mostra, sotto le medesime pene per ciascheduna volta tanto a Macellari, ed altri, che ardischino di venderla senza vedere la licenza, quanto a quelli, che la comprano o faranno comprare senza la detta licenza, ordinandosi a medemi, che debbano portarla coperta, come anche non sia lecito vender publicamente ova, formaggio, butiro, o altri Latticini, sotto la medesima pena tanto alli venditori, quanto alli Compratori, ricordando a ciascuno, che l'ultimo giorno di Carnevale passata la mezza notte si astenga di ogni sorte di cibi proibiti, e da qualunque altro divertimento di carnevalesco, ed a quest'effetto ordiniamo, che in tutte le chiese Matrici, e Parocchiali debba suonarsi la campana maggiore mezz'ora prima della mezza notte, che duri a suonare mezz'ora, ed i Trasgressori incorranno nelle sudette pene.

Comandiamo, che niuno ardisca in detto tempo Quaresimale, e per tutta l' Ottava di Pasqua nè publicamente, nè privatamente far festini, veglie, balli, conviti, giuochi, spettacoli, comedie, o altre adunanze, dove si facciano suoni, e balli tanto di giorno, quanto di notte, o andar di notte per le Città, e luoghi suonando, o cantando, o facendo serenate, come anche fare le solennità delle Nozze sotto le medesime pene, e ciò anche nel sacro Avvento sino all' Epifania del Signore.

Ordiniamo, che in tempo delle Prediche in qualunque giorno della Quaresima tutte le botteghe si tengano serrate, nè si possa vendere cosa veruna fuorchè Medicinali in casi urgenti, sotto le medesime pene da procedersi in ogni, e qualunque caso di trasgressione del presente Editto, anche per inquisizione.

Esortiamo Tutti a santificare questo tempo sacrosanto di Quaresima con le opere di pietà Cristiana, non solo astenendosi dai cibi vietati, ed osservando il Digiuno Quaresimale consagrato da Nostro Signore Gesù Cristo col

col suo esempio, ma ancora da i piaceri mondani, che è la perfezzione del digiuno, lasciare affatto le inimicizie, odj, rancori, risse, ed aver pace con tutti per uniformarsi per quanto sia possibile col medesimo nostro Redentore, ed attendere con divozione a quelli esercizj spirituali, che il medesimo tempo ricerca, con udire la Santa Messa, e la Predica per prepararsi a celebrare degnamente la Santa Pasqua.

In fine notifichiamo a tutti l'adempimento del Precetto della Santa Chiesa dell'annua Comunione nella loro Parochia, dalla Domenica delle Palme sino a tutta l'Ottava di Pasqua, sotto la pena dell'Interdetto della Chiesa, ed anche di Scomunica contro li contumaci per la certa notizia de quali ordiniamo ai Parochi, che prima della Settimana Santa abbiano formato lo Stato delle Anime, e lasciato a ciascheduno il biglietto d'invito alla Comunione Pasquale con il proprio nome, e cognome del Comunicando da restituirsi da ciascuno al Paroco in Chiesa nell'atto della Comunione, ed affinchè i fanciulli, e fanciulle costituiti in età congrua per la prima Confesione, e per la prima Comunione, siano bene istruiti a riceverla colle debite disposizioni, e frutto delle loro Anime, ordiniamo strettamente ai medesimi Parochi, che dal giorno di mezza Quaresima sino al Sabato avanti la Domenica delle Palme inclusivamente, debbano ogni giorno col preventivo suono della Campana della Chiesa, e Campanello per la Parochia convocargli nelle loro Chiese Parochiali, e caritativamente insegnargli le necessarie Istruzioni per detti Sagramenti a norma di quanto viene ordinato nel Concilio Romano sotto Benedetto XIII. di gloriosa memoria al titolo primo, cap. 4. e si prescrive nell'Appendice al numero 29.

Vogliamo che il presente editto pubblicato, ed affisso nelle Chiese Cattedrali, Collegiate, Matrici, Parocbiali, obblighi tutti, come se ad ognuno fosse stato personalmente intimato. Dato dal nostro Palazzo Vescovile di Sezze questo dì 3. Febbraro 1777.

§. II.

Epistola Encyclica Benedicti XIV. De Jejunii disciplina conservanda, vel reintegranda; de dispensationibus generatibus pro Oppidis, aut Diœcesibus integris nonnisi certa ratione, et justa de causa petendis, et concedendis.

Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primalibus, Metropolitanis, Archiepiscopis, universis gratiam, et Communionem Sedis Apostolicæ habentibus.

BENEDICTUS PP. XIV.

Venerabiles Fratres, salutem, et Apostolicam beneditionem.

Libentissime quidem amplectimur, quæ nobis offeruntur, occasiones ad vestros animos excitandos, ut Ecclesiasticæ disciplinæ reparandæ sedulam curam conferatis; etenim summi Pontificatus dignitati, ad quam nos, licet immerentes evecti fuimus, conjunctam esse intelligimus sollicitudinem aliarum Ecclesiarum nobisque commendatam, qui plane tenuitatem virium nostrarum non ignoramus.

Cum itaque præsentium litterarum argumentum totum sit de Jejunio, quod tempore Quadragesimæ veteri Ecclesiæ instituto, ac lege Fidelibus indicitur, supervacaneum ducimus longam orationem conficere de Quadragesimæ institutione, et Patrum, et Conciliorum omnes super hac re in medium proferre aucto-

ritates. Difficile id quidem Nobis parum videretur, sed potius alienum et nullo modo consentaneum Vobis quos doctrinæ laude, Canonum, et Sacræ historiæ cognitione præstantes arbitramur. Porro ad scribendas has litteras adducti fuimus gravissimis illis verbis Tridentinæ Synodi quæ sess. 25. de refor. præcipit Episcopis omne studium impendere, ut fideles ipsorum curæ traditi magna religione perficiant ea, quæ a sacris Canonibus præscribuntur; *Ut illis omnibus, et iis præcipue sint obsequentes, quæ ad mortificandam carnem conducunt, ut ciborum delectus et Jejunia*.

Ubi primum Bononiensem Ecclesiam administrandam suscepimus (ad quam beneficio Clementis XII. fel. record. ab Sede Anconitana translati fuimus) mandatum evulgavimus, quod libro primo Institutionum Nostrarum pro Viris Ecclesiasticis decimoquinto loco continetur. In illo plures difficultates indicavimus, ob quas minime solvendos Jejunii legibus putabamus illos, qui ob legitimam causam, et legitima prius auctoritate interposita, quadragesimæ abstinentiam non observarent, minime inquam, solvendos a Jejunio, itaut liceret ipsis quolibet die mensam bis instituere, non unica vice, Vespertina supperaddita refectione quæ permitti jejunantibus consuevit. Tandem in hac Pontificia Sede collocati, rem totam in examen iterum revocavimus, et præstantissimis quoque Viris demandavimus, ipsam diligenter, accurateque perpendere, ac suas deinde opiniones Nobis exponere. His peractis, hujusmodi controversiæ finem tribuere constituimus, illudque decrevimus, ne ulla in posterum sive peculiaris, sive generalis pro aliqua Civitate, vel Oppido concedatur facultas adhibendi carnes ad Mensam tempore Jejunii, vel Quadragesimæ, nisi conditio servandi Jejunii, sive unius comestionis interponatur, et illud quoque monitum addatur, nequaquam licere mensam eamdem carne, ac piscibus instruere. Equidem declinatis hac ratione nimium implicatis quæstionibus, existimavimus unicam singulis diebus comestionem indicere illis etiam, qui carnibus uti cum Jejunium indicitur rite obtinuerunt; et pravam illam consuetudinem, quæ apud multos jam nimis invaluerat, penitus evellere, afferendi nempe carnes in mensam cum piscibus, posteaquam ipsi quadragesimalis abstinentiæ præcepto soluti fuerunt, ob eam potissimum causam quod grave detrimentum saluti ab esu piscium accipiant.

Hæc apertissime constant ex nostris Apostolicis litteris, quas in forma Brevis dedimus ad omnes Episcopos Orbis Catholici anno 1741., quarum primæ incipiunt, *Non ambigimus*; alteræ vero, *In Suprema*. Nos profecto nulli unquam elargiti sumus vesci carnibus, cum tempus Quadragesimæ, sive aliud jejunium præcipitur, nisi indicta scriptaque conditione, quam superius commemoravimus. Maximam pariter lætitiam percipimus, cum redditæ nobis fuerunt plures Epistolæ, ac mandata vestra Litteris Nostris Apostolicis omnino consentanea, quibus pro virili parte contendistis adducere Populos Vobis subjectos, ut propositam in illis disciplinam piè servarent.

Interim promulgatis iisdem Apostolicis litteris, quas paulo ante nominavimus plures cavillationes excogitatæ sunt a nonnullis, uti nos antea facili conjectura suspicati fuimus. Plures etiam quæstiones propositæ Nobis fuerunt, exigui quidem ponderis ac momenti; quemadmodum Nos opinamur, cum illæ vel ipsius legis verbis, vel sensu penitus corruant, ac dissolvantur, attamen sacro Tribunali nostræ Penitentiariæ rerum hujusmodi conscio, ac peritissimo easdem quæstiones expendendas commisimus, quibus omnibus plene, cumulateque, quoties opus fuit, satisfecit.

Archiepiscopus Compostellæ in Hispaniarum Regnis primus Inquisitor, nuper-

perrime vita functus, longam ad nos dedit Epistolam, qua plures recensebat difficultates, quæ Litteris nostris Apostolicis adversabantur, quominus executioni mandarentur, eo quod nonnulli Theologi in diversas opiniones, ac sententias abirent in solvendis quibusdam quæstionibus, quibus litteræ nostræ Apostolicæ causam, et occasionem præbebant, ac proinde de illis judicium nostrum exquirebat. Equidem Archiepiscopi litteræ nos gravissimis, ac difficillimis temporibus occupatos deprehenderunt. Attamen, dum quæstiones in ipsis expositas percurrimus, visum Nobis est non quidem expeti, ut iis quæstionibus responsum fieret, ipsisque solutis nullum impedimentum, sive obstaculum nostris Litteris Apostolicis superesset, sed potius ut objectis cavillationibus ad optatum finem ipsæ minime adducerentur. Accedit etiam, quod epistola Archiepiscopi multis argumentationibus et obscuris vocibus redundabat; quamobrem licet plures hortarentur, ne ullum Archiepiscopo responsum redderemus, illi tamen satisfecimus res præcipuas ex ejus litteris delibantes, et quæstiones omnes ad certum numerum redigentes. Primum Nostris occupationibus tribuendum testati sumus, quod tarde ipsi responsum daremus, ejus studium commendavimus, et etiam magnopere probavimus, quod anceps, ac dubius ad hanc Sanctam Sedem confugerit, ut consilium exposceret. Deinde prolatis quæstionibus satisfacere non prætermisimus, illum tamen monentes de instituto Summorum Pontificium, qui leges condere solent, disciplinam decernere, neque ullam habere rationem illorum, qui dubitandi causas obiiciunt, ut quæ constituta sunt, perturbent, ac evertant.

Vix redditis Litteris, Archiepiscopus paulo post vitæ cursum absolvit. Itaque non immerito suspicamur responsa Nostra, quæ litteris continebantur, haud cognita fuisse, et perspecta illis, qui quæstiones excitaverant. Posthæc alii pariter ex Hispanis Episcopis nonnullas ex iisdem quæstionibus nobis proposuerunt, quare iisdem responsis uti sumus, quæ tradita prius Archiepiscopo Compostellæ a Nobis fuerant. Non defuerunt etiam præstantes inter Italos Theologi, qui litteras Nostras Apostolicas datas anno 1741. egregiis Commentariis illustrarunt: idem contigit responso, quod fecimus Archiepiscopo Compostellæ die 8. Julii anno 1744., quod sane integrum suis libris præfigendum curaverunt. At quoniam libri ejusmodi ad vos fortasse nondum pervenerunt, vel curis aliis distenti illos percurrere minime potuistis, his litteris Encyclicis adjungimus illas pariter, quas (uti dictum sæpius est) ad Archiepiscopum Compostellæ jam pridem scripsimus, ut quæ disciplina vestris in Diœcesibus tenenda sit, plane cognoscatis, ac ne vos deterreant difficultates, si quæ a captiosis hominibus excitentur.

Venerabili Fratri Archiepiscopo Compostellæ

BENEDICTUS PP. XIV.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem.

Si Fraternitas tua secum reputabit, quot gravissimis, et maximis curis propemodum obruamur, quamtumque, hoc præsertim difficillimo tempore prorsus Nos teneat imposita tenuitati nostræ sollicitudo omnium Ecclesiarum, non sane mirabitur, tam diu sibi procrastinatum fuisse responsum ad eas litteras, quibus Apostolica auctoritate dissolvendas rogasti obortas in Hispania disputationes aliquas e duabus Nostris Epistolis ad omnes Episcopos superioris anni 1741.

30.Maii

30. Maii, et 22. Augusti quibus intra legitimos fines coercuimus invalescentem Ecclesiastici jejunii relaxationem. Potius tibi in mentem veniet cogitare de singulari nostro in religiosissimam Hispanam Ecclesiam amore, unde nos immensa licet rerum mole fatigatos, ad expediendum sibi in omni sua perplexitate salutis iter, et opem Nostram præsto habet. Quamquam igitur dum prænuntiatas constitutiones edidimus, non aliud propositum Nobis fuerit, quam refrænare paucorum nimis ingenio fidentium Theologorum licentiam, qui opinionum novitate gaudent, nec otium, nec animus nobis fuerit definire, quidpuid subtili indagatione deduci possit ex proposita a Nobis jejunandi regula; tamen eximia paterna charitate complectimur adeo observantissimos Romanæ Sedis Hispanos, tantique facimus obsecrationes tuas, ut occurrere anxietati vestræ libenter adjecerimus animum, et Nos ipsi quæstiones abs te propositas dirimendas constituerimus, Sic autem se habent.

I. Utrum quæ in ante dictis Nostri Litteris in forma Brevis de unica comestione, et de epulis non permiscendis prescribuntur; sub gravi etiam præcepto prohibeantur.

Respondemus. Concedentes facultatem vescendi carnibus tempore vetito, sub gravi teneri easdem facultates non aliter dare, quam geminis hisce adjectis conditionibus, videlicet unicæ in diem comestionis, et non permiscendarum epularum. Eos verò, qui hujusmodi facultatibus utuntur, sub gravi ad binas ipsas conditiones implendas obligari.

II, An ii, quibus concessum est vesci carnibus, possint in vespertina refectiuncula ea quantitate carnis vesci, quæ jejunantibus permittitur.

Respondemus, non licere, sed opus habere eo cibo, eaque uti potione, quibus utuntur homines jejunantes rectæ meticulosæ conscientiæ.

III. An qui jejunii tempore vesci carnibus permittuntur, et unica comessatione uti debent, horam jejunantibus præscriptam servare opus habeant?

Edicimus, observandam iis esse.

IV. Quænam sint epulæ licitæ, quæ vetantur cum interdictis conjungi?

Respondemus, epulas licitas pro iis, quibus permissum est carnes comedere, esse carnes ipsas: Epulas interdictas esse, pisces, adeoque utrumque simul adhiberi non posse. Piscibus tamen adendis non interdicuntur ii, quibus datur tantum facultas adhibendi ova, et lacticinia.

V. An præceptum de utroque epularum genere non miscendo, dies quoque Dominicos Quadragesimales complectatur?

Affirmatur complecti.

V. Utrum hæc lex ad eos quoque pertineat, qui ex Bulla Cruciatæ edere possunt ova, et lacticinia?

Rescribimus. Nihil in prænunciatis Nostris Apostolicis Litteris statutum esse, quod respiciat gratiosum CruciatæDiploma. Quare qui eo gaudent, illius tenorem stricte, et considerate perpendant, ex ejusque sententia se gerant. Caveant autem, ne inani quapiam excusatione sese solutos esse arbitrentur præscriptis ibi legibus.

VII. Utrum memorata duo præcepta urgeant extra Quadragesimam?

Respondetur: urgere extra quadragesimam utrumque præceptum, illud scilicet unicæ comestionis cum reliquis legibus in secundo, et tertio ad hæc postulata responso expressis: et alterum non permiscendi epulas licitas cum interdictis, ut in quarto postulato definitum est.

Habes Venerabilis Frater, penitus explicatum quidquid apud vos ex Nostris sæpius nuncupatis Apostolicis Litteris dubitationem attulisse seribis qua qui-

quidem in re laudavimus consilium tuum interrogandæ Supremæ Romanæ Sedis, ut libero, et non vacillanti gressu ad oves sana doctrina imbuendas incedere Pastores queant, in ipsoque tuo suscepto consilio agnovimus Hispanam Religionem, nihil sibi tutum, nisi e Divi Petri Cathedra acceptum, reputantem, qua splendidissima gloria tantum nomen, et incorruptæ fidei fructum Hispania sibi peperit. Cavendum autem nobis est, idque plurimum ad te pertiret; qui illustris Archiepiscopi, et Inquisitoris geris præcipuum munus, ne in expendentis Apostolicæ Sedis Constitutionibus pro nimia exhauriendi argumenti sollicitudine nullus fiat disserendi, ambigendique modus sedula deinde opera conferenda, ut istiusmodi dubia, quæ facile pro ingeniorum varietate, disputando emergunt, penitus inter vos dirimantur, ne diuturna umquam disceptatione fluctuent animi præsertim cum Constitutiones ipsæ Apostolicæ scopum, quo tendunt, aperte demonstrent, et illuc prompte dirigi potest, quidquid dubitando interturbare videatur Id si animadvertissent, qui de præsenti negotio plura dubitarunt, nodum sibi exsolvissent. Patebat enim, nihil aliud Nobis in animo fuisse, quam cohibere vivida nonuullorum Theologorum ingenia, qui nimium Sacri jejunii fines prætergressi, et non parum obliti, illud ad retinendum in officio corpus divinitus istitutum, hosti huic Spiritus infensissimo bladiebantur. Statim siquidem comperissent, quid in propositis quæstionibus constituendum esset, nec tibi molestiam exhibuissent, nec Nobis, quos gravissimæ undique circumstant curæ, non parum temporis occupassent, quod tamen pro singulari nostro in vestram gentem studio, atque amore libenter impendimus ad rectum vobis iter monstrandum, inposterum simul præcaventes, quo modo in hujusmodi quæstionibus firmare gressus vestros in promptu sit. Reliquum est, Venerabilis Frater, ut tibi, quod facimus ex animo, præcipuæ benevolentiæ nostræ pignus Apostolicam benedictionem peramanter impertiamur Datum etc. 8. Julii 1744.

Cum hæc ita se habeant, satis muneri nostro fecisse videmur, ne illi, quibus licet carnes edere, cum jejunium tempore Quadragesimæ, vel extra Quadragesimam fidelibus præscribitur, unius comestionis limites excedant, ac ne piscibus simul, et carnibus parari sibi mensam patiantur, neve cavillationes perscrutentur, ut legi tenebras offundant. Pauca tamen adhuc supersunt, quæ remedium a Nobis deposcunt.

Siquidem advertimus jam multis ab hinc annis non solum plures in qualibet Italiæ urbe vestra auctoritate dissolvi a quadragesimali abstinentia, sed etiam magno studio contenditis, ut universam Civitatem, totamque Diœcesim eadem abstinentia liberemus. Hinc factum est, ut in quibusdam Civitatibus ac Diœcesibus jam per multos annos Fideles universi absque ullo discrimine carnibus per Quadragesimam utantur. Id quidem maximam Nobis affert sollicitudinem, eo quod deprehendimus certis testimoniis in quibusdam Regionibus septemtrionis toto quadragesimæ cursu lactis, et ovorum usum libere permitti, quia per plures annos eamdem facultatem petierint, et a Sede Apostolica consecuti fuerint: quamobrem illi Populi tibi in animum induxerunt, non esse rursus ad Pontificem confugiendum pro hujusmodi facultate impetranda, sed priores concessiones singulis annis acceptas sufficere, ut lactis, et ovorum consuetudo per quadragesimam comprobetur. Præterea maximi facienda esse ducimus ea verba Trident. Conc. Sess. 25. cap. 18. de refor. *Sicuti publice expedit, legis vinculum quandoque rela-*

relaxare, ut plenius evenientibus casibus, et necessitatibus pro communi utilitate satisfiat: sic frequentius legem solvere, exemploque potius, quam certo personarum, rerumque delectu, petentibus indulgere, nil aliud est quam unicuique ad leges transgrediendas aditum aperire.

In Litteris Nostris Apostolicis quas anno 1741. ad omnes Catholicos Episcopos dedimus, huic corruptelæ viam præcludere cogitavimus ea ratione illisque verbis, quæ rursum hic subiicimus: *Debitum igitur paternæ uniuscujusque vestrum sedulitatis, et charitatis officiorum jure postulat, ut omnibus notum fariatis, et annuncietis, nemini quidem, nisi legitima de causa, et utriusque medici consilio, multitudini vero, veluti Populo, aut Civitati aut Genti indiscriminatim integre, nonnisi gravissima, et urgente necessitate, et in casibus per Sacra Canonum statuta præscriptis, cum debita Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis reverentia a quadragesimali jejunio dispensationem toties, quoties opus fuerit, concedendam, nec audacter, fidenterque usurpandam, nec superbe, et arroganter ab Ecclesia, sic ut alibi in more positum esse accipimus, esse postulandam.*

Porro Nos hanc normam secuti sumus, cum multitudinem, veluti Populum, aut Civitatem integram quadragesimali abstinentia immunem declaravimus. In primis loci Episcopus id postulare a Nobis debuit, ac de gravissima, urgentique necessitate suum testimonium interponere. Deinde carnes minime permissæ fuerunt, si lactis, et ovorum usus satis esse videretur. Tum vero facultas edendi carnes tribui solum consuevit cum interposito Episcopi testimonio id omnino necessarium judicaretur, nec sufficiens necessitati remedium afferri constaret, si ova solum, et lacticinia concederentur. Quoties autem abstinentia Quadragesimæ nostra auctoritate soluta fuit, certos tamen dies præscripsimus, quibus integra abstinentia servaretur, nempe diem Cinerum, dies quatuor temporum, vigilias præcepto obeundas, dies majoris hebdomadæ a Dominica Palmarum. Quandoque recensuimus etiam totam hebdomadam Cinerum, aliquando etiam indiximus abstinentiam feriis sextis, ac sabbatis, etiamsi facultas a Nobis tradita lactis, et ovorum usum solum complecteretur. Postremo eam conditionem semper addimus, ne jejunii lex unius per diem comestionis ullo modo violaretur, ac ne simul in mensa carnes, et pisces apponerentur.

Dum rationem hujus consilii nostri serio perpendimus, haud plane acquiescimus ob eam sollicitudinem, ac dubitationem, ne causa ab Episcopo loci prolata, quam Nos legitimam credidimus ad solvendam quadragesimæ abstinentiam, ejus naturæ fortasse non sit, quæ veram, et urgentem necessitatem contineat. Quippe illud Nobis semper ante oculos propositum habuimus, ut nihil a ratione alienum, nihil inconsulto, ac temere faciamus. Hærent pariter animo defixa S. Bernardi verba ad Pontificem Eugenium lib. 3. de consid. cap. 4. *Facitis hoc, quia potestis: sed utrum debeatis quæstio est, et quomodo.* Attamen fidem præstitimus iis, quibus præstanda fuerat, Episcopis nempe locorum. Non enim alio pacto exerceri potest sollicitudo peculiarium Ecclesiarum, ac Diœcesum, nisi fides habeatur Episcopis a quibus illæ administrantur. Sed inposterum ut gravissimum hoc negotium, tutius quam fieri possit, geratur, molestum vobis non sit, animum iis advertere, quæ subiicimus.

Non ignoratis ab Innocentio III. Prædecessore nostro cap. *Consilium de observantia jejuniorum*, inter causas legitimas solvendi abstinentiam a carnibus jejunii tempore recenseri veram, et existentem reipsa ægritudinem: *Præterea de illis, qui in quadragesima, vel in aliis jejuniis solemnibus infirmantur, et petunt sibi esum carnium indulgeri, respondemus, quod, cum non subjaceat legi necessitas, desi-*

desiderium infirmorum, cum urgens necessitas exigit supportare potest, et debes, ut majus periculum in eis evitetur. Idem statuerunt multo ante Innocentium III. Patres octavi Concilii Toletani can. 9., quod anno 653. celebratum fuit: *Quisquis absque inevitabili necessitate, atque fragilitatis evidentis languore seu etiam ætatis impossibilitate, diebus quadragesimæ esum carnium præsumpserit attentare, non solum erit Resurrectionis Dominicæ, verum etiam alienus ab ejusdem diei Sancta Communione .... Illi vero, quos aut ætas incurvat, aut languor extenuat aut necessitas aretat, non ante prohibita violare præsumant, quam a Sacerdote permissum accipiant.*

Nemo est qui non intelligat hujusmodi causas satis esse, ut aliqui a jejunii legibus et abstinentia immunes existimentur; non autem, ut Populus, vel integra Civitas idem privilegium obtineat. Quis enim sibi persuadere possit, cives universos alicujus Urbis, vel Diæcesis eodem tempore gravissimo morbo teneri, vel in eodem discrimine versari omnes, ut periculosam ægritudinem contrahant? Nisi forte eos morbos intelligamus, qui ab æris intemperie, vel infectione promanant, de quibus paulo post verba faciemus. Quis credat umquam populum universum alicujus Diæcesis vel communi languore penitus extenuatum vel extrema senectute confectum?

Neque vero causa sufficiens habenda est, ut aliqua Civitas, vel Populus abstinentia quadragesimali liberetur, ipsique carnes permittantur, si forte pisces, vel ova caro pretio vendantur. Sicut enim Urbes habent ægenos Cives, ita etiam opulentos, e quibus etiam alii vitæ substentationem labore, ac sudore sibi comparant, alii vero patrimonio ac divitiis satis, superque abundant. Itaque si pro emendis piscibus grave pretium solvendum sit, id quidem egenis, civibus, non vero divitibus suffragatur. Id asserunt etiam nonnulli Theologi haud severioris disciplinæ, quorum sententiam recensuimus cap. 9. libri tertii nostrarum Institutionum, quas Bononiæ Typis impressimus.

Illud etiam inane commentum prorsus existimari debet solvendas esse abstinentia Quadragesimæ Civitates, vel Diæceses, ubi Exercitus versantur, eo quod Milites in iis locis permanentes abstinentiæ leges minime observant. Id potius animos Civium inflammare deberet ad jejunium rite religioseque suscipiendum, ut nempe milites tanta virtute temperantiæ permoti ipsorum exemplum sequantur. Illud solum pro legittima causa in medium proferri potest, copias militum tantam afferri Civitati penuniam herbarum; atque olei, licet quadragesimæ jejunio non obtemperent, ut harum rerum pretia summopere augeantur. Tunc autem eadem statuenda sunt, quæ paulo ante diximus, cum pisces, et ova cariori pretio comparantur. Igitur peculiares morbi, quamvis frequentes in posterum pro causa solvendæ abstinentiæ non adducantur, nisi forte civibus universis, iidem morbi communes habeantur ob aliquam aeris corruptionem: neque in posterum herbarum, olei, piscium, et ovorum pretia tanti ponderis esse censeantur, ut omnis civitas, vel diæcesis ab instituto quadragesimæ jejunio, ac temperantia liberari contendat; quod si veras, ac legitimas a nobis causas ad hanc facultatem obtinendam expetitis, duas potissimum percensebimus, quarum prima ex jure Canonico, altera vero ab ipsa rerum magistra experientia deprompta est.

Innocentius tertius, quem superius nominavimus, *eodem cap. Consilium de observatione jejuniorum*, Archiepiscopo Bracarensi postulanti, qua pæna plectendos judicaret illos, qui tempore Quadragesimæ a carnibus non abstinuerant ob summam rerum caritatem, et angustiam, itaut plures fame enecarentur, respondit his verbis: *Cum autem quæsieris, quæ sit illis peninentia injungenda,*

O o *qui*

qui diebus quadragesimalibus , tempore , quo tanta famis inedia ingruebat , quod magna pars populi propter inopiam annonæ periret , carnes comedere sunt coacti ; respondemus , quod in tali articulo illos non credimus puniendos . Preces tamen Domino pro illis , et cum illis effundas ne ipsis aliquatenus imputetur , quia bonarum mentium est ibi timere culpam , ubi culpa minime reperitur . Si quis hoc tempore Episcopus adductus exemplo Bracarensis Antistitis idem consilium peteret a Sede Apostolica tamquam ineptus , ac simplex haberetur , sed illo Ecclesiæ felicissimo sæculo maximi pendebatur , uti æquum est , quadragesimæ præceptum . Hinc magna severitate inquirebantur illi , qui minime paruissent , licet talis causa intercederet , ut liberi ab eodem præcepto viderentur , nec ulla ratio habebatur virorum Principum , licet ipsorum incolumitas cum Reipublicæ felicitate conjuncta putaretur , uti nos fuse ostendimus in decima quinta Nostrarum Institutionum libri primi . Sed iis omissis , et aliis bene multis quæ in hanc rem congeri a Nobis possent , illud primum delibavimus ex responso Innocenti III. tunc quadragesimæ abstinentia solvi posse integram Civitatem , vel Diæcesim , cum reipsa non suppetant ea , sine quibus præceptum Quadragesimæ observari nequit . Itaque si revera in aliquo loco , neque oleum , neque pisces comparari possint , tunc incolis ejusdem loci permitti fas est , ut lacte , et ovis utantur . Si hæc autem revera deficiant , tunc carnis , salubris tamen , edendæ facultas conceditur , interposita semper jejunii servandi conditione .

Insula S.Dominici in America Meridionali in temporalibus paret charissimo in Christo Filio Nostro Ludovico Galliarum Regi Christianissimo , nec ei ullus præest Episcopus . Præfectus Patrum Societatis Jesu anno 1742. a Nobis quæsivit , an ex concessione sibi facta a Sede Apostolica dispensandi super esu carnium , ovorum , et laticiniorum tempore jejuniorum , et quadragesimæ , dici posset , sibi etiam datam fuisse facultatem dispensandi nedum particulares personas , sed etiam multitudinem hominum , et homines sui districtus incolas , quando coram Deo id expedire judicasset , habitoque responso , facultatem ei fuisse concessam dispensationem indulgendi particularibus hominibus , non autem multitudini hominum , et hominibus Incolis sui districtus ; pro concessione exoravit . Pro causa exposuit veneficam piscium qualitatem , exiguum piscatorum numerum , qui longe ab Insula piscantes pisces deferebant , aut fœtentes , aut corruptos , ob nimios calores;paupertatem earum gentium , quæ oleum emere non poterant pro cibis quadragesimalibus necessarium , deficicientiam denique olerum , et leguminum , quæ in ea Regione facile corrumpuntur , aut a vermibus consumuntur . Re subinde mature discussa coram Nobis in Congregatione generali Sanctæ Romanæ , et Universalis Inquisitionis die 12. Aprilis anno1742. habita , ratione regionis nimis remotæ , a qua quolibet anno impossibilis erat ad Sedem Apostolicam recursus ; Indulgentes necessitati fidelium degentium in Insulis ditionis Gallicæ in America , facultatem concessimus Præfectis Missionum illarum partium , ut in casu veræ , et ineluctabilis necessitatis et tantum de anno in annum , præfataque vera necessitate durante , et non aliter , nec alio modo uti possent et valerent cum fidelibus populis ipsorum regimini commissis dispensare super esu ovorum , et laticiniorum , et etiam carnium tempore quadragesimali , indicta simul cum hujusmodi dispensatione observantia jejunii per unicam comestionem , oneratâque prædictorum Præfectorum conscientia si adamussim juxta præscriptum concessa facultate usi non fuissent .

Sed jam ad experientiam deveniamus . Quindecim ab hinc annis per totam fere Europam morbus invaluit qui pectoris inflammationem inferebat , ita tamen ut ex una Civitate in aliam , et ex una Provincia in aliam hæc funesta lues promanaret

naret. Id contigit annis 1730. 1733. 1740. Licet autem morbus ejusmodi qui universos hominum ordines, atque ætates corripiebat, lentam solum in pectore inflammationem excitaret, tamen senibus matura jam ætate debilitatis extremam afferebat perniciem: nam ex ipso febres acutissimæ, ac mortales sequebantur, idem morbus in periculum trahebat juniores etiam, qui paulum infirmo pectore laborarent Postremo multorum pectora adeo labefactavit, ut gravissima deinde mala provenirent

Alios quoque morbos hujus generis, pectoris inflammationem magno cum periculo afferentes, ægros in discrimine vitæ adduxisse Medici Scriptores luculenter testantur. Itaque si Medicinæ Professores acciti, monitique graviter, ut nihil a veritate alienum respondeant, unanimi consensu fateantur, uti Nobis ipsis accidit, cum adhuc Bononiæ versaremur, morbum esse talis naturæ, qualem superius commemoravimus, itaut nulla ætas libera, et incolumis esse queat, et affirment illis ipsis, qui inter cives salvi, et integri numerantur, eamdem perniciem imminere; id præterea conferre plurimum ad ejusmodi luem depellendam, aut evitandam, si tam ægrotantes, tum sani a piscibus, et oleo, et quandoque pariter a lacte, et ovis abstineant, si inquam, res ita se habeat, tam procul dubio causa sufficiens judicanda est, quæ experientiæ innititur, et quæ semper probata et in posterum probanda videtur, ut nempe Populus, seu Civitas integra a carnibus abstinendi præcepto non teneatur.

Neque ulla difficultas removere vos debet a consulendis Medicis qui præstantiores habeantur. Cavendum pariter, ut quidquid revera senserint scripto testari non prætermittant, quæ conditio si desit, imposterum nulla unquam facultas Civitati, aut Diœcesi carnibus, aut lacticiniis vescendi tempore quadragesimæ tribuetur; quippe id necessarium omnino videtur. Accedit etiam, quod medici facilitate quadam incredibili peculiares quidem Cives a Quadragesimæ præcepto liberos, et immunes decernere soleant, de qua re gravissime monendi a vobis sunt, ne suas animas indulgendo nimis aggravent, cum vero pro universis Civibus idem statuendum proponitur, tum se difficiles, anxios ac sollicitos præstare Nos ipsi experti sumus. Postremo si velint percurrere ea quæ in Italia, et extra ipsam præclarissimi Auctores Medici typis evulgarunt, facile deprehendent, abstinentiam, ciborumque parsimoniam ab illis magnopere commendari; discrimen inter morbos constitui, et certis rationibus ostendi, in curandis quibusdam morbis nequaquam requiri, ut jusculum, et carnes loco piscium, olei et herbarum substituantur; in aliis vero juvare plurimum, si sublatis carnibus, cum indicitur jejunium, oleo, vel lacte ægrotantes alantur. Demum advertent quam diligenter, accurateque scribant de pectoris incommodis enim in omnibus generatim excitantur, ne corripiantur eodem morbo, qui adhuc incolumes a communi lue supersunt.

Hæc vobis indicanda putavimus. Reliquum est, ut vos hortemur ne tam facile suscipiatis negotium petendæ facultatis utendi carnibus et lacticiniis tempore Quadragesimæ pro Universa Civitate, vel Diœcesis: Quippe abrumpenda tandem est consuetudo, ob quam jam per tot annos in quibusdam locis hæ facultates tribui consueverunt. Illud etiam experientia vobis compertum erit, delicatis quoque, ac mollibus abstinentiam quadragesimæ nullam inferre perniciem, neque plures ob hanc causam inter ægrotos, vel mortuos recenseri. Hanc rationem, et institutum Nos ipsi secuti sumus Romæ ac Bononiæ (cujus sedem adhuc retinemus) cum nuper quadragesimæ tempus ageretur. Si vos id quoque præstabitis neque facile a Nobis pro universa Civitate vel Diœcesi facultatem solvendi quadragesimæ abstinentiam postulabitis, vel (si necessarium id arbitremini) non aliter, quam servatis præmissis condi-

tionibus, dispensationis instantia ad Nos deferetur, non solum ii fructus provenient, quas jam indicavimus, sed etiam repulsæ pudorem evitabitis, Nosque pariter ea molestia vindicabitis, quam ferimus, dum votis vestris minime obsecundamus. Postremo vos omnes peramantur amplectimur, et Apostolicam benedictionem Vobis, Populisque vestris impertimur.

Datum ex Arce Castri Gandulphi die 10.Junii MDCCXLV. Pontificatus Nostri anno quinto.

§. III.

EPISTOLA ENCYCLICA CLEMENTIS PP. XIII.

De Ecclesiastico Jejunio rite servando, ortisque adversus illud abusibus extirpandis.

Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, et Episcopis.

CLEMENS PP. XIII.

Venerabiles Fratres, salutem, et Apostolicam benedictionem.

XIX. Tutti i Giudici Secolari, Notari, ed Esecutori, che senza licenza della Sede Apostolica, s'interpongono nelle cause Criminali contro persone Ecclesiastiche, o che stendono a casi non espressi tal licenza, o se ne abusano.

Quei,

XX. Quel, che per se stessi, o per altri in qualsivoglia modo occupano le Terre, e luoghi spettanti alla Sede Apostolica, o che ne usurpano, o turbano la giurisdizione, e i loro fautori.

L'assoluzione dalle sudette Censure riserva a se il Sommo Pontifice in modo, che nessun'altro possa assolvere, fuorchè in articolo di morte, e nemmeno allora, se chi vi è incorso, non da cauzione di dar soddisfazione, e di obedire a ciò, che dalla Chiesa gli sarà comandato, e se alcuno di fatto presumerà di assolvere, Egli cade nella Scomunica e gli si minacciano anche altre pene.

Si dichiara, e protesta inoltre, che gl' incorsi nelle censure sudette, se non avran cessato di far le cose premesse, e con proposito di non commetterle mai più per l' avvenire, ed in quanto a quei, che avessero fatti statuti contro la libertà Ecclesiastica, se non li avranno rivocati publicamente, e cancellati da loro libri, con accertare il Sommo Pontefice di tal rivocazione, non suffragherà loro qualsivoglia assoluzione.

§. II.

Constitutio Gregorii XV. contra sollicitantes.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Universi Dominici gregis curam, quamquam immeriti, cælesti dispositione gerentes, sedulo invigilare tenemur, ut ab omnibus pravis contagiis conservetur immunis, multoque majori studio providere, ut omnis pestis ab iis avertatur, quibus alios sanandi officium est commissum, ne, quod Evangelica scripta nos admonent, sale infatuato, non sit quo saliatur, et ad nihilum prosit ultra, nisi ut mittatur foras, et conculcetur ab hominibus.

Quoniam a Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris quibusdam in locis provisum fuit, ut impium, ac nefandum scelus, quod non solum inter Christifideles non esse, sed nec etiam nominari debet, procul ab iis arceatur, videlicet, ut aliquis Sacerdos, ad Sacras audiendas Confessiones deputatus, Sacrosanto Pœnitentiæ Sacramento, solicitando Pœnitentes ad turpia, abutatur; ac pro medicina venenum, pro pane aspidem porrigat, et ex cælesti Medico infernalis veneficus, ex Patre Spirituali proditor execrabilis Animarum reddatur; idcirco Nos ea quæ his perniciosissimis Diaboli insidiis arcendis in certis locis salubriter constituta sunt, ut nullibi desiderentur, quantum ex alto conceditur, providendum duximus.

Alias siquidem a fel. record. Pio Papa IV. Predecessore nostro emanarunt litteræ tenoris sequentis, videlicet: Pius Papa IV. Fratri Archiepiscopo Hispalensi, in Regnis Hispaniarum hæreticæ pravitatis Inquisitori Generali etc. Cum sicut nuper non sine animi nostri molestia accepimus diversi Sacerdotes in Regnis Hispaniarum, atque etiam in eorum Civitatibus, et Diœcesibus curam animarum habentes, sive eam pro aliis exercentes, aut alias audiendi Confessionibus Pœnitentium deputati, in tantanm proruperint iniquitatem, ut sacramento Pœnitentiæ in actu audiendi Confessiones abutantur, nec illi, et qui ad instituit Domino Deo, e Salvatori nostro Jesu Christo injuriam facere vereantur, Mulieres videlicet Pænitentes ad actos inhonestos,

stos, dum earum audiunt Confessiones, alliciendo et provocando seù, allicere, et provocare tentando, et provocado, et loco earum per Sacramentum hujusmodi Creatori nostro reconciliationis, graviori peccatorum mole eas onerando, et in manibus Diaboli tradendo, in Divinæ Majestatis offensam, et Animarum perniciem, et Christifidelium scandalum non modicum, Nos, in animum inducere nequeuntes, quod, qui de Fide Catholica recte sentiunt Sacramentis in Ecclesia Dei institutis abutantur, aut illis injuriam faciant, Fraternitati tuæ, de cujus eximia pietate, virtute, atque doctrina plurimum in Domino confidimus, per præsentes committimus, et mandamus, quatenùs per te, vel per alium, seu alios a te deputandum, seu deputandos contra omnes, et singulos Sacerdotes dictorum Regnorum, ac illarum Civitatum, et Diæcesum de præmissis quomodolibet diffamatos, tam Sæculares, quam quorumvis, etiam exemptorum, ac Sedi Apostolicæ immediate subjectorum Ordinum Regulares, cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, et præeminentiæ existant, tam super præmissis, quam super Fide Catholica, et quid de ea sentiant, diligenter inquiras, et juxta facultatum tibi contra Hæreticos,aut de hæresi quovis modo suspectos a Sede Apostolica concessarum continentiam, et tenorem procedas, ac culpabiles repertos, juxta excessum suorum qualitates, prout juris fuerit, punias, eosque et iam, et prout de jure fuerit faciendum, debita præcedente degradatione, Sæcularis judicii arbitrio puniendos tradas Non obstantibus Constitutionibus Apostolicis &c. quibus omnibus etc. hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 16. Aprilis 1651, Pontificatus nostri anno Secundo.

Igitur, ut litteræ prædictæ perpetuis futuris temporibus, et ubique locorum inviolabiliter observentur, motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione nostra, ac de consilio Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium contra hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum præinsertas litteras hujusmodi, ac omnia, et singula in eis contenta Apostolica auctoritate, tenore præsentium, approbamus, et confirmamus, illisque omnibus, et singulis inviolabilis Apostolicæ firmatis robur adjicimus, illasque non solum in prædictis Regnis Hispaniarum, sed in quibusvis Christiani Orbis partibus firmiter, et inviolabiliter observari præcipimus et mandamus.

Ac præterea nè in futurum de pæna his deliquentibus imponenda, at de modo contra eosdem procedendi ab ullo dubitari possit, statuimus, decernimus, et declaramus, quod omnes, et singuli Sacerdotes, tam Sæculares, quam quorumvis, etiam quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apostolicæ immediate subjectorum ordinum, Institutorum, Societatum, et Congregationum. Regulares, cujuscumque dignitatis, et præeminentiæ, aut quovis privilegio muniti existant, qui personas, quæcumque illæ sint, ad inhonesta, sive inter se, sive cum aliis quomodolibet perpetranda, in actu Sacramentalis Confessionis, sive ante, vel post immediate, seu occasione, vel prætextu Confessionis hujusmodi, etiam ipsa Confessione non secuta, sive extra occasionem Confessionis in Confessionario, aut in loco quocumque, ubi Confessiones Sacramentales audiantur, seu ad Confessionem audiendam electo simulantes ibidem Confessiones audire, solicitare, vel procurare tentaverint, aut cum eis illicitos, et inhonestos sermones, sive tractatus habuerint, in Officio Sanctæ Inquisitionis severissime, ut infra puniantur. Et præterea omnes hæreticæ pravitatis Inquisitores, et Locorum Ordinarios omnium Regnorum, Provinciarum, Civitatum, Dominiorum, et Locorum universi

 Or-

Orbis Christiani, in suis quemque Diæcesibus, et Territoriis, per has nostras litteras, etiam privative quoad omnes alios, specialiter, ac perpetuo Judices delegamus, ut super his contra prædictos simul, vel separatim, in omnibus prout in causis Fidei, juxta Sacrorum Canonum formam, nec non Officii Inquisitiones hujusmodi Constitutiones, psivilegia, consuetudines, et decreta diligenter inquirant, et procedant, et quos in aliquo ex hujusmodi nefariis excessibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate, et circumstantiis, suspensionis ab executione Ordinis, privationis Beneficiorum, dignitatum, et officiorum quorumcumque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, nec non vocis activæ, et passivæ, si Regulares fuerint, exilii, damnationis ad triremes, et carceris, etiam in perpetuum, absque ulla spe gratiæ, alias que pænas decernant. Eos quoque, si pro delicti enormitate graviores pænas meruerint, debita præcedente degradatione Curiæ Sæculari puniendos tradant.

Dantes etiam facultatem Venerabilibus nostris S. R. E. Cardinalibus, Generalibus Inquisitoribus, ne delictum tam enorme, et Ecclesiæ Dei tam perniciosum remaneat ob probationum defectum impunitum, cum difficilis sit probationis, testibus etiam singularibus, concurrentibus præsumptionibus, indiciis, et aliis adminiculis, delictum probatum esse arbitrio suo judicandi, et Curiæ Seculari, ut præfertur, reum tradendum esse pronunciandi.

Non obstantibus omnibus, quæ dictus Prædecessor in suis litteris prædictis voluit non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque, mandantes omnibus Confessariis, ut suos Pænitentes, quos noverint, fuisse ab aliis, ut supra, solicitatos, moneant de obligatione denunciandi solicitantes, seu, ut prefertur, tractantes, Inquisitoribus, seu Locorum Ordinariis prædictis. Quod si hoc officium prætermiserint, vel Pænitentes docuerint non teneri ad denunciandum Confessario solicitantes, seu tractantes, ut supra, iidem Locorum Ordinarii, et Inquisitores, illos pro modo culpæ punire non negligant.

Volumus autem, ut præsentium trampsumptis etc.

Datum Romæ, apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 30. Augusti 1622. Pontificatus nostri anno secundo.

COSTITUTIO BENEDICTI XIV. ADVERUS SOLLICITANES

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Sacramentum Pænitentiæ quam secundam post naufragium deperditæ gratiæ tabulam Sancti Patres apte nuncuparunt, Nos licet immerentes ad universi Dominici Gregis curam superna dispositione vocati, omne studium, et Pastoralem sollicitudinem adhibere tenemur, ne quod post amissam Baptismi innocentiam datum est divina benignitate perfugium, per Dæmonum fraudem, et hominum Dei beneficiis perverse utentium malitiam, naufragis, ac miseris peccatoribus luctuosum evadat exitium, et quod in salutem, et curationem Animarum a Deo qui dives est in misericordia, institutum est, execrabili scelestorum quorumdam Sacerdotum improbitate, in earum perniciem, atque interitum vertatur.

Dudum quidem a fel. record. Gregorio Papa XV. Prædecessore Nostro per suas Litteras informa Brevium sub datum Romæ apud S. Mariam Majorem die XXX Augusti MDCXXII. Pontificatus sui anno secundo, sapienter provisum fuit contra quoscumque Sacerdotes audiendis confessionibus de-

deputatos, ad turpia, et inhonesta sollicitantes; et deinceps successivis temporibus, ad earum Litterarum interpretationem, ac declarationem, plura subinde a congregatione venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalium adversus hæreticam pravitatem generalium inquisitorum sub die XI. Mensis Februarii Anno Domini MDCLXI. prodierunt decreta; et a rec. mem. Alexandro Papa VII. pariter Prædecessore Nostro in Congregatione generali Sanctæ Romanæ Universalis Inquisitionis die XXIV. Septembris MDCLXV. coram ea habita, inter alias ab Evangelicæ veritate, et Sancturam Patrum doctrina alienas, et dissonas propositiones, sexta videlicet, et septima, huc revocandæ, damnatæ, et prohibitæ fuerunt. Nos itaque maturè perpendentes, quanti momenti sit ad æternam Animarum salutem ea ubique exacte observari, et quanti ad infirmas oves curandas, et decorem Sanctæ Ecclesiæ Dei retinendum intersit, ne aliqui Sacerdotes Pænitentiæ Sacramento nefariè abutentes Pænitentibus pro curatione vulnus, pro pane lapidem, pro pisce serpentem, pro medicina venenum porrigant, sed animo secum recolentes, se a Christo Domino Præsides, et Judices Animarum constitutos, ea sanctitate, quæ sublimitati, ac dignitati muneris convenit, tam venerandum Sacramentum administrent. Motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione nostra præfatas Litteras hujusmodi, ac omnia, et singula decreta prædicta ad illarum interpretationem, et declarationem emanata, Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque omnibus, et singulis inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus. Atque etiam, quatenus opus sit, denuo committimus, et mandamus omnibus hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, et locorum ordinariis omnium Regnorum, Provinciarum, Civitatum, Dominiorum, et Locorum universi Orbis Christiani, in suis respective Diecesibus, ut diligenter omnique humano respectu postposito, inquirant, et procedant contra omnes, et singulos Sacerdotes tam seculares, quàm Regulares quomodolibet exemptos ac Sedi Apostolicæ immediate subjectos quorumcumque ordinum, Institutionum, Societatum, et Congregationum, et cujuscumque dignitatis, et præeminentiæ, aut quovis privilegio, et indulto munitos, qui aliquem Pænitentem quæcumque persona illa sit vel in actu Sacramentalis Confessionis, vel ante, vel immediate post Confessionem, vel occasione, aut pretextu Confessionis in Confessionali, sive in alio loco ad Confessiones audiendas destinato, aut electo, cum simulatione audiendi ibidem Confessionem, ad inhonesta, et turpia sollicitare vel provocare, sive verbis, sive signis, sive nutibus, sive tactu, sive per scripturam, aut tunc, aut post legendam, tentaverint, aut cum eis illicitos, et inhonestos sermones vel tractatus temerario ausu habuerint; et quos in aliquo ex hujusmodi nefariis excessibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate, et circumstantiis severe animadvertant per condignas pænas juxta memoratam Gregorii Prædecessoris Nostri Constitutionem, quam hic de verbo ad verbum pro inserta haberi volumus. Dantes etiam, si opus sit, et rursus concedentsa facultatem, ne delictum tam enorme, et Ecclesiæ Dei injuriosum remaneat ob probationum defectum impunitum, jam alias in præfata Constitutione tributam, procedendi cum testibus etiam singularibus, et dummodo præsumptiones, indicia, et alia adminicula concurrant.

Meminerint præterea omnes, et singuli Sacerdotes ad Confessiones audiendas constituti, teneri se, ac obligari, suos Pænitentes, quos noverint fuisse ab aliis, ut supra sollicitatos sedulo monere, juxta occurrentium ca-

suum circumstantias de obligatione denunciandi Inquisitoribus, sive Locorum Ordinariis prædictis Personam, quæ sollicitationem commiserit, etiamsi Sacerdos sit, qui jurisdictione ad Absolutionem valide impertiendam careat, aut sollicitatio inter Confessarium, et Pœnitentem mutua fuerit, sive sollicitationi Pœnitens consenserit sive consensum minime præstiterit, vel longum tempus post ipsam sollicitationem jam effluxerit, aut sollicitatio a Confessario, non pro seipso, sed pro alia persona peracta fuerit. Caveant insuper diligenter Confessarii, ne Pœnitentibus, quos noverint jam ab alio sollicitatos, Sacramentalem Absolutionem impertiant, nisi prius denunciationem prædictam ad effectum perducentes, delinquentem indicaverint competenti Judici, vel saltem se, cum primum poterunt, delaturos spondeant, ac promittant.

Et quoniam improbi quidam homines reperiuntur, qui vel odio, vel ira, vel alia indigna causa commoti, vel aliorum impiis suasionibus, aut promissis, aut blanditis, aut minis, aut alio quovis modo incitati, tremendo Dei Judicio posthabito, et Ecclesiæ auctoritate contempta, innoxios Sacerdotes apud Ecclesiasticos Judices falso sollicitationis insimulant. Ut igitur tam nefaria audacia, et tam detestabile facinus metu magnitudinis pœnæ cœrceatur, quæcumque persona, quæ execrabili hujusmodi flagitio se inquinaverit, vel per se ipsam innocentes Confessarios impie calumniando vel sceleste procurando, ut id ab aliis fiat, a quocumque Sacerdote quovis privilegio, auctoritate, et dignitate munito, præterquam a Nobis, Nostrisque Successoribus, nisi in fine vitæ et excepto mortis articulo spe absolutionis obtinendæ, quam a Nobis, et successoribus prædictis reservamus, perpetuo careat.

Demum magnopere cupientes a Sacerdotalis Judicii, et sacri Tribunalis sanctitate omnem turpitudinis occasionem, et Sacramentorum contemptum, et Ecclesiæ injuriam longe submovere, et tam exitiosa hujusmodi mala prorsus eliminare, et quantum in Domino possumus Animarum periculis occurrere, quas Sacrilegi quidam, Dæmonis potius, quam Dei Ministri, loco eas per Sacramentum Creatori suo, ac Nostro reconciliandi majori peccatorum mole onerantes in profundum iniquitatis barathrum nefarie submergunt, nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, et aliquorum in Theologia Magistrorum consilio desuper adhibito, accedentibus quoque iteratis plurium Episcoporum supplicationibus, hac nostra in perpetuum valitura sanctione, quemadmodum a pluribus Episcopis per Synodales suas constitutiones jam factum esse novimus, omnibus, et singulis Sacerdotibus tam Secularibus, quam Regularibus cujuscumque Ordinis, ac Dignitatis, tametsi alioquin ad Confessiones excipiendas approbatis, et quovis privilegio, et indulto etiam speciali expressione, et specialissima nota, et mentione digno suffultis, auctoritate Apostolica, et nostræ potestatis plenitudine interdicimus, et prohibemus, ne aliquis eorum extra casum extremæ necessitatis, nimirum in ipsius mortis articulo, et deficiente tunc quocumque alio Sacerdote, qui Confessarii munus obire possit Confessionem Sacramentalem personæ complicis in peccato turpi atque inhonesto contra sextum Decalogi præceptum commisso excipere audeat, sublata propterea illo ipso jure quacumque auctoritate, et jurisditione ad qualemcumque personam ab hujusmodi culpa absolvendam, adeo quidem, ut Absolutio, si quam impertierit, nulla atque irrita omnino sit, tamquam impertita a Sacerdote,

qui

qui juridictione, ac facultate ad valide absolvendum necessariis privatus existit, quam ei per præsentes has Nostras adimere intendimus; et nihilominus, si quis Confessarius secus facere ausus fuerit, majoris quoque excommunicationis pœnam a qua absolvendi potestatem Nobis solis, Nostrisque Successoribus dumtaxat reservamus, ipso facto incurrat.

Declarantes etiam, et decernentes quod nec etiam Bullæ, quæ appellatur Cruciatæ Sanctæ, aut alterius cujuslibet Indulti, Confessionem dicti complicis hujusmodi quisquam valeat excipere, eique Sacramentalem Absolutionem elargiri, cum ad hunc effectum, et in hoc casu nullus Confessarius utpote qui in hujusmodi peccati, et Pœnitentis genere, jurisdictione, ut præfertur, careat, et absolvendi facultate a Nobis privatus existat, habendus sit pro Confessario legitimo, et approbato. Non obstantibus Constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, præsertim quæ nuncupantur Cruciatæ Sanctæ, vel Jubilæi universalis, et plenarii, nec non quibusvis Ecclesiarum, et Monasteriorum, et Ordinum quorumlibet, quorum ipsi Sacerdotes fuerint, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, et Constitutionibus, privilegiis quoque, Indultis, et Litteris Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis etiam motu proprio, aut alias quomodolibet concessis, etiam iteratis vicibus approbatis, et innovatis; quibus omnibus eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus demum, ac præcipimus, ut omnes Locorum Ordinarii tam præsentes, quam futuri pro tempore existentes in approbatione Confessariorum, tam prædictam constitutionem Gregorii Predecessoris quam præsentem hanc nostram ab omnibus Sacerdotibus approbandis attente legi, et accurate observari curent, moneantque eos in Domino, atque hortentur, ut Sacrum Ministerium ipsorum fidei commissum summa animi innocentia morum puritate, judicii integritate peragant, exhibeantque semetipsos ut ministros Christi, et dispensatores Mysteriorum Dei. Memores præterea sint se locum tenere, ac vices obire summi, atque æterni Sacerdotis, qui Sanctus. innocens, impollutus per Spiritum Sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, ut emundaret conscientiam nostram ab operibus mortuis ad serviendum Deo viventi Sedulo igitur studeant, diligenterque caveant, ne quærentibus, et pulsantibus eorum culpa Cælum claudatur ne deperditæ oves ad ovile Dominicum redire properantes eorum manibus ferarum dentibus dilaniandæ tradantur; ne prodigi filii egentes, et saucii ad cælestem Patrem revertentes nefaria eorum improbitate, gravioribus peccatorum vulneribus, dum adhuc in via sunt confodiantur.

Ut autem præsentes litteræ ad omnium notitiam facilius deveniant etc. Nulli ergo omnino hominum liceat etc.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1741. Kalendis Junii. Pontificatus nostri anno primo.

X. Sub Datarius

Pro Dom. Card. Passioneo. *Cajetanus Amatus.*

Visa de Curia N. Antonellus.

S. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi

Registr. in Secret. Brevium. Publicat. die 17. ejusdem Mensis, et Anni.

De-

§. IV.

Declaratio super eadem Constitutione edita anno MDCCXLI.

BENEDICTUS PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Apostolici muneris partes in procuranda præcipue rerum Sacrarum pura illibataque penitus administratione versari debere probe intelligentes, non modo, et assiduis hortationibus, et justa ubi res postulat, legum severitate, ut ab Ecclesiasticis quibusque Ministris sancta sancte tractentur, quantum cum Domino possumus providere studemus: verum etiam leges ipsas ne forte sinistris interpetrationibus in alterutram extremam partem, aut immoderati rigoris, aut detestabilis laxitatis perperam detorqueantur opportune communire, ac roborare pro earumdem tuendo vigore, cum occasio poposcerit, non prætermittimus.

Sane cum Nos alias per quandam nostram Constitutionem, cujus initium est: Sacramentum Pænitentiæ anno Incarnationis Dominicæ 1741. Kalendis Junii Pontificatus nostri anno primo editam omnibus, et singulis Sacerdotibus tam Sæcularibus, quam Regularibus interdixerimus, et prohibuerimus, ne aliquis eorum extra casum extremæ necessitatis, nimirum in ipsius mortis articulo, et deficiente tunc quocumque alio Sacerdote, qui Confessarii munus obire possit Confessionem Sacramentalem personæ complicis in peccato turpi, atque inhonesto contra sextum Decalogi præceptum commisso, excipere auderet; Itaut Absolutio si quam impertivisset, nulla, atque irrita omnino esset, tamquam impertita a Sacerdote, qui Jurisdictione, et facultate ad valide absolvendum necessaria ipsi per Nos vigore ejusdem Constitutionis adempta, privatus existeret, et alias prout in memorata Constitutione, cujus tenorem presentibus pro plene, et sufficienter expresso, et inserto haberi volumus, uberius dicitur contineri. Cum nos subinde super ea dictæ Constitutionis parte, quæ mortis articulum respicit dubitationes quasdam exortas fuisse acceperimus, quarum resolutionem privato cujusque judicio relinquendam minime existimamus, ne lex incertis conjecturis, et opinionibus jactata in sensus a mente Nostras alienos forsitan distrahatur, ejusque vigor paulatim langueat, atque enervetur.

Hinc est quod Nos omnem dubitandi rationem quantum cum Domino possumus de medio auferre cupientes, motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, memoratam Constitutionem Nostram cum omnibus, et singulis in ea contentis, tenore præsentium, quatenus opus sit, confirmamus, illamque integre penitus, et omnino, atque ab illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter, et inconcussse observari præcipimus, et mandamus. Præterea habita super his cum Venerabili Fratre Nostro Vincentio Episcopo Prænestino S. R. E. Cardinali Petra nuncupato Pænitentiario Nostro Majori, ac dilectis filiis officii Penitentiariæ Apostolicæ Ministris, qui rem jussu nostro mature perpenderunt, deliberatione; motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, edicimus, ac declaramus, eadem Constitutione singulis, ut supra Sacerdotibus, quemadmodum interdictum non est in

in mortis articulo personam in prædicto turpi peccato complicem confitentem audire, atque ab hujusmodi quoque culpa rite contritum absolvere, deficiente tunc quocumque alio Sacerdote, qui Confessarii munus obire possit; ita interdici reipsa, et prohiberi prædicto modo tunc audire, et absolvere, ut si alius aliquis Sacerdos non defuerit, etiamsi forte ipse alius simplex tantummodo Sacerdos fuerit, sive alias ad Confessiones audiendas non approbatus, possit nihilominus ipse sacerdos simplex Confessionem excipere, ac Absolutionem impertiri.

Porro si casus urgentis qualitas, et concurrentes circumstantiæ, quæ vitari non possunt, ejusmodi fuerint, ut alius Sacerdos ad audiendam constitutæ in dicto articulo personæ Confessionem vocari, aut accedere sine gravi aliqua exoritura infamia, vel scandalo nequeat, tunc alium Sacerdotem perinde haberi, censerique posse ac si revera abesset, atque deficeret; ac proinde in eo rerum statu non prohiberi socio criminis Sacerdoti Absolutionem Pænitenti ab eo quoque crimine impertiri. Sciat autem complex ejusmodi Sacerdos et serio animadvertat, fore se re ipsa coram Deo, qui irrideri non potest, reum gravis adversus prædictam Nostram Constitutionem inobedientiæ, Latisque in ea pœnis obnoxium, si prædictæ infamiæ, aut scandali pericula sibi ultro ipse confingat, ubi non sunt imo intelligat teneri se graviter hujusmodi pericula, quantum in se erit, antevertere, vel removere opportunis adhibitis mediis; unde fiat, ut alteri cuivis Sacerdoti locus pateat illius Confessionis, absque illius infamia, vel scandalo audiendæ. Ita enim ipsum teneri vigore memoratæ Nostræ Constitutionis declaramus, et nunc quoque ita ipsi faciendum esse districte mandamus, et præcipimus.

Quod si idem Sacerdos, aut quovis modo sese nulla gravi necessitate compulsus ingesserit, aut, ubi infamiæ, vel scandali periculum timetur, si alterius Sacerdotis opera requirenda sit, ipse ad id periculum avertendum congrua media adhibere de industria neglexerit, atque ita personæ in dicto crimine complicis eoque in articulo, ut præfertur, constitutæ Sacramentalem Confessionem excipere, ab eoque crimine Absolutionem largiri, nulla, sicut præmittitur, necessaria causa cogente psæsumpserit; quamvis hujusmodi Absolutio valida futura sit, dummodo ex parte Pænitentis dispositiones a Christo Domino ad Sacramenti Pænitentiæ valorem requisitæ non defuerint: non intendimus enim pro formidando mortis articulo eidem Sacerdoti, quamtumvis indigno, necessariam jurisdictionem auferre, ne hac ipsa occasione aliquis pereat. Nihilominus Sacerdos ipse violatæ ausu ejusmodi temerario legis pœnas nequaquam effugiet; ac propterea latam in dicta Constitutione majorem excommunicationem, eodeque plane modo, quo ibidem decernitur, Nobis, et huic Sanctæ Sedi reservatam, incurret, prout illum eo ipso incurrere declaramus, volumus, atque statuimus. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ in præfata nostra Constitutione voluimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut earumdem præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio et extra illud ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die VIII. Februarii MDCCXLV. Pontificatus Nostri annno quinto.

D. Card. Passioneus.

In-

§. V.

Instructio Sacræ Congregationis Supremæ universalis Inquisitionis in materia sollicitationis.

Rev. P. Dopo essersi avuta lunga, e matura consideratione sopra il dubbio significato da diverse bande, se i Penitenti siano obbligati a denunziare i Confessori, da quali sono stati sollecitati nel luogo, ed atto della Confessione, quando hanno acconsentito alla sollecitazione, N. S., e questi miei Signori Eminentissimi in Congregazione tenuta avanti sua Santità a 25. di Luglio passato, dopo avere anche inteso il parere di una particolar Congregazione deputata a questo effetto, hanno risoluto, che qualsivoglia Penitente è tenuto a denunciare il Confessore, dal quale sarà stato sollecitato nel luogo, ed atto della Confessione, ancorche egli abbia consentito, e non è tenuto a propalare il proprio consenso, ne sopra ciò s' interroghi dal Vescovo, o dall' Inquisitore, o da loro Vicari, avanti i quali deporrà, nè meno il Confessore denunziato; Procedendosi poi contro di lui nei costituti, che gli si faranno, s' interroghi sopra detto consenso, ed in caso, che egli volesse dirlo da se non si scriva il suo detto, come cosa in ordine alla persona sollecitata, non spettante al S. Offizio della sacra Inquisizione. Le parti dunque di U. R. sono di significare a Confessori della risoluzione, ed incaricargliene strettamente l'osservanza, acciò ne casi, che occorrono alla giornata conforme al tenore della Costituzione publicata da Gregorio XV. di Santa memoria contro i Confessori sollecitanti, significhino ai Penitenti l' obbigo, che hanno di denunziare i Confessori, da quali saranno stati sollecitati; ed avendovi consentito, e facendo difficoltà di scoprire il proprio consenso, conforme alla risoluzione, che si è fatta gli dichino apertamente, che non sono tenuti a propalare il proprio consenso, che tanto i Penitenti, quanto i Confessori sollecitanti, procedendosi contro di loro, non saranno di ciò interrogati, e dicendolo da se, non si scriverà il detto loro. E quando il penitente persistesse tuttavia nella medesima renitenza V. S. si contenti, che dal Vescovo, o dall' Inquisitore si dia autorità al Confessore di ricevere per scrittura, e con giuramento la denunzia per portarla a chi gli avrà data autorità di pigliarla. E se oltre le cose sudette occorrerà altro caso grave, per il quale il Penitente non si possa indurre, Sua Santità vuole, che se ne scriva, e si aspetti la risposta, ed intanto non si proceda all' Assoluzione. E tanto U. R. si contenterà di far osservare nella sua giurisdizione, e facendo registrare la presente negl' Atti di codesto Sant' Offizio per informazione sua, e de suoi successori, quali averanno mira, che la presente risoluzione risguarda solo quei Penitenti, che per aver consentito fanno difficoltà in denunziare; ma a quei, che non hanno consentito, o avendo consentito non sono in ciò renitenti, il Confessore non deve porre difficoltà alcuna, ma lasciare, che indifferentemente e liberamente sodisfacciano all' obbligo, che anno di denunziare, conforme la Costituzione. Ed il Signore Iddio la conservi.

Di V.S. Roma 27. Settembre 1624.

Come Fratello
Il Cardinal Millino.

Istru-

Istruzione nella materia delle denunzie di sollecitazione de Confessori per la Custodia del sigillo Sagramentale.

Illustrissimo, e Reverendissimo Signore come Fratello.

LA Santità di Nostro Signore, e questi miei Eminentissimi Colleghi generali Inquisitori, considerando, che i rei di sollecitazione nelle Sacramentali Confessioni facilmente possono incorrere o nelle spontanee comparse, o nei costituti, nella rivelazione delle Confessioni Sacramentali, senza fare riflessione alla violazione del Sigillo Sacramentale che è *de jure divino*, e indispensabile per qualsisia gravissima causa anco di Eresia, anno perciò stimato espediente di rinovare a cautela gli avvertimenti altre volte datisi a V. S. chè a tutti altri Vescovi e Inquisitori d' Italia, acciò nelli processi di sollecitazioni, o sia nelle spontanee comparse, o rei costituti non rivelino anco innocentemente le Confessioni con dire *Confessandosi da me la tale di pensieri, e atti disonesti, le dissi &c.* Ma procedendo V. S. colla solita sua attenzione, ammonirà i sponte comparenti, e rei costituiti a non deporre cosa alcuna, che concerna il sigillo delle Sacramentali Confessioni de Penitenti, ma di riferire solamente ciò, che riguarda il detto, o fatto di essi sollecitanti, in occasione di avere amministrato il Sacramento della Penitenza o immediatamente avvanti, o dopo, o nel Confessionario, o sotto pretesto di Confessione, e perciò dovranno semplicemente i sollecitanti deporre: *Confessandosi da me NN. le dissi &c. o feci &c.* senza dir altro in ordine alla Confessione de Penitenti: e se cadessero nel detto errore di rivelare le Confessioni, non si dovrà la loro deposizione in questa parte scrivere in processo, e se mai per inavertenza di qualche Ministro, che acerementе correggerà, si trovasse scritta in qualche processo, si dovranno cassare dalli processi Originali tutte quelle circostanze, che riguardano la detta rivelazione di Confessioni Sacramentali, così colla sua solita attenzione dovrà V. S. regolarsi, e il presente avvertimento comunicherà a tutti i suoi Vicarj, che hanno facoltà di far processi in materia di fede, acciò colla dovuta attenzione invigilino all' esecuzione del presente ordine, e Dio la prosperi.

Di V.S. Roma 23. Marzo 1726.

Come Fratello
F. Card. Paulucci.

Istruzione, quando, e come si possano delegare li Sacerdoti Canfessori per ricevere le denunzie nelle materie spettanti al Sant' Offizio, senza Notaro.

Illustre, e Reverendo Signore come Fratello.

Questa Sacra Congregazione del San' Offizio con sue circolari de 27. Settembre 1624, e 24. Gennaro 1667. che si conserveranno in codesta sua Cancellaria ha già conceduta a Vescovi, ed Inquisitori la facoltà in materia di sollecitazione, di delegare in casi particolari li Confessori, quando le persone sollecitate non possono disporsi a denuciare nella forma giuridica ordinaria, per ricevere anco senza Notaro le denuncie con istruirli del

Ss mo-

modo di ben riceverle, e darli il giuramento *de silentio servando, et fideliter sibi munus commissum exercendo*. Ora Sua Santità sentito il voto di questi Eminentissimi Colleghi ha confermate, e novamente concedute a Vescovi, ed Inquisitori le predette facoltà di delegare come sopra qualsisia Sacerdote approvato per le Confessioni Sagramentali; ma V. S. di dette facoltà, parcamente, e dopo aver procurato, che le Donne sollecitate denuncino nella forma giuridica ordinaria, si prevalerà; e Dio la prosperi.

Di V. S. Roma 7. Luglio 1725.

Come Fratello
F. Card. Giudice.

Copia d'un Capitolo di lettera scritta dalla Sagra Congregazione del Sant' Offizio.

Con tal congiuntura si degnerà V. E. partecipare al suo Vicario generale, che alla riserva delle materie di sollecitazione, non ha egli facoltà di deputare alcuno a ricevere denunzie o spontanee, ma deve ne casi particolari ricorrere alla Sacra Congregazione, che prontamente le accorda, rendendosi in tal forma legitimi gli atti, e pieno di un costante rispetto bacio all' E. V. umilmente le mani.

Roma 14. Luglio 1753.

Ūmo, e Dmo Servitore vero
N. Card. Corsini.

Metodo di ricevere le denunzie da Sacerdoti Confessori specialmente però delegati in materia di sollecitazione senza Notaro.

Si fa un memoriale dalla Denunziante, per il quale narra aver da esporre cose pertinenti al Tribunale del San' Offizio, che però prega sua Signoria Illustrissima commettere a Persona Religiosa, che con ogni segreto vada a ricevere detta denunzia nel tal luogo a fine di liberare da ogni scrupulo la coscienza di essa supplicante, sottoscrivendo a pie del memoriale il nome, e cognome di essa esponente, potendo mandarsi detto memoriale per il Confessore al Prelato, il quale udendo dire, che se le ha da proporre negozio spettante alla Santa Inquisizione, deve riceverlo con grandissimo secreto, assumendo almeno due Persone gravi, religiose, e zelanti, delle quali una se ne servirà per scrivere gl'atti, che occorrono, come sarebbe: Die .... Mense .... Anno .... In Palatio Episcopali N. in aula interiori ejusdem solitæ habitationis Illustrissimi, et Reverendissimi D. Episcopi N. coram eodem prædicto D. Illustrissimo assistente R. D. N. Canonico Cathedralis N. et in præsentia mei D. N. Sacerdotis Ecclesiæ N. Actuarii assumpti ad hunc actum, comparet R. P. Fr. NN. Professus Sacerdos Theologus Ordinis N. exponens, videlicet.

Vengo avanti VS. Illustrissima a portarle questo memoriale continente negozio del Sant' Offizio, consegnatomi da N. N. il quale con occasione, che io sono andato a confessare alla Chiesa N. mi è stato dato da lei, a fine, che io con ogni segreto lo presenti a VS. Illustrissima, acciò deputi una persona, che riceva la denunzia di questa Supplicante, la quale mi ha detto, che se venisse di persona darebbe da sospettare altri negozj a suoi parenti, che le potrebbe cagionare danno grave.

Ovvero se la supplicante non saprà scrivere, potrà inviare detto Religio-

gioso a dire a bocca tutto ciò, che chì sa scrivere, direbbe per memoriale, e si procederà nel modo, come di sopra dal Prelato *mutatis mutandis*.

L'Attuario noterà ogni cosa per extensum.

Tunc Illustrissimus D. prædictus commisit eidem P. Fr. N. N. Professo Religionis N., ut accedat ad locum N. ad finem accipiendi denunciationem faciendam a N. N. juxta Instructionem Tribunalis Sancti Officii, quam præcæpit sibi dari a me Notario assumpto, exacto prius juramento tam a prædicto R. P. N. N. tangendo, prout tetigit Sacra Evangelia, et pro veritate omnium supradictorum et pro bene, et fideliter recipienda denunciatione tibi danda, ac sub silentio omnia retinendi, quam a Vobis Assistentibus, et a me de non præsentia propalando, nec in totum, nec in partem, prout juravimus tactis Sacris prædictis Evangeliis: imponendo dicto Patri, et Nobis detoto præsenti negotio silentium sub pœna excomunicationis latæ sententiæ statim incurrendæ in casu contraventionis reservatæ eidem Illustrissimo, respectu Assistentis, et mei ipsius, et sanctissimo Domino Papæ, respectu prædicti Rev. Patris, et fuit dimissus præsens tutus cum mandato, ut omnes subscribamus. Ego P. Fr. N. N. Professus Ordinis N. N. S. Theologiæ prof. prædicta omnia exposui. Ego NN. Canonicus Ecclesiæ N. Assistens deputatus interfui. Ita est NN. Sacerdos Ecclesiæ N. Actuarius assumptus ad hunc actum ab Illustrissimo D. N. Episcopo N.

Il Delegato dal Vescovo andará con carta, e calamajo se non potrà accompagnarsi con il Notaro predetto, o Assistente; almeno esso solo nel luogo, tempo, e giorno più opportuno per osservanza del segreto, e venendo la denunziante ha da scrivere nel seguente modo.

Die .... Mense .... Anno .... in tali loco .:.. s'avverta, che sia fuori del Confessionario, e non potendosi si noti il luogo, ubi solent Sacramentales Confessiones excipi (sed hæc omnia extra Sacramentum Pænitentiæ) comparet coram me N.N. Professor talis Religionis, qui de mandato Illustrissimi D. Episcopi N. accessi ad finem etc. talis de tale ætatis suæ annorum ... ut dixit et ex aspectu apparet, Sæcularis, vel Monialis Professa, vel Bizzoca, Vidua quondam N.N. Uxorata ... filia :.. ponendo il nome del Padre, Madre, luogo dove abita, professione, che esercita, con fine della Parocchia, Paese, o tempo, che ne manca, statura, pelo, segnali, ed altre circostanze, che possono descrivere la persona, quando non fosse ben nota alla Corte Vescovile, sponte, non citata, neque vocata, quæ medio ejus juramento sibi per me dato tactis sanctis Evangeliis mei Breviarii, prout tetigit, de veritate dicenda prius monita de gravitate ejusdem fuit Interrogata ad quid venerit, quæ respondit.

Sono venuta come dissi a VR. la settimana passata: che mi volevo sgravare la coscienza, giacchè mi avete detto, che sono obligata denunziare il Confessore, che mi ha parlato di cose brutte quando mi confessavo; desidero sapere se avete parlato a Monsignor Illustrissimo, che vi ha detto.

Cui a me fuit dictum habere in commissis recipiendi formiter suam denunciationem, et proinde pro exoneratione suæ conscientiæ explicite fuit interrogata, ut dicat quiquid sibi occurrerit circa prædicta a se superius nominata. Respondit; e si pongano le sue proprie parole volgari, che dice, ben vero, siano chiare, ed esplicative; il Confessore sollecitante, per nome, cognome, Religione, o dignità, giorno, mese, anno, volte, che sollecitò, segni e contrasegni, abitazione, luogo dove abita, abitava il sollecitante parole dette, espresse, segni, seu atti fatti, e tutte le circostanze, che conducono alla replicata chiarezza del sollecitante, o sollecitazione. Ss 2 Av-

Avvertendo, che se la persona non si sapesse spiegare, il Deputato coll' interrogatorj, che anderà facendò, farà spiegare le cose predette necessariamente.

L' Interrogatorj, benchè si dlane in volgare, si scrivono in latino, VS. Interrogata quænam verba specialia, vel quosnam actus inhonesto fecefit prædictus N. Confessarius ipsi testi exponenti, et dicat explicite, et clare omnia.

Respondit, mi disse ....

Se la sollecitazione è di qualche tempo passato le se dice:

Interrogata quare prius non exoneraverit suam conscentiam, denunciando prædictum etc.

Respondit etc.

Interrogata de Contestibus

Respondit; Questo fatto è passato da solo a solo, fra me, ed il detto N. N. mentre mi confessava nel Confessionario, come ho detto di sopra, e perciò non vi è persona, che lo possa deporre.

Interrogata an exerceat aliquam inimicitiam, vel aliquam exercuerit cum dicto N. N. confessario, vel cum suis consanguineis, aut amicis, vel e contra

Respondit etc.

Interrogata cujus famæ sit prædictus N. N. Confessarius, et an audiverit aliquando ab aliis similia prædictum N. N. patrasse?

Respondit etc.

Si avverta che le risposte (non mi ricordo) non si ammettano, ma si dimanda dopo quelle, et fuit dictum a me, ut bene recordetur etc.

Se parlasse con ira, e passione grande, che dasse sospetto d' inimicizia, dal Notaro, o dal Deputato si noti, videlicet, locuta est nimis iracunde etc., vel animose, aut temere.

Interrogata an viderit ipsa comparens prædictum N. N. Confessarium fecisse aliqua opera spiritualia, videlicet, orare, eleemosynas elargiri, Missas auscultare, et similia.

Respondit etc.

Quibus habiti Ego ipse mandavi, ut se subscribat, imponendo silentium, ut nullatenus alicui dicat se revelasse, et denunciasse Prædicta intotum, vel in partem contra prædictum N. N. Confessarium sub pæna excomunicationis ipso facto incurrendæ, reservatæ ipsi D. Illustrissimo Episcopo (e se sarà necessario) SS. D. Papæ; et fuit dimissum examen, præstito denuo juramento tactis etc., prout tetigit, de silentio observando super prædictis.

Io N. N. ho deposto come di sopra; ovvero ✠ et quia scribere nescit, fecit signumCrucis, cum calamo a me dato.

Ita est Ego NN. Professus Ordinis N. de mandato Illustrissimi, accessi, et interrogavi.

Ricevuta la scritta rivelazione, il Prelato avverta conservarla con estremo segreto; se il caso sarà grave, ovvero fossero più rivelazioni contro uno stesso Confessore, potrà detto Vescovo farne copia (avvertendo darne il giuramento, quando assume prrsona molto grave per far detta copia), ed includer gl' atti in una sua, che potrà scrivere alla Sacra Congregazione del Sant' Offizio di Roma, affine, che gl' ordini come si ha a portare in tal caso, e chiegga l' istruzione per non errare: avvertendo di più non dare veruno motivo contro il denunziante, acciò non penetri esser reo nel Tri-

Tribunale, nè comunichi tal segreto al suo Superiore, o altro, che sia nel mondo, perche sarebbe errore grave in materia di Sant' Offizio.

Le Scritture sopra queste materie non si confidino a Ministri, ma si consegnino al Tribunale Supremo, ovvero si suggellino, scrivendovi sopra. *Scritture, che appartengono al Tribunale del Sant' Offizio*, quali nessuno può aprire, lacerare, bruciare, o occupare sotto le pene opposte nella Bolla di S. Pio V. Papa, che comincia. *Si de protegendis*, cautelandosi affine, che in vita detti negozi passino, come quelli del Sigillo Sacramentale, e provvedere in caso di morte, non vadano in potere de Comissarj degli Spogli, Ministri della sedia vacante, o Cortegiani de Prelati defonti, quali per lo più non avendo molta coscienza, o pubblicano gli negozi, o gli consegnano in mano della parte per mercede. E questo basti per una breve, e facile Istruzione.

§. VI.

Instructio pro obtinendis Absolutionibus. et dispensationibus a sacra Pœnitentiaria Apostolica.

Cum non lateat multos, inter Christi fideles utriusque sexus ubique locorum existentes, censuris, irregularitatibus, impedimentis votorum, Matrimonii, aliisque hujusmodi casibus ad Sacram Pœnitentiariam seu Sedem Apostolicam spectantibus respective irretitos diu permanere, imo interdum miserè perire, tanti mali causam ex his fontibus pervenire compertum est:

1. Quia Parochi, vel alii Confessarii in quorum manus hujusmodi Pœnitentes veniunt; ii præsertim, qui ruri, et in pagis extra civitates habitant, sæpissime nesciunt ad quem in urbe pro remedio refugiant, qui vel Absolutionis, vel dispensationis litteras a Sacra Pœnitentiaria obtinere iis procuret; unde fit, ut hac cura deposita, Pœnitentes, vel ad Episcopos, vel ad alios mittant, ad quos ipsi præ rubore, ac verecundia (feminæ præsertim) accedere verentur.

2. Alii vero, qui suos habent Romæ Procuratores, tantam pecuniæ vim pro expensis exigunt, ut hi præ inopia tantis sumptibus impares omnino recedant, et forte sibi persuadeant (quod longe pejus esset) Sacrum Tribunal Pœnitentiariæ pro dictis litteris aliquid lucri reportare.

3. Facit etiam nonnullorum Confessariorum incuria, ut gratiæ obtentæ irritæ sint, quia casus, et casuum circumstantias necessario explicandas male interdum exponunt: quo fit, ut litterarum executores præmisso Pœnitentium examine rem aliter se habere, quam exposita fuerint, comperiant, ac proinde dictas litteras exequi non possint; unde Pœnitentes quasi desperati pro novæ gratiæ impetratione remedio privati manent.

4. Accidit etiam non raro, ut Pœnitentes obtentis litteris, non possint in suis pagis facile reperire Doctorem Theologiæ, vel Sacrorum Canonum; His enim ut plurimum litteræ Sacræ Pœnitentiariæ inscribuntur) aut saltem ille suspectus fit: nec etiam in vicinia, et ad eos, qui procul absunt, difficile ire possint: Unde litteræ suo carent effectu, ac miseri Pœnitentes in suis sordibus perseverare coguntur.

His præmissis, cum certum sit, Sacræ Pœnitentiariæ Tribunal salutem dumtaxat Animarum intendere, et omnia gratis concedere; Parochis, et Confessariis aliquot capita proposita sunt pro remedio indicatorum incommodorum.

1. Ubi

1. Ubi accedit aliquis ad illos casu quopiam ad dictum Tribunal pertinente laborans, examinent diligenter Pœnitentem, ut rem totam sincere aperiat, observent genus censuræ, scrutentur etiam facti circumstantiam. Item inquirant de Pœnitente an sit uxoratus, vel Cælebs, an laicus, aut Clericus, an Regularis, aut Sæcularis, an Sacerdos, vel in Ordine Sacro, aut simplex Clericus, aut Monialis etc. Item appellent genus censuræ incursæ, et casum ex quo incursa est, an publicus, vel occultus. Circa vero Irregularitatem, videant, an ex delicto, et ex quali delicto cum suis circumstantiis, an ex defectu, et ex quali defectu: an ex homicidio, aut mutilatione, an ex violatione Censuræ; In Matrimoniis inquirant, quale sit impedimentum, an revera occultum, an de contracto Matrimonio, vel de contrahendo agatur. Item quid causæ allegetur pro dispensatione obtinenda: (Idem fiat pro votis, scilicet quid causæ pro commutatione, et ad quem effectum) sed præsertim, si de Clerici percussore disquiratur, qui ad urbem pro absolutione accedere non valeat,

2. Habita vero totius causæ notitia, scribant casum in charta quocumque charactere, dummodo legi possit, idque sive latina sive qualibet alia cujuslibet Regionis nativa lingua, omissis inutilibus, reticito etiam nomine, et cognomine Pœnitentis (quamvis nullum sit periculum rem, et personam prodendi) nisi forte ageretur de censuris inflictis contra publicos Clericorum percussores, et duellantes in publico. Tunc enim nomen, cognomen, et Diœcesim exprimant: In occultis vero per simplex N. N. proceditur, et casum sic inscriptum directe mittant per *postam* seu communem Tabellarium publicum, Romam Majori Pœnitentiario in hunc modum.

Eminentissimo, et Reverendissimo D. Cardinali Majori Pænitentiario.

Qui certe pro sua humanitate, et charitate libenter omnes audiet, jubebit litteras expediri, et rescribendo mitti curabit.

3. In litteris tamen Romam ad eum missis significare quomodo, et qua via responsum mittendum sit per *postam*, seu communem publicum tabellarium terminando litteras Eminentissimo inscriptas in hunc fere modum.

Dignetur Eminentia Vestra rescribere N.N. in Civitate N. pro tali oppido N. sic autem casum proponent.

Eminentissime, et Reverendissime Domine.

N.N. Sacerdos contraxit Irregularitatem ex homicidio occulto, ab eo ob talem causam, clam tali modo patrato, vel procurato in persona hominis laici. Ab eo tempore non abstinuit ab exercitio Ordinum, vitandi scandali causa, vel ne se proderet; sive abstinuit, sed cum diu absque scandalo abstinere non possit humillime supplicat pro remedio.

N. N. contraxit matrimonium cum muliere cujus matrem antea carnaliter cognoverat, conscius, vel nescius impedimenti quod occultum est. Quare cum absque scandalo separari non possint, humillime supplicat pro remedio.

N.N. Mulier emisit votum castitatis perpetuæ, sed cum adsit, vel futurum esse, prævideat periculum incontinentiæ, humillime supplicat pro dispensatione ad effectum nubendi.

Sed cum innumeri sint casus, in quibus supplicari debet Eminentissimo Cardinali Majori Pœnitentiario, innumera quoque sunt supplicationum exemplaria, pro quorum notitia hæc indicasse sufficiat.

De-

Denique si in illo Oppido, seu Civitate in qua Eminentissimo Pænitentiario, (ut præfertur) scribitur, non fuerint Confessarii Doctore in Jure Canonico, vel magistri in Sacra Theologia, vel si adsint, Pœnitens non possit de facile induci eis aperire suam conscientiam, cum jam aperuit alicui Confessario non graduato, hoc ipsum in litteris mistis ipsi Majori Pænitentiario significetur, quod idem significandum est, si Confessarius Gothicum characterem legere nesciat, quia de opportuno remedio providebitur.

Quod si forte aliquando tardaverit responsum Eminentissimi Majoris Pænitentiarii, tunc poterunt Confessarii, seu Pænitentes iterum scribere, ut si forte fuerit deperdita prima epistola, altera ad manus Eminentissimi Majoris Pænitentiarii perveniat, et ex his adjuvante Deo, prædictis omnibus incommodis providebitur, et Animas fratrum nostrorum Deo nostro lucrabimur.

§. VII.

CONSTITUTIO BENEDICTI XIV.

CONTRA CONFESSARIOS EXQUIRENTES A PÆNITENTIBUS COMPLICUM NOMINA, CUM DENEGATIONE ABSOLUTIONIS.

Apostolici Ministerii Nostri partes non minus esse putamus, ad suborientes abusus eradicandos, idonea remedia comparare, quam opportunas rationes præscribere, quibus servatis, ipsa exhibita remedia vim suam obtinere, et optatum effectum reipsa edere valeant.

